10. 4.

# CANONICÆ QVÆSTIONES

## IN VTROQVE TAM INTERNO, quàm externo Foro Practicabiles;

*In quibus, per quatuor Sectiones, præcipuè*

## DE MONITORIIS,

*SIVE GENERALIBVS EXCOMMVNICATIONIBVS ad effectum reuelandi exactè agitur.*

Multiq; , ac frequentiores casus circa Censuras, Contractus, Restitutiones, Vltimas voluntates, & statuta breuiter, & accuratè resoluuntur.

*Ad Confessariorum, Iusdicentium, Aduocatorum, & Causidicorum non mediocrem fructum, atq; vtilitatem.*

*AVCTORE*

PETRO ANTONIO LAZARIO PAPIENSI I. C. & de Sacro, ac celeberrimo Patriæ Theologorum Collegio Doctore, in Cathedraliq; Canonico.

*Appositis Summarijs, triplicíq; Indice ad maius studiosi Lectoris commodum.*

Cum Priuilegijs, & Licentia Superiorum.





*VENETIIS, M. DC.*

*Apud Marcum Antonium Somaschum.*

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

# D. GVLIELMO BASTONIO,

PAPIAE EPISCOPO VIGILANTISSIMO.



IN NEAPOLITANO REGNO APOSTOLICAE SEDIS NVNTIO OCVLATISS.
ADMIRABILI VITAE INTEGRITATE, SVAVISS.Q; MORIBVS CONSPICVO.
IN OMNI DISCIPLINARVM GENERE VERSATISSIMO.
AD GRAVIA QVAEQVE MVNERA PRAECLARAE OBEVNDA APTISSIMO.
DE CHRISTIANA REPVBLICA OPTIME MERITO
SVMMIS PONTIFICIBVS, MAXIME PAVLLO V.
IMMORTALITATE DIGNISSIMO, CHARO, ET APPRIME DILECTO.
LITTERATORVM OMNIVM MECOENATI LIBERALISSIMO.

*PETRVS ANTONIVS LAZARIVS*

INGENTIS OBSERVANTIAE AC GRATI ANIMI CAVSA,
HAS EXIGVAS LVCVBRATIONES DAT, DONAT, DICAT.
VERAMQ; FOELICITATEM A DEO OPT. MAX. ENIXE PRECATVR.
PAPIAE NONIS IVLII MDCVIII.

a 2 AV-

# AVCTORIS

## PRÆFATIO.

*Cur inane vide at hodie libros scribere.*

NON desunt, qui in re litteraria non mediocriter versati nihil omnino scribunt; sed tanquam otiosi, nè segnes dicam, quæ a prępotenti Deo gratis acceperunt, non modò non alijs communicanda curant; sed percepta potius occultantes, scriptores ipsos non sine conuitio redarguunt; quippe qui inanem operam autumant, ea potissimum ratione, quòd cum nihil dici queat, quod non prius fuerit dictum, vel litteris mandatum, non aliud præstare, qui nunc scribunt, effutire solent, quàm ex libris libros facere, priscorumq; patrum, mutato dicendi ordine, lucubrationes repetere.

*Veritas nõdum occupata, siue omnino reperta.*

*a In præfat. prax. Papię. circa med.*

*b Epist. 79. ad Lucil. & habetur in proę. Clem.*

*Inueniẽdis inuenta nõ obstare.*

*c Eccl c. 12.*

Horum quidem sensum prorsus reijcientes, contrariamq; approbantes sententiam, inuentis addere, non modò non damnabile, sed honorificum, vtileque, ac necessarium iudicamus; ipsam namque veritatem nondum occupatam, siue omnino repertam, immò ex ipsa multum posteris fuisse relictum, a Patritio nostro Ioan. Petro Ferrario [a] prænotatum legimus. Quare nihil tam plenè tamque accuratè dici potest, quin, authore Seneca, [b] augustius proferri possit, & limatius. Nulli sanè hominum inuentis addendi viam præcludi, omnibus est exploratum; inueniendis enim inuenta non obstant; quandoquidem nihil planè in omni rerum genere adeò perfectum editur, quin perfectius saltem excogitari valeat. [c]

*Similitudo recẽtiorum scriptorũ.*

Si bene de Republica meriti iudicantur, qui pretiosas merces vndiq; collectas diuersis ex orbis partibus important, quique illarum copiam populo venalem proponunt, ciuitatibus suppeditant, quæ in natali solo vilia, alieno pretiosiora censentur. Siqui, varia herbarum genera passim nulla insita arte, sed peditum trita vestigio colligentes, salutares inde potiones eliciunt, in benè merentium numerum admittuntur; superiorem iure merito locum sibi meo authores arrogauerint iudicio, qui receptissimas Patrum sententias, ex immensis Iurisperitorum voluminibus dispersis excipientes, tanquam multiplici ruinarum mole obrutas, & alta obliuione sepultas è ruderibus in lucem denuo vindicarunt. Sic Marcus Cicero antiquorum scripta percurrens multa nobis, eaque præclarè dicta reliquit. Hoc quoque (vt cęteros sileam) & Iustinianus Imperator, ac diligentissimus Gratianus aliorum responsis in vnum collectis, non sine magna posterum vtilitate præstiterunt: quod nisi præstitissent, quis

*Ciceronis Iustiniani, Gratiani egregius labor.*

non

non fateatur magnum detrimentum ex ipsorum silentio posteritatem ipsam fore consequutam?

Quorum in numero iure optimo complectendum censeo praeclarissimum huius aetatis I. C. D. Ioan. Baptistam Costam, Doctorem meum multis nominibus commendandum, hac in celeberrima patriae Academia Sacrorum Canonum Interpretem primarium, atque Aduocatum integerrimum; qui praeter Consiliorum volumina, quae de facti scientia, & ignorantia, quaeq; de Portione Rata, & de Retrotractionibus, Subsidiarijsvè remedijs sparsim, & confusè a Doctoribus efferebantur, veluti a tenebris eruta aptè, & eleganter, in lucem euexit.

D. Io. Bapt. Costae Papiens. I. C. laudes, & opera in lucem edita.

Difficilior est rerũ dispositio, quàm inuẽtio.

Labor sanè difficilis; non enim maioris est laudis in inuentione ditescere, quàm virtutis in dispositione clarescere, authore D. Menochio, [a] in hoc scribendi genere nemini secundo, Patritio, & conciue nostro; in inuentione namque, licèt ingenium appareat, in ordinandi tamen ratione elucet iudicium.

*a In tract. de arb. iud. in proem. in fin.*

Id ego animaduertens, a Fucorum [b] consuetudine longè remotus, eorundemque non timens futile iudicium, qui cum nihil egregij per se praestare possint, alienis laboribus non modo insidiantur; sed falcem in illorum messem inijcientes, quorum sementem non fecerunt, recentium scriptis detrahere, eaque dilacerare nituntur; & quod in studiosorum gratiam est scriptum, vti contradictionis spiritus in reprobum deducere sensum conantur; has Canonicas lucubrationes, qualescunque sint, nostratium exempla, vestigiaq; secutus, exarandas duxi; illud inprimis Euangelij [c] perpendens, in nouissimo scilicet die de talento sibi credito ab vnoquoque rationem strictè reddendam esse; Praeterea accedebat stultam quidem videri illorum clementiam, cum aliquid otij superfit, nihil scribendo, periturae parcere chartae.

Fucorum natura tendentes aduersus scriptores recẽtiores.

*b Plin. lib. 11. ca. 1. exprimit Fucorum naturam*

*c Matth. c. 25.*

De talento suo quilibet rationẽ reddere debet.

Triste nimirum, & meritò Curtio [d] illi Iuniori ac doctissimo Ripae, [e] Patritijs itidem nostris visum est diuiti viam ingredi vniuersae carnis nullo sibi haerede instituto; sed longè tristius, ne dicam tetrius, id studiosis ingenij gratiam habentibus videri debet, aetati cedere sine scriptis ad posteritatis elucidationem, atque aemulationem, quibus posteritas ipsa, veluti quodam virtutis igniculo ad studium summae laudis reddatur alacrior, veritatis spiritu dicente: [f] Verba sapientum sunt stimuli, & claui in altum defixi, &c.

*d In praefa. tract. feud.*

*e In proem. tract. de Peste, post Bal. in proem. decret.*

Triste est diuiti decedere sine haerede.

*f Eccl. c. 12.*

*Auctoris intentio.*

Quare, & mihi, & posteritati consulens, harum Canonicarum, & Practicarum Quaestionum opus conficiendum assumpsi, & tres in partes distinxi, quarum prima nunc in hominum producitur conspectum, in quam certè quod minus tactum, minusque excussum videbatur a doctoribus redigentes, ad conscientiam proborum praesertim sedandam, Monitoriorum, siue generalium excommunicationum ad reuelationis effectum elucidaui materiam, tanquam Canonicam vtilem, & apprimè in vtroque foro versantibus, & confessarijs ipsis necessariam, in totaque Christiana Republica frequentissimam, licèt non parum difficilem, & controuersam, atq; a paucis, & perfunctoriè pertractatam.

Monitoria. materia frequẽtissima, perutilis a nullo adhuc exactè tractata.

Hanc verò quatuor in Sectiones secandam curauimus, quarum prima versabi-

Distinctio huius primæ partis. sabitur circa Monitorialium concessionem, qui scilicet eas relaxare de iure valeant, quibus personis, ac quibus de causis. Secunda, & Tertia illas enucleabit quæstiones, quæ in ipsarum mer obligatione oriri solent, quinam, & quomodo ad propalandum, vel restituendum astringantur. Quarta demum modos complectetur, quibus earundem cursus iure queat impediri, necnon restitutionis ordinem, ac formam, vna cum praxi ad id cogendi contumaces, & de ipsius excommunicationis absolutione.

Admonitio ad Lectoré. Quid autem in explicandis difficultatibus hac in re præstiterim, totum id erit iudicij pio Lectori relinquendum. Scio equidem, quicquid sparsim, sine ordine a patribus classicis inuenerim obiter enunciatum, id fideliter omni nostra solertia, studio, industria huc me redegisse; & quodcunque in actu practico pluries obseruatum vidimus, congessisse; vt ideo alacrius studiosi, & Confessarij opus hoc nostrum legentes, ex eo inde, quæ sibi vtilia sunt, veritatis capiant consilia. Quod si charum, si gratum opus perspexero, dabo operam, vt & reliquæ partes, vna cum Thesauro nostro Confessariorum, in quo præcipuè casus Episcopis reseruati compendiosè, perutiliterque exponuntur, prelo Auctoris Protestatio. subijciantur, quod propediem facturum polliceor. Si quid est, quod in hoc opere Sanctam fidem, atque Catholicæ Romanæ Ecclesiæ traditiones, doctrinam, mores valeat labefactare, id irritum, indictumque esse, expresse protestor, atque contendo.

IN-

# INDEX AVCTORVM QVI IN HOC OPERE citantur.

A

Abbas Panor. Siculus.
Acta eccles. Mediolanen.
Adrianus Papa VI. Flander.
Accursius Florentinus.
Aegidius Bellamera Hispalensis.
Aegidius Bossius Mediolanensis.
Albericus de Rosate Bergomensis.
Albericus de Maletis Papien.
Albertus Magnus Theutonicus.
Alexander de Ales. Anglus.
Alex. Forocorneliensis.
Alex. Moneta Mediolanensis.
Alfonsus a Veracru. Hisp.
Alex. Saulius Episc. Papiens.
Alex. Pesantius. Romanus.
Alfonsus Villagud. Hispanus.
Alfonsus Viualdus Hispanus.
Alfonsus a Castro Zamorensis.
Aluarus Pelagius Hispanus.
Ambrosius Opizonus Papiens.
Amadeus de Ponte Pedemont.
Ambrosius de Vignate Laudensis.
Andreas Alciatus Mediol.
Andreas Barbatia Siculus.
Andreas Fachineus Foroliuiensis.
Andreas ab Exea.
Andreas Gail. Gallus.
Andreas de Isernia Neapolit.
Andreas Tiraquellus Gallus.
Angelus Aretinus.
Anton. Corsetus Siculus.
Antonius Butrius Bononiens.
Anton. Marius de Canib. Papiens.
Antonius Corduba Hispanus.
Anton. Maria Spelta Papiens.
Anton. Maria Corasius Tholos.
Antonius Gomes. Hispanus.
Antonius Capicius Neapol.
Antonius Rosellus Patauinus.
Antonius Gabriel Romanus.
Antonius Sola Taurinens.
Archidiaconus Bononiensis.
Aristotiles.
Arnaldus Albertin. Maiorie.
ArismInus Tepatus Taurinens.
D. Augustinus.
Augustinus Berous Bononiens.
Aurelius Corduba Ariminens.
Aymon Crauetta Pedemont. ex Sauiliano.

B

Albus de præscrip. Casalen.
Bald. Senior de Vbaldis Perusin.
Bartolus Picens de Saxoferrato.
Bartholomeus Bertazzolius Ferrariensis.
Bartholomeus Cassaneus Gallus.
Bartholomeus Brixiensis.
Bartholomeus Vgolinus Arimin.
Bartholomeus Botta Papiens. Theol.
Benedictus Capra Perusin.
D. Bernardus Abbas Clareual.
Bernard. Diaz de Lugo.
Bernard. Henric. Ianuens.
Bernard. a Compostella
Bernard. Saccus Papiens.
Bernardinus de Busto ord. min. de Obser.
Biblia Sacra.
Bernard. Balbus Papiens. Episcopus qui summam Decretal. compilauit.
D. Bonauentura Tuscbus Card.
Bonifac. de Vitalin. Roman.
Boschus Codecba Papiens.

Bulle

Gon-

Pet. Ant. Lazario Papien.

b *Lucas*

D. Rai-

# INDEX CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVAESTIONVM

*Quæ in huius Primæ Partis singulis sectionibus continentur.*

## SECTIO PRIMA.

*In qua explicatur præcipuè, quis monitoria concedere queat, quibus personis, & quorsum.*



de aliquo

de aliquo negotio, vt illud manifestent.

Quæst. XVII. Monitorium an decerni queat contra habentes, vel scientes habere has, vel illas scripturas, vt producantur.

Quæst. XVIII. Monitoria qualiter in praxi concedenda sint.

Quæst. XIX. Monitoria qualiter publicanda, vel pro eis excommunicationis sententia ferenda.

Quæst. XX. Monitoriales litteræ qualiter interpretandæ.

## SECTIO SECVNDA.

*Vbi demonstratur quando, & quis per monitoria obligetur ad restituendum, vel propalandam.*

Quæst. I. Monitorij sententia quando incipiat obligare, vel cesset obligatio.

Quæst. II. An ordinarius possit eximere aliquos ab obligatione propalandi per monitor.

Quæst. III. Quomodo propalationes vi monitorialium sint faciendæ.

Quæst. IIII. Ob monitoria qui teneantur reuelare, vel non regulariter.

Quæst. V. An teneatur quis aliò accedere ad reuelandum suis expensis.

Quæst. VI. An, qui monitorij tempore erat impotens, vel absens, & ideo illud ignorauit; & deinde intelligat fuisse fulminatum, teneatur sub eadem pœna excommunicationis latæ quamprimum restituere, vel reuelare.

Quæst. VII. Ob monitorium an reuelare teneatur quis, vbi peccatum est occultum; vel peccator se correxit; vel creditur se emendaturum.

Quæst. VIII. An reuelare teneatur quis, quando nouit eum, qui rem furto occultè abstulit, eam sibi retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur à domino rei.

Quæst. IX. An teneatur quis restituere, vel reuelare, si in monitorio expressè præcipiatur, vt res restituantur, vel reuelentur, etiamsi retineantur in compensationem debitorum, vel sciant ita acceptas.

Quæst. X. Quando conscij ablationis causa compensationis factæ teneantur reuelare.

Quæst. XI. An teneatur quis reuelare per monitorium, vbi delictum probare nequeat.

Quæst. XII. Scire quis dicatur in hac materia monitorialium: & an testis de auditu reuelare teneatur.

Quæst. XIII. An monitorio obedire teneantur scientes aliquem male alienum accepisse, sed à restitutione excusari, quia vel non habet in bonis, vel alia de causa.

Quæst.

Quæst. XIIII. An teneatur quis ex monitorio denunciare crimen alterius, quādo ipse incurrat aliquod graue periculum, vel damnum.

Quæst. XV. An vi monitorij teneat restituere, vel reuelare ensem, sclopetum, vel aliquam pecuniæ summam Titio, quam ipse mihi dedit ad custodiendum, & ea nunc a me repetit, & certò scio ea velle ad occidendum, vel perpetrandum aliud delictum.

Quæst. XVI. An qui sub sigillo secreti rem, siue delictum scit, teneatur ob monitorium reuelare.

Quæst. XVII. An qui delictum nouit per confessionem sacramentalem teneatur vi monitorij reuelare, & quando possit.

## SECTIO TERTIA.

*In qua pariter enucleatur præcipuè, qui monitorialium vi ad restitutionem, vel propalationem teneantur.*

Quæst. I. SI feratur monitorium in omnes, qui habēt tales scripturas, vel instrumenta, vt intra certum terminum producant, & scientes reuelent, qui teneantur edere, vel reuelare.

Quæst. II. An ob monitorium teneantur restituere, vel reuelare ij, qui ex vinea aliena tres, aut quatuor racemos vuæ surripuerint, vel alij totidem, non tamen conscij alienæ subtractionis, atque ita totam, vel maiorem partē vindemiauerint, & graue damnum in toto fecerint.

Quæst. III. Si Petrus bona fide emit vestem a fure, & retinet bona fide, & Antonius sciat esse vestem Lazari furto sublatam, an possit, aut teneatur Antonius Lazaro reuelare vi monitorij.

Quæst. IIII. An reuelare teneantur illi, quibus amicus manifestauit, se habere centum aureos, quos Titius eundo ad bellum, vel alium locum deposuit, relinquendo ei illos, vt suos, si ibi decederet, ipsosq; certos de hoc reddidit per schedulam eisdem ostensam subscriptam de manu eius, qui deposuit, cuius characteres illi bene norunt; si post Titij mortem, conditionemque impletam defuncti hęredes obtinerent monitorium contra retinentes bona occulta Titij defuncti.

Quæst. V. Vtrum, qui bona accepit donatione, vel testamento & fidem donatori, vel testatori dedit, se illa bona filio spurio donatoris, vel testatoris redditurum, teneatur vi monitorij ad instantiam hæredum publicari veritatē manifestare, ipsisque hæredibus restituere, vel fisco, aut filio spurio, vel possit ea sibi retinere.

Quæst. VI. Titius sponte, & actu donauerit Caio prædium donatione inter viuos, quam insinuare iuxta leges, & statuta oblitus est, an possit Caius tuta con-

conscientia prędium illud possidere, vel teneatur per monitorium hęredib. Titij restituere, vel reuelare, cum talis donatio lege humana sit nulla.

Quęst. VII. Defuncto Titio hæres fuit statim interpellatus à Caio, qui erat Titij creditor de bis mille ducatis, quæ summa cum totam exhauriret hęreditatem, fuit de consensu vtriusq; redacta ad mille, cōdonatis alijs mille ipsi hęredi: mox elapsis sex annis Seius reperto instrumēto, ex quo cōstabat Titium debitorem fuisse eidē Seio de summa mille, & quinq; centum ducatorum, & eius creditum erat antiquius dicto Caij: negante autem hęrede, se aliqua bona possidere ipsius Titij, obtinuit Seius monitoriū contra detinētes bona Titij. Modò quęritur, an hęres teneatur restituere, vel reuelare mille ducatos, quos obtinuit ex remissione, & cōdonatione Caij, & an Caius ad restitutionem aliorum 500. cum eius creditum esset posterius.

Quæst. VIII. An filij, vel vxores præter casus licitos aliquid à parentibus, vel maritis subtrahentes comprehendantur in monitorio à patre, vel marito obtento, in quo præcipitur sub pęna excommunicationis, vt qui furta commiserint, teneantur illa restituere, vel manifestare.

Quæst. IX. An vi monitorij teneatur vxor restituere, vel reuelare sibi secretè donatum à marito in mortis articulo.

Quæst. X. An vxor, quæ occultauit bona mariti ob æs alienum, vel ob delictum ab eo perpetratum, ne à fisco, vel à creditorib. sequestrarentur, teneatur ob monitorium reuelare.

Quæst. XI. Ob monitorium an teneantur reuelare vxor contra maritum, vel filij contra parentes, vel è conuerso.

Quæst. XII. An per monitorium cogatur principalis non solum ad restituendum; sed etiam ad reuelandum se detinere rem, de qua agitur vel ad docendum de iure faciente pro aduersario.

## SECTIO QVARTA.

*Vbi explicatur quot modis impediri possit cursus monitoriorum. Quomodo restituendum, cum praxi cogendi ad hoc contumaces. & de absolutione excommunicationis consequenda.*

Quęst. I. Quot modis impediri possit cursus litterarum monitorialium.

Quęst. II. An qui bona fide emit rem à latrone, postquam per monitor. sciat rem esse furtiuam, possit tuta conscientia rescindere contractum emptionis, & furi rem illam reddere, vt recuperet pretium pro illa datum, an verò teneatur restituere rem domino, etiamsi pretium latroni datum sit amissurus.

Quæst. III. Qui ob monitorium restituit rem ablatam, an teneatur etiam restituere

INDEX

# INDEX

# LOCVPLETISSIMVS RERVM PRAECIPVARVM.

## Quæ in hac prima parte Canonic. & practicarum Quæstionum continentur.

7 *Abso-*

14 Ad-

3 *Atte-*

Casus

Casus.



Casus reseruatus.



Causa.



Cautela.



Causa criminalis.

*1 In*

Concil. Triden.



Con-

Confessarius.

Vi-

11 Im-

Vide

Demon.

2 Depo-

Donatarius.



Dos.



Du-

Dubium, Dubitans.



Ecclesia.



Emptor.



Episcopus,

Exceptio.



Excommunicatio.



6 Excom-

36 Ex-

3 Reue-

7 Fur-

Gener.





Hæreditas.



Hæres.

Hære-

# I N D E X.



5 *Im-*

2 *Iudex*

Ius.

Liga-

5 Mo-

Monitorialium concessio.



29 *Mo-*

Monitorialium interpretatio.



4 *Mo-*

*Addas*

6 Mu-

*tate.*

Pars.



4 *Pecca-*

7 Pos-

Præ-

# I N D E X.



dunt

Propa-

2 Sacer-

7 Sciens

3 So-

Stylus.

3 *Hæres*

D. Thomas.



Textus.



Vide

9 Vi-

Voluntas.



Vxor.

FINIS.

Co-

# Copia.

Gli Eccellentissimi Signori Capi del Illustrissimo Consiglio di Dieci infrascritti hauuta fede dall'Illustrissimi Reformatori del Studio di Padoa per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo P. Inquisitore, & del Circonspetto Secretario del Senato Zuane Marauiglia con giuramento, che nel Libro intitolato Canonicarum Quæstionum in vtroque foro tam interno, quam externo Auctore Petro Antonio Lazario Papiensi non si troua cosa contra le Leggi, & è degno di stampa, concedono licentia, che possi essere stampato in questa Città.

Data die 7. Maggio 1608.

D. Francesco Loredan.
D. Stefano Viaro. } Capi dell'Illustriss. Consiglio de X.
D. Lunardo Mocenigo.

Illustrissimi Cons. de X. Secretario
Leonardus Ottobonus.

1608. die 8. Maij.
Registrato nell'officio contra la biastema a car. 194.
Io. Baptista Breattus.

# CANONICARVM, ET PRACTIBILIVM QVAESTIONVM

## Vtriusq; Fori tam interni, quàm externi,

*Auctore*

PETRO ANTONIO LAZARIO PAPIEN.
I. C. & de Sacro Patriæ Theologorum collegio
Doctore, in cathedraliq; Canonico.

## SECTIO PRIMA.

In qua tractatur de Monitorijs, siue Generalibus Excommunicationibus ad finem reuelandi, & declaratur præsertim, Quis Monitoria concedere possit, quibus personis, & quorsum.

### QVAESTIO I.

### Monitorium vnde dicatur, & quot modis sumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitorium a verbo moneo deriuat.*
2 *Monere aliquando præcipere significat.*
3 *Monitorium pro citatione, & mandato accipitur.*
4 *Monitorium vt sumatur a Mandos. in tract. de monitorijs.*
5 *Monitorium instar præcepti a quibus decernatur, & quotuplex sit.*
6 *Monitorium accipitur pro excommunicatione contra aliquem contumacem lata nominatim.*
7 *Monitorium hic pro generali excommunicatione ad finem reuelationis sumitur.*
8 *Excommunicationes generales Paulinæ cur dicantur.*
9 *Monitoria euangelica denunciationis vices obtinent.*

MONITORIVM a verbo
1 † Moneo deriuare, quod
idē significat, ac suadeo,
prædico, memorem facio, aduerto,
doceo, tradit Quintil. Mandos. de
monito. siue litteris executor. quęst.
1. in prin. Et sic accipitur actuū cap.
20. vbi D. Paulus de Asia recessurus
dixit maioribus natu. Nō cessaui
die, ac nocte cum lachrimis monēs
vnumquemque vestrum, &c. &
1. Corint. cap. 4. inquit. Non vt confundam
vos, hæc scribo, sed vt filios
meos charissimos moneo.

2 Monere etiam † aliquando præcipere denotat, ita videtur accipi Deuter.cap.21.ib, filius noster proteruus, & contumax monita nostra audire cōtemnit.facit l.1.§.si magistratibus.vbi glo. ff.de magist. conuen. Vnde monitoria, quæ decernūtur potius mādatorum, & præceptorum instar habent, quā simplicium monitionum, licet alias inter præcipere, seu cogere, ac monere, magna sit differentia, vt colligitur ex capit. requisiuit.iuncta glo.de sponsalib.

3 Monitorium quoque † capitur in iure pro citatione a iudice facta, seu pro quodam mandato, & præcepto, vt quis comparear, quod citationi æquipollet; de qua monitione habetur tex.in l.2.& ibi Bal.col.2. vers. 4.C.quomodo, & quando iudex. & in c.2.de test ib.& in c.consuluit.vbi gl.de offi.deleg.

4 Et sic accipitur † à Quintil.Mandos. dicto tract. de monitor. nempe pro præcepto, siue mandato, quo iudex præcipit alicui certæ personæ, vt infra tot dies, vel menses soluat, aut compareat sub excommunicationis pœna. Abb in cap.1.num.6. de caus. possess.& propriet. ac per eundem in sua praxi cap.22.num.3. & Corset. in singul. verbo citatio.

5 Quod quidem monitorium † ab Auditore Cameræ, & alijs Romanis iudicibus decerni communiter solet, absque causæ cognitione, cum clausula illa, si senseris te grauatum &c.ita Quintil. Mandos. vbi supra dicta quęst. 1. Iel.Zecch.in repub. ecclesi.tit.de Auditore Cameræ Apostolicæ cap.7.vbi latè de eius offi.& potestat.

Et duplex est tale monitorium, ciuile vnum, & criminale alterum; de quibus præter Mādos.in d. tract. copiosè agunt Anchar. consil. 297. incip. efficacibus. Paris. consil. 45. incipit, ruit monitorium, & consil. 113. incip. monitorium, & consil. 113. incip. monitorium emanatum vol.4. Oldr.cons.81.nu. 2. Gregor. Sair.tract.de censur.lib.1. capi.12. nu. 28. Illustris. Card. Tusch.tom. 5.pract.concl.lit.M.concl.356.post Henric.Boych.in cap.litteris.de rescrip.& Marian.Socin.de citat. art. 21. vbi hæc monitoria literas executoriales vocat.

6 Accipitur etiam † Monitorium pro excommunicatione contra aliquem cōtumacem inflicta nominatim, vt colligitur ex summist. in verbo, excommunicatio. 1.& Francisco Marc.decis.868.& seq. par. 2. Hugolin. de cēsur.ecclesi.tab.1. cap.18. num.4.& Gregor.Sair. dicto capit. 12.num.28. vbi declarant huiusmodi monitorium esse nullum sine causę cognitione, ac sine clausula iustificatiua.

7 Nos verò omissis pluribus alijs significationibus † monitorium hic sumimus, prout accipit Sacr. Conc. Trid.sess.25.capit.3.de reform. nēpe pro generali excommunicatione ad effectū reuelandi pro rebus amissis, aut clam acceptis, per quam via inquisitionis iubetur manifestari bona, occultatæ scripturæ, seu instrumenta; de qua excommun. tractant canonistę in c. qui cum fure de furt. & legistæ in l.ciuile est. C.de furt.& summistæ in verbo excommunicatio. Preb.in c.2.de constit.lib.6. Syl

ua.nup.

ua.nup. in verbo monitoriæ. lib. 3. Naua.in c.inter verba.coroll.66.11. q.3. Ludou. Vital. in tract. de reis, & testimonijs.

8 Hæc autem monitoria,† siue generales excommunicationes, quæ Paulinæ appellantur,quia mos concedendi eas cum graui processu increbuit sub Paulo Papa III. vt notat Henriq.in sum.tom.1.libro.13. de excommun.c.18.in prin.lit. A.& vulgò litteræ monitoriales vocitan-
9 tur,in locum † euāgelicæ denunciationis, quæ hodie ferè in desuetudinem abijt,successerunt, vt colligitur ex Franc.Marc.par.2. decis. 853.& ex Riminal.iun.cons.357.nu.32.& 33.vol.4. Quamuis certè nō minus antiquus videatur vsus harū monitorialium, quam euangelicæ denunciationis,vt infra q.3.num. 5. huius primæ sect.demonstrabimus.

## QVAESTIO II.

## Monitorium quid, & quotuplex sit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Monitorij ecclesiastici definitio traditur.*
2 *Decretum Concil.Triden.sess.25.ca.3. de refor. vbi datur forma in monit. seruanda refertur.*
3 *Monitoria sub varijs formis concedi possunt.*
4 *Monitoria ad reuelandum,vel denunciandum,vel testificandum vt differant.*
5 *Monitorium ad reuelandum quomodo intelligi debeat.*
6 *Persona, quæ potest prodesse, & non obesse cui debet reuelari delictum, vti patri,quæ dicatur.*
7 *Monitorium ad denunciandum de manifestis intelligendum.*

1 Sciendum est in primis monitorium(de quo hic agitur)† esse excōmunicationem comminatoriā ab episcopo generatim concessam pro rebus subtractis, vel deperditis, aut pro alijs grauiorib. peccatis in proximi damnum commissis ad personæ læsę instantiā, vt reus, vel sciens hoc metu veniat ad criminis reuelationem, vt clarè colligitur ex c. qui cum fure. de furt. & ex Sac. Conc. Triden.sess.25.c.3.de refor.vbi formam salutiferam seruandam præscribit in hæc verba.

2 Quamuis excommunicationis † gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ,& ad continendos in officio populos valde salutaris: sobriè tamen, magnaque circunspectione exercendus est,cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quā salutem. Quapropter excommunicationes illę, quæ monitionibus prēmissis ad finem reuelationis,vt aiunt,aut pro perditis, aut subtractis rebus ferri solēt, a nemine prorsus, præterquā Episcopo decernantur,& tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaq; diligenter,ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat,nec ad eas descernendas cuiusuis secularis, etiam magistratus auctoritate adducatur; sed totum

hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum, quando ipse pro re persona, aut tempore eas decernendas iudicauerit.

Nonnulla alia quoque ordinauit beatissimæ mem. Pius Papa V. in cõst. incip. Sãctissimus. de qua infra quæst. 9. nu. pen. huius primæ sect.

3 Concedi autem † possunt monitoria cum varijs clausulis, & sub varijs formis, & varia continere possunt, nempe ad reuelandum, ad denũciandum, ad testificandum, ad restituẽdũ &c. vt infra apertius declarabitur in hac sect. quæst. 20. num. 10. & seq.

4 Differunt autem † hæc inter se; nã monitorium ad reuelandum qui accipit, ad plus tenetur, quam monitus ad denunciandum; quia ad denunciandum non tenetur quis, nisi probare possit, quia denũciatio, quę fit per talia monitoria, dicitur iudicialis secundũ Neuiz. in sylua. nup. libro 3. verbo monitoriæ. num. 46. quod explicatur infra sect. 2. quæst. 11. Ad reuelandum verò, sic & ad testificandum tenetur, licet probare nequeat, iuxta cap. ad nostram. el 2. de iureiur. cum ibi adnot. a Pan. & alijs. Nauar. in man. capit. 27. nu. 10. & 135.

Quoad reuelandum tamen intel-
5 lige † quando monitorium, siue excommunicatio fertur ad reuelandum delictũ extraiudicialiter, quod fit superiori, vt patri, & personæ, quæ potest prodesse, & non obesse, dũmodo pro certo habeatur, quod procurabit impedire delictum; aut damnum sine punitione, aut læsione aliqua. glo. in capit. sacerdos. de pœn. distinct. 6. & in cap. plerumq; 2. quæst. 7. capit. hoc videtur. 22. q. 5. Arnald. Albertin. de secreto nu. 171. Syluest. & Tabien. in verbo familia. Angelic. verbo denunciatio. §. fin. Sot. de rat. tegen. membr. 2. q. 2. Nauar. in capi. inter verba. coro. 66. num. 783.

6 Dicitur autem † persona, quæ potest prodesse, & non obesse non iudex, vt iudex; sed Episcopus, sacerdos Parochialis, vel alius Prælatus, vel dominus familiæ, iuxta prædictos doc. & nouissimè scripsit Episcopus Montis marani in praxi Archiep. Neap. capitu. 1. not. 1. in fin. Quo casu non tenetur quis in conscientia reuelare, nisi præmissa correctione fraterna. Sair. de cens. lib. 1. capi. 9. nu. 36. nisi ex fraterna monitione nulla speretur emendatio, secundum communem sentẽtiam.

7 Ad denunciandum etiam † intelligitur de manifestis, & famosis delictis, vt colligitur &c. inquisitioni. &c. qualiter, & quando. el 2. de accus. Nauar. consi. 6. de accus. & hęc declarãda sunt iuxta adducta infra sect. 2. quæst. 11. num. 11. & seq. Quãdo verò iudex per monitoriũ obligat ad testificandum, vel ad denunciandum, vide infra quæst. 20. huius primæ sect. num. 10. & seq.

## QVAESTIO III.

### Monitoria an licitè, & validè ferri possint pro causis temporalibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio est spiritualis pœna.*

&

*& medicinalis.*

2 *Excommunicatio est grauior pęna, quę sit in ecclesia, cum mors appelletur.*

3 *Monitorium contra personam certam an sit concedendum.*

4 *Monitoria concedere non est extra ecclesiasticam potestatem.*

5 *Monitoriorũ vsus iustus antiquus, & vbique receptus. & nu. 6.*

6 *Monitoria cur iustè, & licitè decernantur pro temporali damno, & num. 8. contra Ambr. de Vigna.*

7 *Accusatione non instituta an possit iudex cogere scientes ad reuelandam, & quando.*

9 *Communi ab opinione non recedendum ex particulari decisione.*

10 *Soti assertum in 4. dist. 22. q. 1. artic. 2. vers. 3. reijcitur.*

DVbitandi ratio in hac quęstione esse potest; tum quia ex-
1 communicatio † est spiritualis pęna, & medicina. ca. 1. de sent. excom. lib. 6. ergo ad curationem animæ est adhibenda, & nõ ad temporalia incommoda resarcienda; nam hæc cura vindicandi, & resarciendi temporales iniurias ad ciuilem potestatem per se spectat; ergo nõ videntur posse licitè iudices ecclesiastici hoc titulo assumere gladium spiritualem, tũ
2 quia † excommunicatio est grauior pęna, quæ sit in ecclesia, cum mors appelletur. Io. Neuiz. in sylua lib. 3. verb. monitoriæ. sub nume. 41. propterea non debet ferri pro detectione rerum temporalium; sed solum pro peccato mortali, quod aliter corrigi non potest. ita Ambr. de Vignate in l. ciuile. C. de fur. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. vers. 3. non videtur approbare vsum huiuscemodi monitoriorũ, dũ dicit, ꝙ ad occulta instrumenta inuenienda, & ad compellendos occultos testes, vt in iudicium prodeãt, nec mos priscus, nec res fortè legitima; sed humana auaritia bonorum temporalium, seu idolorum cultrix istarum fuerit ecclesiasticarũ censurarum inuentrix; & Soci. sen. cons. 102. incip. cum præsentis. in fi. li. 4. materiã satis nouã appellat hæc monitoria. Quibus adde, quòd aliàs
3 licitum videretur hoc modo † excõmunicationem ferre contra personã certam, & cognitã, vt contra Petrũ, de quo constat furatum esse hãc, vel illam rem, nisi restituat; quod quidẽ est cõtra communem vsum, vt infra dicemus q. 15. huius 1. sect. sequela patet; quia nõ est maior ratio, quãdo persona incerta est, quã cũ est certa.

His tamen nõ attentis, pro veritate respondeo cũ Franc. Suarez 3. D. Tho. to. 5. disp. 20. sect. 1. quòd cer-
4 tissimum est, nõ esse per se malum, † neq; extra ecclesiasticã potestatẽ ferre hanc censuram, eam ordinãdo ad prædictos fines; nempe vt restituantur ablata, soluãtur debita, reuelẽtur occulta, & similes; nã si secus esset, grauissimus error esset in ecclesia in re ad mores pertinẽte, quod impossibile est, vt probat Suarez loco cit. & Card. Bellarm. to. 2. cõtrou. lib. 3. de ecclesia militãte. c. 14. vide Caro. de reuel. cõfes. q. 34. vers. vnde inferũt.
5 Imo talẽ vsum, & cõsuetudinẽ ferẽdi huiusmodi excõicationẽ rationabilẽ, ac iuridicã esse ꝓbat text. in c. si sacerdos. de off. ord. c. a nobis. el 1. de sẽt. exc. & d. c. ca. q cũ fure. de fur. vbi Abb. nu. 2. & alij, & apertè habetur in ex-

in extrauag.vnic. Ioan.XXII.tit.de furt.& ex bulla Pauli III. 67.incip. licet nuper. Quam quidem consuet. semper in ecclesia fuisse non obscurè denotat D. Augustini epistola 54. ad Macedonianũ, his verbis,loquẽs de his,qui possident aliena, Nolẽtes autẽ,inquit,reddere,quos nouimus, & malè abstulisse, & vnde reddant. habent, arguimus, increpamus, & detestamur quosdam clam, quosdã palam, sicut diuersitas personarum diuersam videtur posse habere medicinam, nec in aliorum pernitiem ad maiorem insaniã concitari,aliquando etiam si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione priuamus.& nouissimè Sac. Concil.Trid.d.sess.25.cap.3.de reform. eam referens esse in Ecclesia,supponit honestam,iustam,& quibusdam circunstantijs moderatur. Ita etiam sanctissimæ, ac colendissimæ recordat. Pius V.bulla 88.incip. Sanctissimus in Christo.vbi pariter nonnulla circa has litteras monitoriales perutiliter sunt ordinata, de quibus suo loco. Et hanc certè consuetudinẽ vbique receptissimam esse testatur Io.Gutierr.lib.1.can.qq. ca. 11.nu. 37.in fi.Rodriq.in sum.par. 1.cap. 79.nu.3.Graff.consil.6. de sent. excom.num.4. vbi eam quaq; ratione confirmat,nempe, quia † non resti-
6 tuendo ablata,& similia,damnificatur proximus;sed damnificãdo proximum notabiliter, quis mortalem culpam incurrit, quia facit contra charitatem, ergo iustè contra talem monitoriales a iudice ecclesiastico in genere conceduntur, vt exeat a peccato. Hinc patet huiusmodi monitorialium cõcessionem esse actum iustum,cum pietate etiã coniunctũ, ad salutem animarum, & ad veritatem coadiuuandam tendentem, vt notat D.Mar.Anton.var. resol. lib. 1.resol.vlt.cas.36.vol.1.

7 Nec obstat, quod † accusatione non instituta iudex non possit cogere scientes ad indicandum, seu reuelandum delicta, secundum glos.in l.4. §. si iudicum. ff. de condict. ob turp. caus. iuxta distinctionem Bar. ibi,quia cùm nos simus in delictis, & causis, in quib. iudex potest procedere per inquisitionem; nam ad exonerationem conscientiarum detinentium, vel occupantium res alienas,& vt quis,quod suum est, consequi valeat,hæc monitoria decernuntur,propterea iustè, & iuridicè conceduntur,vt ex Ioan. Fran. Ripa nostro in l.in dies.§. hoc autem.nu. 8. de dam.infect.tradit Mandos. dicto tract.de monit.q.1.num. 12. & latè probat Ant. Sola ad antiq. const. Sabaud.super decret.nullus; tit. vt nemo.nu.7.per Bar. Bal. Salic.& alios in l.ciuile.C.de furt. Alba.cons. 15.

Nec obstat,quod dicebat Ambro. de Vignate relatus per Neuiz.loc.ci-
8 ta.nempe † excommunicationẽ nõ debere ferri pro protectione rerũ tẽporaliũ; sed solũ pro peccato mort. quod aliter corrigi nequit. Quia hęc proposito quoad primam partẽ nullo modo est admittẽda, aliàs destrueretur funditus tota materia denunciationis,ita vt nunquam locum haberet, vbi de rebus temporalib. ageretur, cuius contrarium est verissimum, vt supra probatum est, & tenent omnes indifferenter in cap. qui

cum

cum fure de furt. & c. nouit. de iudi. & in d. l. ciuile, & in puncto probat Rimin. iun. conf. 357. nu. 36. Quare
9 per tale † Neuiz. & Vign. dictum non est a communi doctorum sentẽtia, imo ab expressis canonib. & cõcil. temerè recedendum. c. 1. de cõst. cũ ibi adno. Corras. in tract. de com. opin. lib. 2. insp. 2. num. 16. vsque in finem.
10 Nec obstat dictum † Soti loc. cit. qui ab omnibus communiter reijcitur, non enim memoriam habuit, quamuis fuerit vir insignis eruditionis præfati loci D. Augustini, nec prædicti textus in cap. ad nostram. & doctrinæ Abb. ibi de iureiu. ibi, mandamus, quatenus sub pœnis excommunicationis publicè in ecclesia proponi facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerit veritatẽ, procedat ad testimoniũ proferẽdũ, &c. Nec minus recordatus est d. extrauag. Io. XXII. tit. de fur. vbi clarè traditur practica hæc monendi generaliter malefactores, & scientes, vt infra certum terminum satisfaciãt, vel reuelent, aliàs excommunicationem incurrant.

## QVAESTIO IIII.

### Monitoria generalia quis concedere possit.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurisdictio ecclesiastica est in Summo Pontifice, vt in capite, a quo alij Prælati.*
2 *Monitoria vbi, & quibus concedere possit Episcopus. & nu. fin.*
3 *Ecclesiasticus iudex solus de peccato cognoscit.*
4 *Monitoria quando decernenda arbitrio Episcopi relinquitur.*
5 *D. Io Baptista Costa I.C. Papiens. laudatur.*
6 *Litteræ monitoriales Apostolicæ Episcopo, vel eius Vicario cõmittuntur.*
7 *Episcopus an possit concedere monitoria hominibus beneficij nullius diœcesis.*

Communis est sententia, quotidiano vsu approbata, Episcopum in tota sua diœcesi post Roma-
1 num † Pontificem, in quo tanquam in capite, seu primario fonte residet iurisdictio ecclesiastica, vt in c. cum ab ecclesiarum. & in ca. graue gerimus. de offi. ordi. Suarez to. 5. disp. 2. sect. 2. posse ad instantiam cuiuscũq; sui subditi, huiusmodi generalia monitoria, siue literas monito-
2 riales † concedere contra iniuste detinentes res instantis partis, vt nisi eas restituant intra tempus in eisdẽ literis assignatũ sint excommunicati, & etiam contra scientes, vbi, vel apud quam personam tales res nũc sint, vt id propalare teneãtur, vt tradunt Bart. Bald. Angel. Iason & alij communiter post glos. 1. in l. ciuile est. C. de furt. quos citat, & sequitur Rimin. iun. consil. 357. nu. 14. vol. 4. & Iac. Alba. conf. 15. nu. 1. vol. 1. tex. in c. qui cum fure. de fur. vbi Abbas nu. 2. dicit per illum textũ iustificari posse Episcoporum sentẽtias, qui quotidie subditos suos furti conscios admonent, vt debeãt reuelare, & non reuelantes excommunicant, ita Bal. in c. si sacerdos. in princ. de offic.

offic.ordin.glo. in clem. dispendiosam.in verb.præmoniti de iudic.vbi Imol. Anchar.& alij, quos refert,& probat Ioan.Gutierr.lib. 1.can.qq. cap.11.nu. 1. post Io.Neuiz.in Silua.nupt.lib.3.verb. monitoriæ. nu. 28.vbi idem cõprobant, nempe ratione
3 peccati † de quo solus ecclesiasticus iudex cognoscere potest, vt habetur in capit.nouit. de iudic. vbi Nauar.latissime. Aufrer.in addit.ad clem.1.de offi.ordin.tract.de potest. eccles.super seculares.nu. 53. Euch. tract.de Episcop.a num.86.& seqq. Praxis Archiepiscop.Neapol.capit. 1.nut.16.in fin.

Quod hodie approbauit sacrum Concil.|Trid.sess.25.c.3.vers. qua-
4 propter.de refor.|& ipsius † Episcopi arbitrio,quando sint concedendâ hæc monitoria prorsus reliquit, ibi, sed totum hoc in eius arbitrio, & cõscientia sit positum, quãdo ipse pro re,persona, aut tempore ea decernenda esse iudicauerit. vt etiam annota-
5 runt † excellentiss. D. M. & omniũ doctrinarum genere refertissimus, summus theoricus, & summus practicus,celeberrimusque Aduocatus. D.Ioan.Baptista Costa in suo eruditissimo tract.de fact.scien. & ignor. cent.2.dist.55.nu.1. to. 1. & Greg. Sair.tract.de censur.lib.1.cap. 9.nu. 33.& Emanuel Rodriq.in sum.par te 1.c.79.nu.1.& infra q. 11. huius primæ sect.latius declarabitur.

6 Episcopi † quoq; vel eorum Vicarij regulariter delegantur pro executione litterarum monitorialium auctoritate Apostolica extra curiam concessarum, prout disponit consti. fęlicis.mem. Sum. Pont. Pij V.incip. Sanctissimus in Christo Pater. Quæ effectum suũ sortiri non possunt, nisi prius ab eisdem tanquam sedis Apostolicæ delegatis summariè cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere,iuxta decretum Concil.Trid.sess.22.in ca. 5. de refor.& notat Thesaur.for.eccl.par. 2. c.17. num.51. An verò Vicarius Episcopi generalis possit cognoscere litteras monitoriales,& eas exequi, quæ Episcopo sunt directæ, vide infra q. 6.in fin.huius primę sect.

7 Non potest autem † Episcopus concedere dicta monitoria hominibus beneficij, quod est nullius diœcesis;nam pro eis confugiendum est ad sedem Apostolicam, si quãdo illis opus habent, minusq; possunt cõcedi ab obtinente dictum beneficiũ, sic declarauit sacra cõgregatio Cardin.vt refert Praxis Archiep.Neap. cap.1.not.1.in fin.

## QVAESTIO V.

## Monitoria an possit concedere Legatus, vel Nuntius Apostolicus.

### SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere ordinariam, & plenam habet iurisdictionem.*
2 *Legatus concedit monitoria per totam suam prouinciam.*
3 *Legatus in quib. casib. dispẽsare possit.*
4 *Legatus quid facere possit, vel non. remiss.*
5 *Legati officium non expirat morte Pontificis.*

*6 Nun-*

6 *Nuntius apostolicus concedere potest monit. in vniuersa sua prouincia.*
7 *Nuntij apostolici stylus in concedendis monitorialibus.*

1 Legatum a latere, cum ordinariā † plenamq; habeat iurisdictionem in prouincia sibi commissa, vt tradunt gl. pen. & cōmuniter doct. in c. legatos. 2. de offic. lega. lib. 6. & latè probat perquàm doctus D. Ale. Moneta in tract. de distribu. quotid.
2 par. 2. q. 9. nume. 6. † monitoria per vniuersam suam prouinciam decernere posse, pro indubitato firmant Iacob. Graff. cons. 6. num. 8. de sent. excomm. & Ioan. Gutier. lib. 1. can. qq. c. 11. num. 5. & seq.
3 Imo in omnibus † casibus dispensare potest, in quibus potest Episcopus, siue Archiepiscopus, vel Patriarcha, siue quilibet suæ prouinciæ ordinarius, vices enim Papæ gerens plenissimam, & maiorem alijs Prælatis, post Summum Pontificem, obtinet in ea potestatem; omniaque
4 potest, quæ Pontifex maximus sibi non reseruauit, vt colligitur ex c. 1. de offi. lega. & ibi doct. Specul. in ti. de legato §. consequenter. in prin. sequitur Gūdisal. Villadijgh. in tract. de lega. 1. par. q. 14. & Marc. Anto. Cucch. in instit. maio. iur. can. lib. 2. ti. 5. vbi sigillatim explicat, quid possit facere legatus, vel non; traditque
5 † illius officium per mortem Summi Pontificis non expirare, vt habetur in d. c. legatos. & ibi gloss. pen. & doct. de offi. leg. in 6. Villadieg. loc. cit. quæst. 16.
6 Dictam verò facultatem, nempe monitoriales concedendi obtinet Pet. Ant. Lazario Papien.
6 † etiam Nuntius Apostolicus, Sedis Apost. legatus, vt hodie est in Regno Neapolitano dominus meus. Illustris. & Reuer. D. D. Gulielmus Bastonius, Episcopus Papiens. quia & ipse est ordinarius in sua prouincia, & Papæ vices quoq; gerit, vt in puncto tenent Io. Gutier. & Graff. loc. cit. qui testantur se sæpissimè vidisse talem legatum, siue Nuntium concedere, atque decernere præfata monit. per totam suam prouinciam,
7 tem † committendo Episcopo, siue ipsius generali Vicario, vt si re maturius cōsiderata iuxta decr. sacr. Cōc. Trid. duxerit concedenda, ea decernat, cū alicuius termini assignatione, intra quem sub pœna excommunicationis Apostolicæ reueletur, quod prætenditur. Sic etiam refert, & testatur Rodrig. in sum. par. 1. ca. 79. nume. 1.

## QVAESTIO VI.

### Vicarius Generalis Episcopi an possit concedere monitoria.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Generalis eandem habet cum Episcopo potestatem.*
2 *Vicarius Episcopi decernit monitoria, vt declarauit sac. congr. Card.*
3 *Concil. Trid. excludere volens Vicariū Episcopi, vt loquatur.*
4 *Matrimonij denunciationes potest Vicarius Episcopi dimittere.*
5 *Vicarius an possit concedere monitoria præsente Episcopo, & quæ non possit eo præsente.*

B 6 *Epi-*

6 *Episcopo excommunicato, vel interdicto, an eius Vicarius possit concedere monitoria.*

7 *Vicarius Episcopi an possit exequi monit. Papale Episcopo directum, & quando.*

8 *Episcopi an possit cognoscere causam suo Vicario sub nomine officij delegatam.*

9 *Vicarius foraneus an possit concedere monitoriales,*

10 *Vicarius substitutus per aliũ Vicariũ an possit decernere monit.*

11 *Episcopo absente, nullo per eum Vicario deputato, ad quem spectet monit. concedere.*

12 *Vicarius Episcopi delegatus an post executionem monitorialium Papalium possit iterum eas publicari & & fulminari facere.*

VIcarium generalẽ Episcopi nõ posse monitoria concedere videretur respondendum, quia Conc. Trid. d. sess. 25. c. 3. de reform. dispo suit a nemine prorsus, præterquã ab Episcopo esse decernenda; tamen cũ Vicarius generalis cuiuscunq; Episcopi, siue Archiepiscopi habeat ge-
1 neralemandatum, ac † eandem Episcopi potestatem in iurisdictionalibus sibi ab Episcopo concessam, & possit excommunicare, ordinariam enim exercet iurisdictionem, cap. ex tuæ. cap. tua. de offic. ordin. dubitandum non est, quin prędicta monitoria concedere possit, vt in terminis tenent Sylua nup. lib. 3. vers. monitoriæ. num. 28. Bernar. Diaz in reg. 243. Iacob. Sbroz. de Vic. Episcop. lib. 2. q. 171. nu. 2. Graff. cons. 6. nu. 7. de sent. excom. D. Ioan. Baptista Costa tract. de fact. scie. & igno. cet. 2. dist. 55. nu. 1. tom. 1. & ita censuit sacra congreg. Card. anno 1585. vt testantur, Greg. Sair. tract. de censu. lib. 1. cap. 9. nume. 33. vers. primum est. & Io. Guttier. lib. 1. can. qq. cap.
2 11. nu. 8. his verbis, † Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo potest sine præuia cognitione facti ab ipsomet Episcopo, excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere; dum tamen ipse Vicarius causæ cognitionẽ adhibeat. & ita in praxi receptum est vbique, vt fidem facit Marc. Anton. Genuensis Episcopus Mõtis marani in sua praxi Archiep. Neapolit. cap. 1. not. 1.

3 Vnde per inclusionem † Episcopi factam a Concil. non excluditur eius Vicarius, qui, vt habetur in c. 2. de consue. lib. 6. & cap. Romana. de appel. lib. 6. & tradit Camil. Campegius Papiens. qui fuit vnus ex Theologis Sum. Pontific. in celebrationẽ sacr. Concil. Trid. & postea Episcopus Sutrinus in tract. de potest. Papæ in respons. art. 1. nu. 48. facit idẽ tribunal cum ipso Episcopo, sed solum inferiores voluit sacrum Cõcil. in hoc excludere. Nam quando Concil. Trid. voluit excludere Vicariũ, vt in c. 6. sess. 24. de reform. loquitur taxatiuè, & expresiè dicẽs, quod Episcopis, non eorum Vicarijs, sit permissum, vt etiã aduertit Iaco. Sbroz. dicta q. 171. in fi.

4 Sic etiam, licèt † sacrum Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de reform. videatur tantum facultatẽ Episcopis concedere, vt existente causa permittat matrimonia contrahi non præceden-

tibus

tibus denunciationibus; tamen hoc etiam põtest Vicarius generalis, vt probant. Nauar. consi. 5. de sponsal. Tolet. in sum. lib. 7. capit. 19. Graffi consi. 6. num. 12. de sent. excom.

5 Et potest † talis Vicarius etiam præsente Episcopo huiusmodi monitoria concedere, nisi expresse prohibeatur, vt concludit Graff. d. consi. 6. nu. 16. potest enim Vicarius Episcopi præsente Episcopo suum exercere officium, nisi in casibus exceptis, & in reuerentialibus. Rebuff. in prax. benefi. lib. 1. cap. 22. nu. 187. & facit glo. no. in l. cũcta. C. de metaph. lib. 12. vbi habetur, delegati iurisdictionem non expirare per delegantis præsentiã, ita Lanfran. Balb. decis. 488. Et in omni loco suæ diœcesis facere põt per rationes allegatas per Sbroz de Vic. Episc. lib. 1. q. fin.

6 Aduertas tamen † quod quando Episcopus esset excommunicatus, vel interdictus suspenditur etiam potestas eius Vicarij generalis. capit. 1. de offi. vic. lib. 6. glos. & doct. in ca. vlt. de procur. Rebuff. in cap. postulastis. not. 11. de cler. excom. minist. & in prax. lib. 1. cap. 22. siue in forma Vicariatus. nu. 217. Matant. in prax. par. 4. dist. 5. an iudic. sit ordi. vel deleg. nu. 75. & ideo in hoc casu non posset monitoria concedere.

7 Quæres autẽ, an talis Vicarius † generalis exequi valeat monitoriales a sede Apostolica concessas Episcopo directas? & respon. negatiuè, quia in huiusmodi causis, & cõmissionibus Episcopus non cognoscit, vt Episcopus, sed tanquam Papæ delegatus; & quæ competunt ratione iurisdictionis delegatæ, non videtur, quod Episcopus illi committat. Dec. in c. quoniam. Abbas. num. 15. de offi. deleg. Rip. in c. eam te. num. 46. & seqq. de rescri. Cucch. in insti. maior. iur. can. tit. de vic. num. 116. quod intellige, nisi Vicarius esset cõstitutus a Sum. Põtifice, vt declarat Dec. loco cit. vel nisi Sum. Pontifex alternatiuè mãdaret causam Episcopo, vel eius Vicario. Felyn. in d. cap. eam te. nu. 17. circa med. de rescript. Sbroz. de Vic. lib. 2. q. 135. per tot. Vel nisi Episcopus ei subdelegaret, Cucch. ibidem.

8 Quod procedit e conuerso, quia † nec Episcopus causam suo Vicario delegatam cognoscere potest. Dec. in d. ca. quoniã Abbas. nu. 15. Etiãsi sub nomine officij, & dignitatis tantum, & non sub nomine proprio, & dignitatis sit eidem Vicario causa a Summo Pontifice delegata. Ripa d. nu. 46. Cucch. loco cit. nu. 117. cum seqq. & tenet. Iacob. Sbroz. d. lib. 2. q. 136. nu. 8. contra Bertach. de Episcop. lib. 4. par. 5. nu. 59. Limita tamen hoc secundũ Cucch. vbi supra, vbi Vicarius esset officio defunctus, tunc enim in ea se immiscere potest Episcopus, si sub nomine dignitatis facta esset obligatio.

9 An verò † Vicarius foraneus possit concedere huiusmodi monitoriales? & concluditur, quod non, quia nõ habet eãdẽ auctoritatẽ, qua potitur Vicarius generalis, nec facit idẽ consistorium cum Episcopo. glo. in c. 1. in prin. in verb. foranei. de offi. ordin. lib. 6. Quare a sententia Vicarij foranei datur appellatio ad Episcopum, siue ad eius Vicarium generalem, quæ tamen non datur a Vica-

rio generali ad Episcopum, Sbroz. de Vica. Episc. q. 23. nu. 5. cum seq. de quib. vide Marant. vbi supra. nu. 12. cum plurib. seqq.

10 Quæritur etiam † an Vicarius substitutus per alium Vicariũ possit talia monitoria concedere? & respõdetur, quòd licet Vicarius non possit sibi substituere alium Vicarium perpetuum sibi similem, secũdum Marant. vbi supra. nu. 22. ex aliqua tamen causa, puta absentię, vel infirmitatis ad modicum tẽpus potest, quo casu dicerem, & hunc posse monitoriales litteras concedere.

11 Sed dubitatur, Absente † Episcopo, nullo per eum Vicario cõstituto, ad quem spectet concedere monitoria; & dicendũ videtur, quod ad Archidiaconum, qui absque aliquo facto, & ipso iure est Episcopi Vicarius, iuxta c. 1. vbi glo. & Butr. & c. ad hæc. §. sciendum. & §. item epistola de offic. Archid.

12 Et in facto dubitatum fuit, an Vicarius Episcopi delegatus ad exequẽdas monitoriales Papales, postquã eas executioni demãdauerit, & factæ fuerint aliquæ propalationes, possit denuo pręcipere, vt iterũ publicentur, & teneantur sciẽtes, qui nõ propalauerunt, denunciare; & cõclusum fuit affirmatiuè: sic apertè colligitur ex tenore ipsarum monitorialiũ, per illa verba, quę regulariter apponuntur, Ex tũc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, eamq; faciatis vbi, qñ, & quoties videritis expedire vsq; ad satisfactionẽ condignam, & reuelationẽ debitã solenniter publicari, &c. Secundum auream decis. Boer. 131. per totam.

## QVAESTIO VII.

### Vicarius generalis capituli Sede Vacante an monitoria decernere queat.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius capituli sede vac. monitoria concedit iuxta declarationẽ S. Cõgr.*
2 *Capitulum sede vac. in quibus succedat Episcopo.*
3 *Capit. sede vac. quæ possit facere, vel non remis.*
4 *Capit. sede vac. infra quantum tẽpus Vicarium constituere teneatur.*
5 *Capit. sede vac. an possit limitare auctoritatem, vel tempus Vicario.*
6 *Capitulo sede vac. an liceat pacisci de Vicariatu.*

1 Generalem capituli Vicarium † sede vac. constitutum monitoria concedere posse vsus testatur, & sacra declarauit cõgregatio Card. 14. Augusti anno 1586. vt tradit Greg. Sair. de censur. lib. 1. ca. 9. nu. 33. vers. primum est. & ratio esse potest, quia capitulum cathedralis sede 2 vac. generaliter † succedit in sui Episcopi iurisdictione, etiam in administratione temporalium, & spiritualium, habetq; iurisdictionẽ ordinariam a iure communi, & potest iudices dare, ac constituere, atq; omnia expedire, quę ad iurisdictionẽ pertinent, prout late scribit Fran. Pauin. in tract. de offi. & potest. capituli sede vac. q. 1. & seq. pri. par. ptin. optimè. Cucch. in inst. ma. lib. 2. tit. 9. & Steph. Quaranta in summ. Bullar. verb.

verb.capitulũ sede vac.vbi latissimè
3 cumulant, quænam † possit capitulum sede vac.facere,vel non;de quibus etiam vide copiosè.Illust.Card. Tusch.tom.1.pract.concl. iuris. lit. C.cõcl.56.per tot.Thesau. for. eccl. par.1.cap.10.nu.8. & in puncto tenet.Gutier.lib.1.can.qq.ca. 11.nu. 9.& sequ.a quo ferè omnia fideliter est mutatus circa hanc materiam, quamuis eius nomen reticuerit.Iac. Graff.consil.6.de sent.excomm.vbi nu.10.hoc idem refert.

Quod etiam probare videtur sacrum, Concil.Trid.relatũ per Thesau.for.eccl.vbi sup.nu. 7.sess.24.c. 16.de refor.vbi præcipit,quòd capi-
4 tulum † sede vac.officialem,seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere,vel existentem cõfirmare omnino teneatur,qui saltem in iure canonico sit doctor, vel licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus.Qui quidem huiusmodi facultatem nempe concedẽdi
5 monitoria habet † nisi in mandato habito a capitulo expresè denegetur, vel restringatur, quod ad hoc, vel ad alia sibi reseruãdo,quod capitulum facere potest,vt tenet Gutier. & Graff.loc.cit.& vide Iaco.Sbroz. tract.de vic.episc.lib.1.q.30.& lib. 2.q.70.nu.4.Imo potest certum tẽpus in ipsa Vicarij deputatione præfinire,quo elapso eius iurisdictio expiret,vt ex declar. sac. Congr.tradit Steph.Quaranta loc. cit. in fin. vbi nu.13.describit formulam commissionis in personam Vicarij capitula
6 ris;& eam declarat.Non potest † tamen capitulum sede vac.constituere Vicarium,cum pacto de participando de emolumentis,quia esset simonia, quibus non incurreret excommunicationẽ, quia licet Vicariatus non sit beneficium, neque ordo, est tamen res spiritualis.cap.1. & 2. ne prælati vices.Nau.consi.2.eod.titu. ne prælati vic. An verò capitularis Vicarius sede vac. possit exequi litteras monitoriales Episcopo, vel eius Vicario commissas. vide inf.sess. 2. quæst.1.nume. 16. vbi negatiuè respondetur.

## QVAESTIO VIII.

### Abbas Regularis an possit permittere monitoria quoad suos subditos.

### SVMMARIVM.

1 *Visitator Episcopi an monitoria concedere possit.*
2 *Abbas quam iurisdictionem habeat in subditos.*
3 *Abbates quinam Episcopis æquiparentur.*
4 *Abbates monitoria quoad subditos decernunt.*
*Prior conuentus an monitor.decernere possit. nu.4.*
5 *Prælati exempti an concedere possint monit.*

Licet, pro negatiua respondendum esse videatur, exceptis enim prædictis, nullum alium ea posse concedere, colligitur ex superius adductis,& probat. Henriq. in sum. theol. libro 13. de excommunicatione. capitulo 17. §. 4. vbi fir-
1 mat,quòd nec † Visitator Episcopi, nec

nec Archipresbiter, & huiusmodi generalem excõmunicationem ferre valent, facit bulla Pauli III. incip. licet nuper. 67. vbi prohibet sub pœna excommunicationis, & priuationis Præposito, & officialis Sancti Eleutherij, ne de cętero audeant cõcedere hõi monitoria, & concessa annullat, & sic nõ possunt Parochi, prout poterant de iure antiquo ex consuetudine, vt in c. 2. de offic. ord. Tamen contrarium quoad Abbatẽ
2 verius esse opinor; quia † Abbas in suos subditos iurisdictionem quasi Episcopalem, & ordinariam habet, in quos, præter depositionẽ, omnia potest. Pan. in c. siquis contra de for. compet.

3 Imo iura, & doctores adæquãt † Abbates Episcopis in potestate, & authoritate, & nonnullis alijs. c. vlt. in prin. de offi. deleg. in 6. Pau. Leazar. in repet. ca. ex parte de confessis. nume. 1. quamuis aduertendum puto, nè quis decipiatur, tunc non de quibuscunque Abbatibus; sed solum de habentibus Episcopalem iurisdictionem, qui dicuntur magni Abbates, seu Abbates generales, intelligi debere; & de ijs loquitur tex. in cap. Adrianus. el 2. 63. dist. & in c. conuenientibus. in prin. 1. q. 7. vbi Abbas tenuit locum Papæ in Concilio: vide c. nullam potestatem. 18. q. 2. vbi habetur, quòd Abbatia est caput omnium beneficiorum regularium; & de magna Abbatum dignitate vide Card. Tusch. to. 1. pract. cõcl. m. lit. A. concl. 13. & concl. 29. nume. 5. & seq. Zecch. in republ. eccl. tit. de Abbatibus. c. 15. & pulchrè agit. Io. Baptista Magonus in lucerna morali. par. 1. c. 13.

4 Et posse † concedere in terminis tradunt Cucch. in inst. ma. lib. 3. tit. 3. nu. 26. & Graff. consi. 6. nu. 11. de sent. excomm. qui extendit etiam ad Priorem conuentus, cum & eadem persona censeatur, personamq; Abbatis repręsentet; sicut capitulum refert personam Episcopi, sic habetur in c. his qui. de præben. in 6. & posse Abbatem, & Priorẽ monachos suos excommunicare, probat Petr. Greg. Tholos. in par. iur. canon. lib. 4. titu. 16. cap. 4. lit. K.

Et Fran. Suarez ad D. Tho. disp. 20. sect. 1. num. 2. tom. 5. tenet, quòd
5 non solum Abbates, sed alij † Prælati exempti, qui Episcopalem, vel quasi habent, comprehendantur, sic Lap. alleg. 38. in fin. & Illustriss. Tuschus. tom. 3. pract. concl. lit. E. cõcl. 437. nu. 2. & seq. Et solum excludantur inferiores iudices subordinati Episcopis, vt solent esse visitatores, Archipresbiteri, Archidiaconi &c. vt dicit Henriq. loc. cit. faciũt adducta per D. Mar. Antonin. lib. 1. var. resol. vlt. resol. cas. 42. vers. & licet.

## QVAESTIO IX.

### Monitoria quib. personis concedenda, vel non.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatis, criminosis, monitoria non conceduntur.*
2 *Iudæis cur monitoria concedi non possint.*
3 *Monitoria ijs tantum conceduntur, de quorum interesse agitur.*
4 *Procuratori alicuius an sint cõcedenda moni-*

*monitoria.*

5 *Pij Papæ V. constitutio super monitorijs expediendis refertur.*

6 *Speciale mandatum requiritur ad obtinenda monit.*

1 AD instantiam excommunicati † vel manifestè, & notoriè criminosi, & peccatoris non sunt cõcedenda monitoria. gloss. & Abb. in c. noui. num. 32. in verbo additio. de iudic. Io. Neuiz. in Sylua. nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. nu. 47. vers. limita primo. Thesau. for. eccl. 3. par. ca. 38. nu. 29. Acta eccl. Mediol. par. 1. lib. 5. tit. 7. cap. 4. nisi criminosus esset emendatus, vt ex Imol. in d. capi. nouit. & Roch. de Curt. declarat. Neuiz. d. num. 47. in fine, vbi etiam subdit, quòd licet pro criminoso nõ sint concedenda, iudex tamen debet inquirere ex officio proprio, vt faciat resarcire damnum, cui debet.

2 Eadem ratione nec Iudæis † cõcedi possunt, quia licet nobis fratres, & proximi sint, præsertim in statu euãgelij, quod omnes vocat, tamen cum in spiritualibus non ligentur lege cãnonica, & de eorum salute non curetur. ca. gaudemus de diuor. Felyn. in c. iudæi. el 2. de iudæis, frustra auxilium legis canonicæ implorant, qui in eam committunt, l. auxilium. in fin. & ibi Bart. nu. 1. ff. de minor. ca. bonæ in princ. de elect. & quamuis iudæis non liceat impunè humanas leges violare, & proximo damnum afficere, constitutionibus tamen ecclesiasticis, & censuris, ac dispositionibus peccati rationem habentibus, & fauorem animæ, vel moralem instructionem respicientibus directè non astringuntur. Philip. Massin. in l. 1. C. de eden. nu. 98. vide Felyn. in c. nouit. de iud. nu. 1. vbi additionator. Nec ijs, † de quorum interesse

3 non agitur concedi debent, & si concessa fuerint, veniũt reuocãda. Nau. cons. 7. de sent. excom. nu. 1. Grego. Sair. in florib. decis. lib. 5. tit. 23. decis. 8. Fran. Leo. in Thesau. for. eccl. d. c. 38. nume. 28. & infra declarabimus quæst. 18. nu. 3. huius sect. sed vtique ad instantiam alicuius particularis damnificati, vel † ad petitionem procuratoris alicuius Reipublicæ, aut ciuitatis damnum notabile, posse concedenda veniunt. vt tradit Lud. Lopez in instruct. consc. par. 2. cap. 11. & extat constitutio † semper augustæ mem. sum. Pont. Pij V. incip. Sanctissimus in Christo Pater, vbi ordinauit, quòd mandata, quæ in forma significauit, pro rerũ subtractarum, aut deperditarum restitutione, seu reuelatione expediãtur ad eorum duntaxat instãtiam, quorum ciuiliter interest. Additq; modò super illis supplicationes in præsentia suæ sanctitatis signatæ fuerint; quæ supplicationes rẽ ipsam, de qua agitur, eiusque valorem nominatim, & specificè exprimant; nisi fortè sint pro ecclesijs, locis pijs, communitatibus, vniuersitatibus, collegijs, aut vniuersalibus successoribus, quos verisimile est, certam rerum notitiam non habere, tũc etenim hac ipsa personarũ qualitate expressa, ita demũ fieri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neq; nimis vaga, & incerta, atq; adeo in verisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod præcipuè in omnibus atten-

attendendum est) minimè vulgares existere &c. Ordinatur quoq;, quòd committantur Ordinarijs, vel eorũ Vicarijs, &c. Quam constitutionem ad verbum refert Stephan. Quaranta in sum. bullarij verb. excommunicatio. ad finem reuelat. post princ. & de ea meminit Petr. Greg. Thol. in par. iur. can. lib. 4. titu. 16. capit. 2. in glo. lit. G.

6 Et nota † quòd ad obtinendum ista monitoria requiritur speciale mandatum, vt tradit ex speculatore tit. de procur. ver. 18. prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 11. vbi dicit, sic seruari in ipsa Curia Neapol.

## QVAESTIO X.

### Monitoria quib. de causis concedenda, vel non.

#### SVMMARIVM.

1 *Expressa frequentiæ causa non excludit cæteras causas.*
2 *Causæ traduntur, pro quibus regulariter possunt monitoria concedi.*
3 *Monitoria concedi possunt contra non soluentes decimas.*
4 *Monitoriorum finis, & causa quænam sit.*
5 *Circunstantiæ obseruandæ in monitorialibus relaxandis ex Conc. Trid.*
6 *Monitoria pro re omnino occulta, vel nota cur non concedenda.*
7 *Monito. pro re infamatoria non permittenda.*
8 *Copia reuelationum continentium infamiam non danda iudici seculari, & quid agendum.*
9 *In causa criminali cur non decernenda monitoria, declaratur. nu. 15. & 17.*
10 *Stylus Curiæ Romanæ, & diœcesanorũ ponendi clausulam, quòd monitoria nisi pro ciuili interesse fidem faciant.*
11 *Praxis, quòd obtinentes monitoria non vtantur in criminalibus.*
12 *Monitoria in criminali causa quomodo concedi possint, declaratur. numero 15.*
13 *Monitorium an iustè concedi possit contra eos, qui iniecerunt manus violentas in clericum.*
14 *Monitorium an relaxari possit contra auctorem libelli infamatorij.*
15 *Irregularitas ex homicidio, quando euitetur cum protestatione, quòd iudex secularis procedat citra pœnam sanguinis.*
16 *Episcopus, cum nõ possit tradere iudici laico propalationes continentes criminalitatem, quid aget.*
17 *Monitoria concedi possunt, quando coram iudice laico agitur de crimine ciuiliter quod explicatur.*
18 *Monitoria contra illum, qui non est soluendo, non decernenda.*

Licet sacrum Conc. Trid. in sess. 25. c. 3. de refor. exprimat, quòd monitoria pro rebus subtractis, & deperditis concedantur, non excludit tamen, quin pro alijs causis concedi possint, prout indicant illa verba fieri solent, nam 1 † expressa frequentiæ causa non excludit cæteras causas. Corset. singu. verb. frequẽtia per glo. in clem. 1. de rescript. & no. prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 2. Et in hac materia proceditur de similibus casibus ad similia. Abb. in cap. nouit. nume. 52. de iudic. quem citat, & sequitur Riminal. iun. cõsi.

357.num.32.& seqq.vol. 1. vbi cócludit, quòd in his casibus regulariter sint cócedenda, in quibus agitur de interesse petentis monitoria, & peccatum purgari nequit per viam actionis, vel alterius remedij de iure introducti.

2 Et ideo non tantum † pro rebus furtim, & in occulto acceptis, & deperditis, & pro sciendis occultis, inueniendis scripturis, & iuribus occultatis, & alijs grauibus peccatis in proximi damnum commissis, & sic contra illicitos detétores, & cóscios, vt hi reuelare, illi verò restituere teneantur; sed etiam cótra recusantes dicere veritatem coram quocunque iudice, & contra impedientes testes produci in causa, & contra conscios simulati côtractus, vel pacti nudi in graue tertij præiudicium, vt infra

3 quæst. 16. latius dicetur. & † contra non soluentes decimas. Rimin.iun. d.consil.357.nu.15. post glo.Card. Imol.in clem.dispédiosam.in verb. pręmoniti. de iud.& in simil.bus casibus sunt concedenda; modo personæ ignorentur. Et exemplum monitorij concessi super repletione, & comablatione cuiusdam capellæ de nouo construi inceptæ affert Franc. Marc.decis. 859.par. 2. & contra culpabiles, & conscios, qui piscauerũt in stagno cuiusdam, habetur per eundem decis.865.d.par.2.

Et hoc duabus potissimũ de causis, siue finibus, nempe ob correctio-

4 nem a peccato commisso, aut ad executioné præcepti obligantis; & consequenter ad præueniendum, ne peccatũ cómittatur; hi enim sunt fines adeo intrinseci excómunicationis, quæ spiritualis, & medicinalis pęnà est, ca.1.de sent.excom.lib.6.vt sine illis subsistere nequeat, & tradit Episcopus Montis Marani in d. prax. Archiep.cap.2.no.1.in prin. quamuis ecclesiasticus Prelatus possit hác excommunicationem imponere, nó solum ad corrigendum peccatum iam commissum, & ad roborandam naturalem obligationem; sed ad statuendum proprium præceptum, & nouam obligationem in huiusmodi materia. Franc. Suarez tom.5.disp. 20.sect.3.nu.2.& 5.

Aduertendum tamen est, vt res,

5 pro qua monitiones petũtur, primo vulgaris, hoc est modici momenti; non sit, vt infra declarabitur, ne leui de causa ad excommunicationem procedatur, sed ea diligenter, & cum magna maturitate considerata, & examinata, quæ verè moueat iudicé ad eam fulminandam. Nec moueatur ad eam ferendam cuiusuis secularis, etiam magistratus auctoritate. & iudex verè iudicet pro re, loco, persona, aut tempore, vt excommunicatio feratur. ita Concil. Trid. d. cap.3.testibus Sair.tract. de censur. lib. 1.cap.9.num.3.& D. Io. Baptista Costa trac.de fact. scien. & ignocent.2.dist.55.num.1.tom.1.

6 Secundò, vt res † non sit omnino occulta, siue incerta, vt cum iam diu amissa, vel subtracta est, vt illius memoriam amplius non haberi verisimile sit: vel nó sit omninò publica, & nota, quando enim debitor est notus, & notum quoque est debitum, nulla ratione procedendum est per monitoria, vt debitor creditori solute cogatur.prax. Archiep. Neap. ca.

Pet. Ant. Lazario Papien. C 2.not.

2.not.5.ex Sot.in 4.dist.22.q.1.ar.2.vbi inquit, quòd non debet reuelari debitor, qui est notus. & infra explicabimus, quia hæc monitoria concedi tantùm debent deficiente probatione, & in subsidium aliorũ iuris remediorum; & ideo remedia subsidiaria appellari possunt; de quibus remedijs elegans tractatus a celeberrimo Domino meo, & pręceptore D. Io. Baptista Costa fuit compilatus, & propediem excudetur.

7 Tertiò, vt † non sit infamatoria. Neuiz.in sylua nupt.lib. 3. nu. 50. vnde in praxi nunquàm nominatur persona, quæ præsumitur rem detinere, ne contingat olędi eius famã. Franc. Marc. par. 2. decis. 803. & 854. D. Menoch. de præsumpt. libro 4. pręsump. 190. num. 35. & seq. latè prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 5. in prin. D. Costa tract. de fact. scien. & ignor. cent. 2. dist. 55. nu. 7. tom. 1. ex Ant. Sola super ordi. & decret. Sabaud. tit. 6. sub rub. de tribun. cõpet. glos. 4. nu. 7. post Ludou. Vital. tract. de reis, & testimon. num. 22. & tale monitorium, in quo nominatur certa persona, esse abusiuum, & reijciendum tradit Arism. Tepat. lib. 1. var. iur. tit. de monitor. eccles.

8 Imo, quando reuelationes † receptæ continent infamiam, non debet concedi earum copia in iudicio seculari; sed sunt concedenda tantùm nomina, & cognomina testium, qui reuelarunt, quos compellere potest iudex laicus postea ad deponendum; dummodo non deponant super crimine ex infra dicendis; sic vsu receptum esse in curia eccles. Neapolit. testatur eius praxis Archiep. capitulo 1. not. 5. in fin.

9 Quartò, vt res † non sit criminosa, siue criminalis causa: & talis etiã dicitur, etiamsi agatur tantùm de pęna pecuniaria, vbi fisco veniat applicanda. l. agraria. vbi gl. ff. de termin. mot. Philip. Massin. ad l. 1. C. de eden. nu. 91. quod procedit præsertim, si copia reuelationum sit consignanda iudici laico, coram quo lis vertitur; tum quia infamię notam affert, tum etiam ad vitandam irregularitatem. Marc. Anton. Genuensis in sua. prax. Archiep. Neapoli. d. cap. 1. not. 6.

10 Vnde ex stilo † Curiæ Romanæ, & generali diœcesanorum vsu, in ipsis monitorijs apponitur clausula, nolumus autem, quòd ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri cõtingat, nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantùm agi possit; aliàs reuelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat. Ita quoque statuit Pius Papa V. in constitu. incip. sanctissimus. vt no. Thesau. for. eccl. par. 3. cap. 38. nu. 21.

11 Et quia aliquando † reuelationes, etsi non contineant criminalitatem, eas tamen obtinentes vtuntur illis in criminalibus, solet Vicarius Papiensis, & alij in ipsis litteris monitorialibus apponere, ne huiusmodi reuelationibus possint vti criminaliter sub pœna excommunicationis, & alia arbitraria. & Neapolitanus, vt habetur in eius praxi d. c. 1. no. 6. quando concedit copiam reuelationum, solet imponere pœnam excommunicationis latæ sententiæ parti, & iudici, si dictis reuelationibus vtantur in criminalibus, quæ pra-

ctica

ctica tutior mihi videtur.

Et quamuis Franc. Marc. decis.
12 855. par. 2. teneat monitoria † iuridicè concedi posse super crimine pro habenda veritate, etiamsi criminaliter agatur; & ita etiam solere tradit Lel. Zecch. in tract. de republ. eccle. tit. de prælat. in genere. capitu. 1. §. quinto. vers. excommunicatio verò, dúmodo, inquit, in huiusmodi causis criminalibus concedantur cum tribus clausulis, primò ne fidem faciant, nisi ciuiliter tantum: secundò ad defensionem tãtùm: tertiò quoad interesse, quibus factis iudex nõ incurrit irregularitatem, etiamsi mors inde sequatur.

Et pro interesse apertè docet Frã.
13 Marc. d. decis. 855. vbi concludit, † quòd generale monitoriũ iustè fuit concessum contra omnes, qui iniecerunt manus violentas in personam cuiusdam presbiteri, & qui auxiliũ dederunt, conscios &c. vt tenerẽtur emendare damnũ, & reuelare, sicuti etiam contra fures, & alios damnificantes, scientesq; quotidie iustè conceditur, iuxta cap. qui cum fure. de furt. l. ciuile. C. de furt. vbi glo.

14 Sic etiam videtur † posse decerni monitorium cõtra occultum auctorem libelli infamatorij, nõ quidem ob commissum delictum, sed ad restituendam famam, ad quam iure naturæ tenetur, vt deducitur ex cap. quidam malignis. 5. quæst. 1. vbi D. Gregor. similem libelli infamatorij auctorem excommunicauit, vt not. Sair. tract. de censur. libro 1. cap. 9. num. 25.

15 Tamen ad euitandam † irregularitatem re vera non sufficiunt dictæ clausulæ, nec concedendo copiam reuelationum continentium criminalitatem, satis est protestatio, quòd iudex secularis procedat citra pœnã sanguinis, iuxta c. 2. de homic. in 6. quia textus in d. cap. 2. non habet locum in agentibus causas alienas, sed tantum suas, vt ibi notatur communiter per scribentes, & tradit prax. Archiep. Neapol. d. c. 1. not. 6. & explicitè tenent Graff. par. 1. decis. lib. 2. c. 62. num. 32. & 40. doctores in cap. postulasti. de homic. vbi Felyn. inquit, si clericus accusaret furtum alteri factum, vel testimonium præberet, talis protestatio non iuuat. de qua materia. vide Nauar. consi. 9. de homic. Host. in sum. titu. de homic. volunt. nu. 4. & cum incurrente hãc irregularitatẽ solus Papa potest dispensare, quia dicitur homicida voluntarius. Specul. tit. de dispen. §. 4. incip. iuxta nume. 10. vide Simon. Maiol. de irregu. lib. 2. cap. 9. vbi sub num. 3. refert exemplum clerici, qui factus est irregularis ob patrociniũ præstitum pro fratre.

16 Sed hic quæritur, postquam † Episcopus receperit propalationes cõtinentes criminalitatem, quas non potest tradere iudici laico, quid erit remedij, vt orator valeat bona sua recuperare? Respondeo cum Marc. Ant. Genuen. Episcopo Montis Marani Auctore dictę prax. Archiep. d. not. 6. quòd Episcopus poterit detinentem bona aliena per excommunicationem cogere, vt exeat a peccato, & restituat, iuxta capitu. nouit. de iud. vel declarari incurrisse excommunicationem generaliter latam contra detinentes talia bona, & non

restituentes, iuxta tradita infra sect. 4.q.8.nu.14.& seqq. quod fieri potest, etiamsi compareat, & dicat, se paratum stare iuri coram suo iudice laico competenti, cum in hoc casu alio modo prouideri non possit; nec in foro iudicis competentis aliquid probari queat, iuxta not. supra in prin. & ecclesia adiri potest ratione peccati mortalis, quando in foro exteriori nõ competit ius, iuxta Inno. & alios, in d.c.nouit.de iudi.& cap. quia plerique.de immun.eccles.

17 Conceduntur quidem † monitoria, quando coram iudice laico agitur de crimine ciuiliter, nisi continerent scãdalũ, vt exemplificat Marc. Ant.Genuens. in sua prax. Neapol. d.c.1.not.6.de quodam hærede, qui anno 1600. Neapoli agebat contra legatarios coram iudice laico, vt priuarentur legato, quia maledixerant animæ testatoris iuxta l. si animicidæ ff.de his qu bus vt indign.& petijt monitoria contra scientes aliquẽ ex legatarijs talis testatoris maledixisse eius animæ, quæ non fuerunt concessa, quoniam non poterat negari, quin continerent magnum scandalum.

18 Quintò, & vltimò, vt † res non sint tales, pro quibus satisfacere non posse satis constet, vel probabiliter præsumatur eum, contra quem in genere latum est monitorium non habere, vnde restituat, imò sententia excommunicationis lata contra inopem notorium est nulla. Butr.& Dec.in capitulo P.& G.de offic.deleg.post Abb.in cap. Odoardus. & ibi glo. de solut. & si fuerint concessæ huiusmodi monitoriales earum cursus impediri potest, vt infra in 4. sect.q.1.num.19.declarabitur.

## QVAESTIO XI.

### Cuius valoris esse debeant res, pro quibus monitoria concedenda petuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria nisi pro rebus perditis alicuius ponderis concedenda, vt intellig.*
2 *Stylus Curiæ Rom.in concedendis monit.quoad valorem rerum perdit.*
3 *Monit pro qua summa in ciuitatibus, vel oppidis sint concedenda.*
4 *Res parua, vel magna dicitur respectu personarum.*
5 *Rustico porcum subtrahens oculum ei furari dicitur.*
6 *Furto subtrahens doctori librum furtũ magnum committit.*
7 *Furantem librum doctori an liceat occidere pro eius defensione, & num.seq,*
8 *Locus Exod.cap.22. quomodo intelligendus.*
9 *Monitoria facilius pro pauperibus concedenda de re parua, & pro qua summa.*
10 *Monitoria de re sacra pro minori concedenda.*
11 *Causa quæ magna, & quæ parua dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.*
12 *Monit.specialia contra certas personas quando, & pro qua summa conced.*

Res deperditas, vel subtractas, pro quibus monitoria decerni petuntur, non exigui ponderis, sed alicuius

1 alicuius † valoris esse debere, satis patet tum ex Conc. Trid. sess. 25.c. 3.ibi,ex re non vulgari;tum ex constitu. Pij V. incip. sanctissimus.ibi, quod præcipuè attendendum est, minus vulgares res existere,&c.quę vox,non vulgaris, vt notat Michael Salon in 2.2.q.66.art. 6. non tantũ intelligéda est in ordine ad furtum, quàm in ordine ad excommunicationem. Et sic quamuis duo,vel tres aurei sint materia grauis in ordine ad furtum imo in aliquo furto quantitas rei surreptæ pertingens summam duorum iuliorum sufficit ad culpam mortalem. Nau. in man.c. 17.sub nu.2.& latè Steph. Quar.in summ. bull. verb. casus reseruatus. num.9.vbi reddit rationem, non tamen est talis in ordine quoad excõmunicationem.

2 Quare stylus Curiæ Romanæ † optime obseruat, vt monitoria minimè concedat,nisi rerum subtractarũ valor summam saltem quinquaginta aureorum attingat, licet sint separatim subtracti,vt ex tenore Papalis monitorij constat, qui infra in q. 18. huius 1.sect. describitur, & tradit Graff.consil.6.nume. 5. de sent. excom. & in omnibus ferè locis seruatur, quod solum pro aliqua graui summa feratur, quadraginta, vel quinquaginta ducatorũ,&ita in Curia Neapolitana seruatur, quod non conceditur pro minori summa quinquaginta ducatorum, vt fidem facit eius praxis cap.1. not. 2. circa med.

Verum cum aliter consideranda sit qualitas rei subtractæ in ciuitate, aliter in oppido, ideo cum eodem Graff.loc.cit.num. 6. tenerem stylũ

3 Curiæ Romanę † in ciuitatibus obseruari debere, quando tamen petẽs est diues, in oppidis verò concedi posse pro summa decem aureorum, ita tenet Lel. Zecch.in republ. eccl. tit.de Prælat.cap.1.nu.6.§. excommunicatio verò. & faciunt adducta per Io.Gutierr.lib.1.can.qq.ca.11. num.60.vbi dicit,quòd ipse Vicarij generalis officio fungens nunquam in ciuitate concessit monitoria pro minori summa,quàm viginti aureorum. Aliquando verò pro minori summa,vt decem viginti,vel triginta ducatorum in Curia Neapolitana fuerunt concessa considerata paupertate petentis,vt habetur in d.cap. 1.not.2.

Sed quia non solum ratione loci, & rei;sed etiam ex personarum qua-

4 litate res parua † vel magna appellatur,secundum Franc. Marc.decis.6. par.2.nam,vt inquit gl.in l.sed etsi. §.1.verb.modica.ff. de iud. modicũ dicitur respectu personæ, & ibi ponit exemplum de Regina Mattilda dicente aliquantulum terrę dono illi ecclesiæ, quæ tamen ad triginta miliaria extendebatur, quam gloss. communiter approbant doct. secundum Curt.iun.in l.3.nume. 18.ff.si cert.peta.respectu enim pauperis nõ erit vulgaris res, quæ respectu diuitis minima iudicabitur. Io. Gutierr. loc.cit.nu. 63. quia parum pauperi subtractum maximum afferre potest præiudiciũ, vt pulchrè declarat Fran.Marc.par.2.d.decis.6. nu.4.

Et ob id non inargutè dicit D. Menoch.de arb.cas.295. nume. 10. & seq.ex glo.in l.illicitas. §. non te-

5 nuis.ff.de offic. præsid. qui † aufert rustico

rustico porcum, aufert oculum: sic etiam tradit Iacob. Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 33. num. 27. ex Angel. in l. sed etsi. §. 1. ff. de iudic. & ibi etiã scribit D. Menoch. quod magnum
6 furtum iudicabitur, † si codex docto ri subtrahatur, in quo multum inuigilauit, & plura scripsit, atque annotauit. ita Graff. d. c. 93. num. 27. pro
7 cuius libri † defensione, qui penes dominum est in singulari æstimatione, quis forsan penes alium pro vili haberetur, licet in eo actu eidem domino furem præsertim nocturnum occidere, secundum Thom. Gram. in §. iuris præcepta. num. 13. inst. de iust. & iur. cuius opinioni fauere vi-
8 detur capit. 22. † Exod. ibi, si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis: si autẽ orto sole hoc fecerit, de homicidio reus erit. ita habetur in c. si perfodiens. de homic. vbi glo. quod intellige in defensione cũ moderamine inculpatæ tutelæ, hoc est, vt id solum faciat, sine quo nõ potest iniuria, siue furtum vitari, gloss. fin. in c. olim de restitu. spol. Nau. in man. c. 15. nu. 3. vide D. Menoch. de arb. cas. 278. nume. 1. Et quãuis hęc Gram. opinio videatur satis probabilis, tamen contraria tutior est, & magis pia: tum quia liber neq; æquipollet vitæ, neque ad vitam necessarijs, pro quibus tantum licet regulariter hominem occidere, secundum communem, tum quia talis occisio esset contra charitatem, quia vita alterius præferretur rei inferioris ordinis, & valoris, & locus scripturæ nõ videtur procedere in hoc casu. Quãdo verò licet occidere pro defensione rei familiaris, optimè declarant Sair. in claui. lib. 7. c. 10. num. 10. & seqq. & Tolet. in sum. lib. 5. c. 6. nu. 29. post Caiet. 2. 2. q. 61. ar. 7.

9 Hinc fit, (vt vnde digressus sum, reuertar) quòd facilius † pro pauperibus concedenda erunt monitoria de re parua, quàm pro diuitibus, pro quibus de re parua concedi minime debent, vt rectè docet Io. Gutier. d. cap. 11. nu. 60. Pro pauperibus tamẽ concedenda fore non censerem, etiã in oppidis, nisi pro summa saltem decem aureorum nisi essent valde pauperes, quia tunc etiam pro minori summa licitè concedi possent arbitrio iudicis. Lel. Zecch. loc. cit. & sic vidi Papiæ obseruari, & facit Graff. d. par. 1. decis. lib. 2. c. 93. nume. 17. & Gutier. d. cap. 11. num. 65. in fin. Solent tamen in negotijs modici valoris concedi monitiones tãtum sub pęna excommunicationis absq; aggrauatione, vt notat. prax. Archiep. Neapol. c. 1. not. 2. circa med. Quis autem dicatur diues, & quis pauper vide D. Menoch. de arb. libro 2. cas. 65. & 66. vbi ex omnibus antiquis, & modernis optimè declarat.

10 Item considerandum venit, si res † sit sacra, quia pro minori summa concedi poterunt, quàm pro re non sacra. Graff. consi. 6. de sent. excom. num. 6. & facit dicta const. Pij V. ac etiã extrauag. com. vnic. Io. XXII. de furt.

Quibus perpensis circunstantijs moueri potest animus ordinarij ad ea relaxanda, vel non, cuius arbitrio hoc relinquitur a Conc. in d. c. 3. sicuti etiam iuxta communem opin. de

11 de iure regulariter † arbitrio iudicis remittitur, quęnam dicatur causa magna, & quæ parua, vt pluribus relatis testatur D. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 27. nu. 10. & cas. 295. nu. 10.

Aduertendum tamen est, quòd vbi monitorium, siue excommuni-
12 catio est specialis cõtra certas † personas (& hoc procedit præsertim in causa ad forum ecclesiasticum pertinenti; vt quando negotium versatur inter personas ecclesiasticas, quia eo in casu clarum est, posse ecclesiasticum iudicem vti gladio spirituali contra certam, & determinatã personam, etiam in casu, seu materia temporali, imo frequenter non potest alio modo fieri, vt quando aduersus tales contumaces executio realis, vel personalis fieri nequit, vt in d. ca. 3. Conc. Trid. & tradũt Franc. Suarez tom. 5. disp. 20. nu. 13. & Thes. for. eccl. par. 3. c. 38. nume. 22.) tunc pro minori summa concedi solent, aliàs namq; ecclesia nõ haberet remediũ competens ad compellendos reos, si pro minoribus quantitatibus specialiter debitis excommunicationem non decerneret, suaq; iurisdictio esset illusoria, & absque effectu: vt notant Gutierr. d. capit. 11. num. 66. & Suarez loc. cit.

## QVAESTIO XII.

### Monitorij excommunicatio an liget, si pro re parui momenti concedatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio non ligat nisi ex intentione ferentis.*
2 *Furans rem paruam quando peccet mortaliter.*
3 *Excommunicatio lata contra furantes res ecclesiæ an liget subtrahentes parua.*
4 *Excommunicans pro leuibus in dubio an præsumatur habere intentionem excommunicandi.*
5 *Excommunicans pro re minima peccat mortaliter.*
6 *Excommunicatio incurritur pro re leui, si adsit contumacia mortalis.*
7 *Causa excommunicandi quãdo fiat grauis.*
8 *Cõtumacia eo maior, quo ex leuiori causa descendit, vt intellig.*
9 *Contumacia quid, & contumax quis propriè dicatur.*
19 *Conc. Trid. sess. 25. ca. 3. de reform. decretum consideratur.*
11 *Excommunicatio cur sit maior pœna, quæ possit irrogari.*
12 *Excommunicationem ferre solam ad deterrendum, cur non liceat.*

IN hac quæstione duæ sunt opiniones, quarũ vna negat, & eius fundamentum est, tum quia excommunicatio pro re leui videtur nulla ex intolerabili iuris errore. cap. per tuas. de senten. excommu. tum quia cum canones prohibeant excommunicare pro leuibus culpis. c. dilecto. de sent. excommu. lib. 6. c. corripian-
1 tur. 24. q. 3. & excommunicatio † nõ liget, nisi ex intentione proferentis, glo. cõmuniter approb. in c. apostolicæ. de cler. excomm. minis. Bosch. Codecha in repe. ca. de quouultdeo. num. 72. de iudi. verisimile non est, iudicem excommunicare voluisse contra

contra dispositionem iurium prædictorum. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras. §. 18. nu. 22. de donat. inter vir. & vxor. D. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 542. nu. 14. fauet Tolet. in sum. lib. 1. c. 8. num. 4. in fin. Sair. in claui. lib. 9. c. 15. num. 19. vbi dicit, si excommunicatio daretur ob furtum, surreptor acus, aut alterius rei paruæ, ex cuius defectu graue dam-
2 num est subsecutum, † quamuis peccet mortaliter, non tamen incurret excommunicationem, etiamsi damnum non restituat, tum quia excommunicatio lata ob furtum intelligitur, si ex se sit mortale peccatum, scilicet rei notabilis, non autem si per accidens, vt quia graue damnum dedit, aut molestiam; tum quia subtrahere acum non peccato furti sed iniustitiæ genericè tribuitur: sic nec excommunicatio generalis ab homine, lege, statuto prolata contra furan-
3 tes res ecclesiæ arctat eos † qui res paruas, & infimas subtraxerunt, vt puta candelam, clauum &c. Palat. Rub. d. num. 22. & pro hac opinione videtur facere Concil. Trid. sess. 25. c. 3. ibi ex re nõ vulgari, vbi vox illa expresè significat excommunicationes pro rebus minimis non esse ferendas.

Altera opinio, quæ verior & probabilior est, partem affirmatiuam tuetur, eiusque ratio est; quia vt plurimum iudices, quando excommu-
4 nicant † pro re leui habent animũ, atque intentionem excommunicandi, prout in dubio præsumitur, secúdum Io. Gutier. d. c. 11. nu. 61. Propterea licet iniustè id quidẽ faciant,
5 & peccẽt mortaliter, † etiamsi absq; dolo, odio, aut mala voluntate fieret, contrauenniendo sacris canonibus, & præsertim grauissimo Cócilij Trid. precepto, vt probant Bannes, & Michael Salon. in 2. 2. q. 66. ar. 6. Ioan. Baptista Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 173. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 7. nu. 9.

Nihilominus si pro re leui, & minima peccatum mortale continente concedatur, sicuti etiam si pro quo-
6 cunque † peccato mortali inobediẽtiæ, & contumaciæ feratur, valida est, & ligat, iuxta illud D. Greg. Papæ, de quo in c. sententia pastoris. & probatur in c. nemo. 11. q. 3. c. sacro de sent. excom. glo. fin. recep. in c. 1. vt lite non contest. Nau. in man. ca. 27. nume. 9. & pro indubitato tradit D. Marcus Anton. variar. resol. lib. 1. resol. 73. nu. 11. & lib. 3. resol. 13. num. 14. & 16. post Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. verbo monitoriæ. nume. 49. in fi. & Boschum Codecham Papien. in repet. ca. de quouultdeo. nu. 93. & seqq. de iudic. vbi pulchrè declarat. & num. 184. concludit excómunicationem tenere etiam, si feratur pro præsumpta contumacia.

Et facit primo, quia Conc. Trid. ibi hoc negotium, & examinationẽ causæ pro loco, & tempore, & personis arbitrio Episcópi, & conscientię
7 eius relinquit: & postquam † ita ipse iudicauit, efficitur grauis causa, atque adeo tali sententiæ non parẽs grauiter ratione inobedientiæ, & rebellionis delinquit; táto enim maior
8 est contumacia, quáto ex leuiori causa descendit, si tamen ex vero contemptu proueniat, secundum Præpos. & Gemin. in ca. Episcopi. 11. q. 3. Graff.

35 Graff.consi.6.num.3.de sent.excommun.post Boschum Codecham Papiens.in repet.ca.de quoduultdeo nu.91. circa med. vide D. Costam. tract.de fact.sci.& ignor.cét.1. dist. 12.tom.1.Sair.de censur.lib.1.c.9. nu.5.& 29.vers.& denique. Côtu-
9 macia autem nihil † aliud est,quàm inobedientia quædam,qua ius dicenti non paretur.arg.l.côtumacia.ff.de re iudic.&.cap.2.& ibi glo. in verb. contumaciter. de dolo,& contum. Et contumax dicitur,quasi tumidus,vt vox ipsa denotat,& elatus factus,qui ecclesiam audire côtemnit, dum iudicis præceptum,quo aliquid fieri præcipitur, aut fieri prohibetur,obseruare contemnit:qui manifestus,& præsumptus esse potest, & vterque excommunicari iustè potest.Sair.d.c.9.nu.30.& seq.
Secundò facit, quia licet Concil. dicat non ferendâ talê excommuni-
10 cationê,nisi pro re graui † nô tamê dixit,quòd si secus factum fuerit,totum irritum sit,& inane,vt aduertit Sair.in claui lib.9.c.15.nu.21.in fi. Et hæc opinio tutior est præsertim in foro conscientiæ etiam secûdum Palat. Rub. vbi supra Suarez tom. 5.disp.20.sect.2.nu.2.& seqq. post Sot.in 4.distin.22.q.1.ar.2.quo loci summopere conqueritur de aliquorum abusu decernendi frequenter excommunicationes pro rebus, & damnis minimis, vt pro leui furto, vel olerum,vel fructuum pro vna gallina contra præscriptum Côcilij Trid.cum excommunicatio, sit ma-
11 ior pęna † quam habeat ecclesia,& quæ possit irrogari,cum separet animâ a gratia Dei, quæ est vita ipsius animæ.c.nemo 11.q.3.vbi glo. Farinac.de delict.q.19.nu.12. Roma. consi.369.nume.10.ac proinde non esset imponenda, nisi pro maximis peccatis,vt in d.ca.corripiantur.24. q.3.& c.nullus.11.q.3. vbi gl.Nec sufficit quorundam iudicum excusatio,vt inquit Sot.loc.cit. dicentium se sępè non habere excommunicandi intentionem,sed ferre excommu-
12 nicationem ad deterrendum:† nam cum subditi illam intêtionem ignorent,non excusantur a peccato mortali,dum contra conscientiam non obtemperant, & longè peius est homines in peccatum conijcere, quàm pęnæ subiacere excômunicationis. Et licet transgressores existimantes Prælatum nô habuisse intentionem excommunicandi, nullam ob id excommunicationem incurrant. Pan. in c.ex parte.nu.6.de off.ord. Tolet. in sum.lib.1.c.10.nu.7. obligati tamen erunt per suam conscientiam erroneam cauere ab his,a quibus excommunicatus abstinere tenetur.vt ex Io.Med.C.de ieiun.q.7.dub.2. & ex Alph.de Castr.lib.1.de potest. leg.pęnal.c.5.docum.4. tradit Sair. in claui lib.3.c.6.nu.17.Graff.côsi. 9.nu.5.de sent.excom.

Pet. Ant. Lazario Papien.

## QVAESTIO XIII.

### Monitorij excommunicatio an feratur ob peccatum præteritum furti,vel pro peccato, in quo quis perseuerat nolens restituere alienum.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio pro pecc. præterito ferri*

ferri potest a Papa secundum Caiet.

2 *Excommunicari quando quis possit pro peccato præterito.*

3 *Excommunicatio non fertur, nisi in contumacem.*

4 *Stylus ecclesiæ in excommunicandi forma.*

5 *Excommunicatio omnis admonitionem requirit, & quomodo.*

6 *Monitor. excommunicatio ob pec. in quo quis perseuerat alienum retinēs fertur.*

7 *Causa proxima incurrendæ excommu. quænam sit.*

8 *Causa finalis monit. est, vt timore eius malum commissum emendetur.*

QVamuis Caiet. in 2.2.q.69.ar. 1. ad 2. & Cordub. in quęstionario lib. 2.q.27.§. sed ad exaltationem. vt etiam refert Sair. tract. de cēsur. lib. 1. ca. 9. nume. 25. eius fuerint
1 sententię † excommunicationem maiorem saltem a Papa ob peccatū præteritum ferri posse, dum dicunt, quòd sicut ante factum potest excómunicari, quicūque furtum, vel incendium commiserit, & huiusmodi, ita post factum potest excommunicari quicunque fecit, &c.

Tamen secundum communem sententiam non potest quispiam absolutè excommunicari pro pecca-
2 to præterito † nisi in futurum pendeat scandalum, aut satisfactio. vt latè tradit Pan. in c. P. & G. num. 7. de offic. deleg. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 2. & in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. concl. 4. Nau. in ca. inter verba. cócl. 6. nu. 306. P. Nau. lib. 2. de rest. c. 4. num. 164. Salon. in 2.2. q. 69. art. 2. contr. 7. Hugol. de censur. tab. 1. ca. 9. nu. 5. latè Sair. d. nu. 25. & seqq. post Lud. Beiam. in resp. cas. consc. par. 2. cas. 2. in fin. & expressè colligitur ex cap. Romana. & ibi Steph. Costa. §. caueant. de sent. excom. lib. 6. vbi excommunicationem pro cōmissis culpis ferri prohibetur. & tenet Suarez de censur. disp. 4. sect. 5. a nu. 6. vbi latè disputat hanc quæstionem, & pro communi plura nouissimè adducit D. Io. Beltran. Gueuara in propugnaculo libert. eccl. assert. 1. §. 3. nu. 67. & 68.

3 Ratio est, quia excómunicatio † non fertur nisi in rebellem, & inobedientem iuxta Math. ca. 18. si ecclesiam non audierit & c. 1. de sent. excommu. in 6. & c. si Episcopus. 11. q. 3. Bosch. Codecha in repet. c. de quolibet de iudic. num. 93. inobedientia autem non respicit præterita, quæ iam non sunt in hominis facultate, quin sint facta: sed solum futura facta, enim pro infectis haberi nequeunt. Cast. in l. si vnus. § ne peteret. nu. 3. ff. de pact. Et certè si quis pro peccato præterito excommunicaretur, sępè eum excommunicari contingeret, qui iam esset de eo contritus, & in gratia; cum tamen non nisi ob graue mort. peccatum excommunicari quis debeat, iuxta c. nemo Episcoporum. 11. q. 3. & communē sententiam. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 9. in prin. & debet esse proprium peccatū; vt in c. si habet. 24. q. 3. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 8.

4 Cui accedit vsus † & praxis ecclesiæ, quæ neminem vnquam, sub hac forma excommunicat, Excommunico te, quia hoc fecisti; (sic enim pro peccato præterito excommunicaret;

sed

sed, Nisi hoc feceris, nisi ablatum restitueris, aut satisfeceris, aut si hoc credideris, aut hoc feceris. arg. c. preterea requisiti. de appell. quo modo excommunicantur a iure hæretici, percussores clericorum, & alij.

5 Deinde etiam omnis † excōmunicatio admonitionem præcedentē exigit, vt tradit Thom. Sanchez de matr. lib. 9. disp. 32. nume. 13. & expressè habetur in c. sacro. & cap. per tuas. de sent. excommu. & c. Romana. §. porrò. & c. constitutionem. de sent. excommun. lib. 6. quæ si sit ab homine, admonitionem expressam, & explicitā requirit, si a iure, ipsum ius valet pro admonitione, vt notat Sair. d. nu. 25. Menoch. de arbit. lib. 2. casu. 541. nu. 6. In excommunicatione autem generali præceptum ipsum generale promulgatum monitio est, & quæuis prohibitio peccati futuri, vide Socin. in d. c. sacro. num. 217. & D. Menoch. d. cas. 541. numero 18.

Quare cōcluditur monitorij ex-

6 communicationem † contra non restituentes aliena non pro peccato præterito furti, quo illa rapuerunt; sed ob peccatum, in quo perseuerant illa sibi retinentes, ferri, cum ad id iure naturę simpliciter, & citra censuram teneantur, vt in pūcto tradit Sair. d. tract. de censur. lib. 1. c. 9. nu. 26. circa med. ex Pan. & alijs supra citatis.

Atque hinc sequitur proximam

7 huius censuræ † causam esse contumaciam, & inobedientiam aduersus ecclesiasticum præceptum in exhibēda satisfactione, vel in manifestanda veritate aliqua. ca. 2. de ma. & obed. & ita concludit Boschus Codecha in repe. c. 1. de quoduulzdeo. de Iud. n. 91. ex Abb. in c. ex parte. de verb. sig. in gl. in verbo pro cōtumacia. Berter. consi. 2. num. 3. & habetur in c. a nobis. de sent. excom. vbi præscribitur iudicib. modus, quem tenere debent in vsu potestatis, nimirum vt illa nō vtātur, nisi vel grauitas criminis, vel nimia in satisfaciendo mora, vel aliqua iusta causa eos prudenter inducat. & latè declarant Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 9. num. 1. vers. 2. Nauar. in man. c. 27. num. 9. & in c. inter verba. 11. q. 3. num. 480. & Io. Belt. Gueuar. in propugn. liber eccl. §. 2. assert. 2. nu. 1. & seq.

Ad hoc enim fertur etiam in huiusmodi causis, & actionibus, quæ proximè ad temporales fines ordina-

8 ri videntur † vt timore eius fideles a tali peccato cessando, vel pro illo satisfaciendo ecclesiasticum præceptū adimpleant: vnde quando incurritur, ob contumaciam eius proximè incurritur, sic communiter tradunt. Toler. in sum. lib. 1. ca. 8. nu. 3. Sair. d. c. 9. nu. 26. & seqq. vbi D. Thom. Alex. Ales. Couar. & alios citat optimè Suarez ad D. Tho. disp. 20. sect. 1. nu. 3. & 4. tom. 5.

## QVAESTIO XIIII.

**Monitorium an sit concedendum non solum contra sciētes, vt debeant reuelare rem vbi nunc est, & eum qui eam detinet; sed etiam furem, qui huiusmodi rem surripuit, & quando quis ad huiusmodi reuelandum teneatur.**

*SVMMARIVM.*

1 *Monit. aduersus scientes furem, & non reuelantes decerni possunt.*
2 *Reuelare furem quis non tenetur, nisi præmissa fraterna correctione.*
3 *Reuelare an teneatur, qui habet rem furatam a fure acceptam, vel ab ipso fure nouit, vbi res illa sit.*
4 *Reuelare quando quis teneatur non solum rem furatam, locum, sed etiam furem.*
5 *Reuelare obligatus, & omittens ad quid teneatur.*
6 *Reuelare cur non teneatur, qui scit ex ipso fure tantum.*
7 *Furtum vnus scit, quia vidit, alius verò scit per confess. sacram. vter dicatur certiùs scire.*

HAEc quæstio est summopere cõtrouersa inter iuris vtriusq; doctores, & eam latè disputat Ioan. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 11. & seqq. vbi concludit post Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. nume. 30. talia
1 monitoria † generalia cum censuris aduersus scientes furem, & non reuelantes iure decerni posse iuxta c. qui cum fure. de furt. & facit D. Hier. super c. 26. prouer. vbi habetur, participantem cum fure occidere animam suam; inquit, non solum furem esse reum, sed etiam eum, qui furti est conscius, si quæ rem e possessore non indicet: & de communi sententia tradit Illustris. Tusch. tom. 3. pract. concl. iuris lit. E. conclu. 441. num. 8. post Iul. Clar. in §. fi. in pract. crimin. lib. 5. q. 27. nu. 4. Io. Bonifac. in lib. de fur. §. est. num. 72. Farin. in prax. lib. 2. tit. de indic. & tort. q. 51. num. 19. & seq. & sic vsu receptum est, & seruat consuetudo dioecesanorum, & stylus Curiæ Romanæ, vt videre est in q. 18. huius primæ sect. in qua curia est vberrimus fons canonistarum, & est materaliarum curiarum ecclesiasticarum. cap. fi. de for. compet. De qua consuetudine generali ecclesiæ testatur Nau. in man. c. 18. nu. 40. & confirmat hanc sententiam in c. 17. num. 134. & seq. & c. 25. nu. 46. & latius in cap. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. num. 581.

2 Ad quod tenetur quis, salua tamẽ correctione † fraterna secũdum communem inducendo reum, vt mandato Episcopi satisfaciat, quicquid dicat Neuiz. in sylua nupt. d. lib. 3. nume. 46. si autem fur, aut læsor admonitus secretò noluerit restituere, illũ reuelare tenetur, modò aliquod graue periculum, vel damnum non incurrat. Nau. & Gutierr. loc. cit. nu. 20. & seqq. & latius infra q. 15. sect. 2. dicemus.

3 Quare dicit Sair. in claui. lib. 12. c. 14. nu. 25. post Clar. d. q. 27. nu. 3. & consuluit Socin. sen. consil. 102. lib. 5. & refert D. Menoch. lib. 2. de arb. cas. 355. nu. 5. quòd si quis † haberet rem furto sublatam, à fure acceptam, vel ex ipso fure tantũ nouerit, vbinam res illa sit, vi monitorij manifestare, vel denunciare non tenetur. Ratio est, quia in denunciando, vel manifestãdo maximum sibi infert periculum, & incommodum; siquidem vel bona fide rem illam accepit, vel mala; si mala, tunc est particeps in crimine, & ita denunciando prodit suum delictũ occultum, ad

ad quod non tenetur, secundum cõmunem opin. si verò bona fide acceperit, cum bonam illam fidem in iudicio probare nequeat, cõsequenter contra illum tanquam contra reum in iudicio agetur, nemo autem cum tanto suo detrimento manifestare tenetur. Vbi verò aliunde scit, aut habet rem, denunciare tenetur, vel manifestare, vt sic iudex inquirendo ex officio suo procedere possit. Sair. d. c. 14. nu. 25. Et hoc procedit etiam quando fur retulisset non tantũ denuncianti, sed etiam alijs coram ip-
4 so † in hoc enim casu tenetur reuelare rem furtiuam, & locum eo modo, vt res possit recuperari: quòd si aliter recuperari nequeat, nisi reueletur fur; tunc in vltimum subsidium etiam tenetur furem reuelare, quãdo probari potest, vt ex Abb. in cap. qui cum fure. de furt. tradit Graff. 1. par. decis. lib. 4. c. 8. nu. 21. & sic intelligendus D. Menoch. d. cas. 355. nu. 5. & alij ab eo ibi citati, aliàs excom-
5 municationem † incurret; & damnificato, quod ob suum silentium recuperare de suo omiserit; restituere tenebitur. Io. Gutierr. d. ca. 11. nu. 21. circa med. Io. Pedraz in 7. præcep. decalog. §. is incip. quintodecimo se publicando

Secus, si ipsi soli tantum esset ab ipso fure dictum, vel ipse solus vidisset furari; tunc enim per litteras mo-
6 nitoriales † reuelare non tenetur, sed tantum monere delinquentem, vt satisfaciat, Philiarc. de offic. sacerd. parte prima, libro tertio, capitulo trigesimoquarto, versiculo primo in fine. Graff. dicto capitulo octauo, numero trigesimo, & consilio sexto, de senten. excommunicatio. numero 25. & seqq. & sic intelligendi sunt Socin. senior dicto consilio 102. & Franc. Marc. decis. 859. numero 3. par. 2. quia esset periculum, & scandalum reuelanti, etiam si secretè fur detegeretur: & si fieret etiã ipsi furi per superiorem monitio secreta de restituendo, semper orietur suspicio contra hunc reuelantem de reuelatione, negante fure, & insurgente contra reuelantẽ super infamia sibi incussa, & ob id fortè oporteret reuelãtẽ publicè referre crimen, quod nõ posset probare, vt colligitur ex traditis per Hier. Paul. Baich. in prax. cãcell. mihi fol. 158. in parua impress. & Graff. consilio primo, de adult. & stupr. num. 22. Declara tamen prædicta iuxta infra dicenda quæst. 11. sect. 2. circa med.

Sed hic addere volo dubium, quod mouet Imol. & reputat notabile, in capitulo si sacerdos. numero
7 secundo de offic. ordin. † nempe vnus scit aliquod furtum, quia furari vidit, alter verò nouit per confessionem sacramentalem furis, quis ex istis dicetur certius scire? Multi respondent illum, qui per confessionem sacramentalem, cum ibi non præsumatur mentiri, nec immemor salutis eternæ. Cõtrarium tamen verius videtur secundum Imol. loco cita. & Caroc. tract. de reuel. confess. quæstione trigesimaquinta, quia propria scientia est per sensum visus, quæ præualet, secundum Bald. in l. Meuius. §. duobus. nume. 5. ff. de legat. 2.

QVAE-

## QVAESTIO XV.

### Monitorium an ritè decerni possit, quando pars procedere potest contra reum via ordinaria.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria non relaxanda, vbi quis habet testes, vel instrumenta, declaratur. nu. 8.*

2 *Litiganti super re amissa quando monitorium sit concedendum.*

3 *Excommunicatio non debet adhiberi, nisi pro vltimo remedio, & cur.*

4 *Remedium subsidiarium quando cessare dicatur.*

5 *Laicus coram iudice seculari conueniendus in causis ad illud forum pertin.*

6 *Stylus Curiæ Rom. & diœcesi in concedendis monit. quoad personam petentis.*

7 *Monit. concedenda non videntur in causis, in quibus patet probatio, etiamsi adsit aliquod periculum, declaratur num. seq.*

8 *Monit. quando concedi possint, etiamsi petens habeant testes, vel instrumenta.*

9 *Agere non posse, vel cum difficultate procedunt a pari.*

10 *Laicus si lateat, vel absens sit, ita vt a iudice secul. capi nequeat, an ab eccl. per cens. coerceri possit.*

11 *Iudex ecclesiasticus, & secularis debēt sibi inuicem auxilium præbere.*

12 *Laici quando, & quomodo possint per iudicem ecclesiasticum compelli, vt coram iudice competenti testim. ferat, & nu. seqq.*

13 *Praxis, vt pendente lite testes non citati compellantur per monit. ad deponendum, & nu. 14 & seqq.*

15 *Quid aduertendum in cogendis laicis per censuras.*

16 *Iudex secularis quibus pœnis possit compellere contumacem ad satisfaciendum alicui.*

1 Litteras monitoriales † negandas esse, quando quis coram competenti iudice ob indicia, quæ sunt cōtra reum procedere potest, vel habet testes, vel instrumenta, tradunt Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. num. 48. Diaz in reg. 243. lim. 2. Riminal. iun. consil. 357. nu. 1. & 2. vol. 4. Nau. in c. inter verba. concl. 6. nu. 316. Henriq. in sum. lib. 13. c. 17. nu. 4. lit. B. Rot. Rom. par. 1. in nouiss. decis. 383. nume. 8. Prob. in c. 2. nu. 54. & 59. de const. lib. 6. Franc. Marc. decis. 803. par. 2. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 59. Rodriq. in sum. par. 1. c. 79. num. 5. Sair. tract. de censur. lib. 1. c. 9. num. 33. in fin. Thesau. for. eccl. par. 3. ca. 38. num. 21. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 7. nu. 8. & est communis sententia, & faciunt optimè adducta per Card. Tusch. tom. 1. pract. concl. lit. C. concl. 256. in prin. & deduci, atque probari videtur ex Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de reform. & nouissimè tradit. Lel. Zecch. in republ. ecclesi. titu. de Prælat. cap. 1. nu. 6. §. excommu-
2 nicatio vero. qui dicit † vbi quis litigat super re amissa, si id potest probare per monumenta, non est ei concedendum monitorium; si nō potest probare, non debet de facili cōcedi, nisi vbi aliter nequeat tueri ius suū,

&

& causa est alicuius momenti, quam innocens amitteret, & illud fulminã do, inuenientur testes rei perditæ, vel subtractæ.

Et huius opinionis fundamẽtum est, tum quia excommunicatio, quæ monitionibus præmissis fit, cum sit maxima pœnarum.ca.corripiantur. 24.q.3.glo.& doct.in ca.qua fronte
3 de appel. non † debet adhiberi, nisi alijs remedijs tentatis.c.clericos. de vit.& honest.cler. Quamobrem etiã regulariter in præceptis iudicum ecclesiasticorum additur illa clausula, sub pęna excõmunicationis in subsidium, tum quia cum excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, sobriè, & magna circumspectione exercendus est, vt decreuit. Conc. Trid.d.c.3.& tunc demum, quando alia via non est possibilis recuperandi suum. Iaco. Beret. cons.5.nu. 29. puta quando furtum ab occulto fure commissum est, vel quando veritas alio modo haberi non potest; sed quando extat reme-
4 dium ordinarium † cessare debet extraordinarium, & subsidiarium, quod cessare dicitur, quando cessat causa, & ratio, qua ipsum remedium fuit introductum. D. Menoch. de præsump, lib.4.pręsump. 190.num. 35. & 37. Vnde probat Suarez d. disp.20.sect.1.nu. 13. quòd non licet ecclesiastico iudici sese intromittere in hoc casu, & procedere per cẽsuras, vt colligitur satis apertè ex d. Alex. II. in c. causam quæ. qui filij sint legit.

Quando enim persona secularis
5 est certa † tunc corãm iudice seculari debet conueniri, & ad illum per se spectat talis causa: quare non rectè faciet iudex ecclesiasticus illam vsurpando contra sacros canones, qui statuunt, vt iudex ecclesiasticus in his causis non procedat, quandiu alijs temporalibus remedijs possunt sufficienter terminari, etiam in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus quoad excommunicationem. vide Franc. Marc.q.853.par.2.vbi dicit, quod quãdo aliquid nõ potest probari tunc ritè conceditur monitoriũ generale, vt saltem quis verecundiæ rubore suffusus pro latẽti excessu satisfacere compellatur.

6 Quapropter ex † stylo curiæ Romanæ in ipsis concedendis monitorijs apponitur, quòd filij iniquitatis, quos prorsus ignorat ipse significans &c. & omnes ferè locorum ordinarij solent vti clausula, de quibus exponens nullam hucusq; informationem, nec restitutionem habere potuit, nec potest. Rota Roman. in nouiss.par.1.decis.383.nu. 6. prax. Archiep. Neapol.c.1.not.3. in prin. & refert Gutierr.d.nu.59. in Hispania, & alijs prouincijs in praxi receptum esse, vt petens a iudice dictas litteras monit. prius in iudicio iuret petere non posse id, quod prætendit, quia non habet probationem plenã, vel semiplenam ipsius rei, sic etiam Rodriq.in sum.par.1.c.79. num. 1. in fi.& Iacob.Graff.consi. 6.nume. 19.de sent.excom.

7 Ex quibus colligi videtur, monitoria peti, vel permitti † non debere, quando quis potest in iudicio cõtra furem procedere habens indicia, testes, vel scripturam, non obstante metu alicuius periculi &c. tum quia si pro-

si procedendo via ordinaria hæc timet, de eisdem vereri poterit procedendo pro monitoria; tum quia alia remedia ad talem metũ faciliè adhiberi poterunt, recurrendo ad Principem &c.

Verùm crederem, quòd quando
8 † quis probabiliter dubitaret, & potius desperaret se posse via iuris ordinaria consequi, quod sibi occultè fuit subtractum; vel ob iudicis secularis iniquitatem; vel quia iudex renuet causam definire, cũ nimis fauebit alteri parti; vel petendo ordinario iudicio, haberet rationabile dubium ponendi se in graui discrimine eius vitæ, vel suorum, vel magnæ partis bonorũ; eo in casu, sicuti talis prudenter, & iustè petere potest monitoria, etsi habeat testes, & instrumenta, vel indicia sufficientia ad procedendum, arg. eorum, quæ tradit So. de rat. m. 2. q 7. & Sair. in claui lib. 12. c. 20. n. 27. ita iudex iustè, & iuridicè ea concedere potest, vt in terminis tenet Graff. consl. 6. de sent. excom. a nu. 18. & seqq.

Quod quidem probatur; primò quia in huiusmodi casibus a regulis est recedendum, facit glos. in c. sicut vigeri. 1. q. 1. Nau. in c. inter verba
9 11. q. 3. concl. 6. n. 658. paria † enim sunt agere non posse, vel difficile; cũ quis posse non dicatur, quod cõmode fieri nõ potest. l. nepos Proculi. ff. de verb. sign. Rim in. iun. conf. 357. nu. 34. vol. 4. Nauar. in man. ca. 17. n. 56. Secundò, quia hoc excõmunicationis remediũ in hoc casu est tutum medium recuperandi suum; nã huius gladij timore vt plurimũ satisfaciunt parti læsę, cui via iuris ordinaria nũquã, aut rarò satisfaceret.

Imo adit Suarez d. disp. 20. sect.
10 1. in fi. quòd quando † persona est certa, si tamen ita lateat, vel absens sit, vt secularis potestas, nec capere, nec remediũ aliud adhibere queat; tunc iudex ecclesiasticus possit per censuras absentem compellere, vt a tali crimine recedat, & consequẽter, vt parti lęsæ satisfaciat, maximè quãdo delictum est ita publicũ, vt nulla tergiuersatione celari queat; & in his, & similibus casibus possit iudex ecclesiasticus suam authoritatẽ interponere: ꝙ ante eum docuit Abb. in c. ad nostram. el 2. de iureiu. nu. 2. quem sequuntur Io. Gutierr. d. cap. 11. nu. 37. Graff. consl. vnic. de test. cogend. nu. 6. & tenet Mandos. de litt. monit. siue execut. q. 45. dicens, in causa vertente coram iudice seculari poterit iudex ecclesiasticus ad requisitionem eiusdem iudicis secularis hanc excommunicationis sententiam generaliter, & in specie ferre; si personę sciantur;

Et ratio esse potest, quia sicuti iu-
11 dex † secularis impendit auxilium iudici ecclesiastico; ita etiam rationabile est, quòd ecclesiasticus adiuuet secularem, vt in c. cum ad verum 96. dist. & optimè confert, quod dicit grauis doctor, & refert Rodriq. in sum. par. 1. cap. 79. nu. 3. scilicet quòd Deus in egressu Aegypti cõstituit duos fratres iudices populi Israel, nempe Moysem, qui pręsideret secularibus, & Aron, qui præsideret ecclesiasticis, vt tanquam fratres sibi inuicem coadiuuarent;

Dicta verò Abbatis doctrina in curia Neapoli. et alibi, vt habetur in eius

eius praxi c. 1.no.3. ita practicatur.
12 quòd, vbi sint certi † testes, qui veritatem sciunt de aliquo negotio, super quo mouetur lis, fiat eis præceptum sub pœna excommunicationis, vt remoto omni odio, gratia, amore, vel timore deponant veritatis testimonium, coram iudice suo competēti, ratione peccati mortalis, iuxta ca. nouit. de iudi. est enim peccatum mortale in testibus tacere veritatem. c. quisquis. 11. q. 3. & c. 1. de crim. falsi. Silu. nupt. & Prob. loc. cit. Fran. Marc. §. 2. dec. f. 835. Quò fit, vt laicus possit a iudice ecclesiastico per censuras compelli ad deponendum; nè veritate occultata aliquis ius suum amittat. l. curent. ff. de testib. Aduertas tamen, quòd nō debet fieri tale præceptum personis valde qualificatis, nempe titulatis, & similibus, pro quibus est præsumptio, quòd nolēt tacere veritatem ob personæ qualitatem; sed eos Iudex ecclestaticus poterit admonere, ita solitum esse in curia Neapolit. tradit dicta Prax. loc. cit.

Hinc vsu receptum est, in præfa-
13 ta curia Neapolitana † quòd quando pendet lis, & est datus terminus in causa, si nō sunt citati testes, quia adhuc possunt ignorari, concedātur monitoria, secus vbi sunt citati; sed fit præceptum testibus citatis, quod veritatem deponant coram eorum iudice, vt supradictum est. Et tale præceptum fieri potest non solum, quando pars scit testes esse verè informatos de facto; sed etiam si præsumat verisimiliter esse informatos, nempe, si sint vicini, vel similes: & sufficit, quòd petens præceptum nominet testes, qui nolunt deponere absq; quòd probet fuisse ab alijs vocatos in contestes, maximè quia tale præceptum fit in causis ciuilibus.

14 Practicatur quoq; † prout testatur dicta Prax. Archipal. Neapolit. d. ca. 1. no. 3. circa med. quòd quando testes sūt citati, solet Vicarius cōcedere monitoria cum clausula, dūmodo non recipiantur reuelationes testium citatorū, vel testes citati non comprehendantur in monitorio; sed quando testes fuerūt citati in numero copioso, puta triginta, vel quadraginta, solet Vicarius in totum denegare monitoria; quia non est verisimile, partem scire non posse negotij veritatem.

15 Hac tamē in re † magna est adhibenda prudentia, & moderatio; ne aliquid præter ecclesiasticam consuetudinem, vel sacros canones fiat, & prędicta tantum procedere deberent præsertim ad satisfaciendū parti lęsæ, vbi nullum aliud foret remedium, prout statuit sac. Conci. Trid. d. sess. 25. ca. 3. & tradit Suarez loc. cit. quamuis pauci casus reperiri vi-
16 deantur, in quibus iudex † secularis contra personam laicam certam nō habeat iuris remedia diuersa, & opportuna, vt per multas, bannum, bonorum confiscationem, & alias pęnas, quibus ad illud cōpellere possit, maximè vbi delictum est notoriū, iuxta textū in l. locum. vers. etsi forte non obtemperan. ff. de tabu. exhiben. iuncta gl. in verbo coerceri, quę supplet captis pignoribus, vel mulctis. l. ab initio. & ibi gl. ff. quemadmodum testa. aper. & facit l. si quā-

do. C. de testib. Mandos. trac. de litt. monit. siue executor. q. 45.

## QVAESTIO XVI.

### Monitoria an relaxanda contra testes, qui veritatem sciũt de aliquo negatio, vt illud manifestent.

#### SVMMARIVM.

1 *Monit. ad testi. proferen dum etiã pendẽte lite sunt cõce. si testes ignorãtur.*
2 *Textus in c. ad nostram. el 2. de iureiu. explicatur.*
3 *Veritatem tacere est peccatum mortale; & quando.*
4 *Monitorium in omnes impedientes testes produci in causa mota decerni potest.*
5 *Monitoriales concedi possunt contra conscios simulati contractus in graue tertij præiudicium, vt illũ detegant.*
6 *Monitor. an concedi possit contra scientes simplicem conuentionẽ, siue pactum nudum, vt illud propalent.*
7 *Pacta quantuncunq; nuda cur seruanda & nu. 9.*
8 *Pactum nudum de iure canonico actionem parit.*
9 *Iuramentum dicitur habere vim consensus geminati.*
10 *Pactum nudum iure ciuili non producit actionem.*
11 *Partes si fecerint aliquam conuentionẽ dicendo, quòd inde fiat scriptura, an possit quamlibet ipsarum pœnitere.*
12 *Aduocatus an possit tuta consciẽtia pactum nudum impugnare.*
13 *Monit. concedi possunt, etiam quòd in foro exteriori non competat actio.*
14 *Monitoria quando super facto proprio sint concedenda, vel non.*
15 *Obliuio, vel ignorantia quando præsumatur in facto proprio.*
16 *Monit. an sit relaxandum contra testes, qui fuerunt præsentes, quando quis dedit pignus Titio, quod ipse negat.*

1 MOnitoria sunt concedenda † quando testes ignorantur, etiam pendente causa coram iudice seculari, text. in c. ad nostram, de iureiu. el 2. ibi mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis publicè in ecclesia proponi facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerit veritatem, procedat ad testimonium proferendum: ita Fran. Marc. decis. 835. & 864. par 2. Graff. cons. 6. nu. 27. de sent. excom. & vide infra q. 18. nu. 8. huius sect.

Et quamuis Innoc. in d. c. ad no-
2 stram. nu. 1. † intelligat illum textũ, vt specialiter procedat in casu, quo loquitur, nempe restitutionis vsurarum, quando debitor iurauit non repetere; quia tunc licet contra vsurarium procedere in modum inquisitionis, vel denuntiationis, tamen Abbas ibi num. 2. intelligit dictum textum indistinctè, & generaliter procedere in omni causa vltra vsurariam, de qua in illo textu: inquit enim, Nota bonam practicam citandi testes, quando ignorantur personæ, vt fiat generale præceptum sub excommunicationis pœna, vt qui super tali facto nouerint veritatem, compareant ad testimoniũ proferẽdũ. Et licèt iste textus loquatur in materia peccati, idẽ tñ puto dicendum,

dum, vbicunq; testes compelli pos-
3 sunt† quia tunc tacere veritatem est peccatum mortale, vt in c. quisquis. 11.q.3.& in cap. 1. de crim. fals. verum.n.tacere,& falsum asserere paria sunt. D. Menoch. de præsump. li. 5. præsump. 3.n.59. Quem Abbatis intellectum, atq; sententiam sequitur, & probat ad litterã Io. Gutierr. lib. 1. can. 99. c. 11. nu. 37. post Silu. Nupt. l.b.3.nu. 33. & seq. Alba in con. 15.n.1.vol.1. quam ego quoq; amplector, & est memoriç mandãda pro practica. ita Franc. Marc. d. deci. 835. & Ant. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. nemo inuitus. super decreto nullus. glos. vnic. num. 11. Graff. d. num. 27.

4 Declara primò vt † concedi etiã possit monitorium, siue generalis excommunicatio contra omnes impedientes testes produci in causa mota. Abb. in c. constitutis. el 1. vbi tex. de testib. & attesta. nu. 1. in fine, vbi inquit, nota practicam, vt feratur excommunicatio generalis, ex quo ignorantur impedientes &c. ita etiam declarant Gutierr. d. cap. 11. nu. 36. Rodriq. in sum. par. 1. ca. 79. num. 5.

5 Secundò contra conscios simulati contractus in graue tertij præiudicium. Praxis Archiepal. Neapol. c. 1. not. 5. vtputa si quis ficte, & apparenter fecisset donationem, venditionem, vel cessionem prædij alicui exempto, & priuilegiato, v.g. publico lectori, siue professori, vt a collectarum, & ruraliũ onerum solutione liber esset; quia cum hoc tẽdat in præiudicium, & damnum illorũ, ad quos postmodum pro rata ratione æstimi huiusmodi collectæ soluendæ onus spectabit, iuxta tradita per D. Io. Baptistam Costã in tract. de port. rata. q. 149. nu 2. & q. 157. in hoc casu, & similibus ad monitoriales iure recurri potest, ut testes de hac re edocti teneantur veritatem manifestare, simulationemq; detegere, ne talis fraudulenter cum aliena iactura locupletur. arg. d. cap. ad nostram. cum ibi no. per Abb. & deducitur ex supradictis, cõferunt etiã tradita per Nau. con. 14. de do. inter uir. & vx. An verò testis vnus de visu sufficiat ad probandam contractus simulationem, vide Mascha. de prob. vol. 1. concl. 448. n. 4. Declara tamen prædicta iuxta tradita supra q. 10. nu. 7. & seq.

6 Tertiò contra testes † scientes quandam simplicem conuentionẽ, vel pactum nudum fuisse factum inter aliquos. Praxis Archiepal. Neapol. cap. 1. not. 2. in fi. quod intellige precedente legitima causa, de re licita possibili, & notabili, cũ promissione faciendi scripturam, vel instrumentum, si vt quandoq; contingit, antequam fiat scriptura, vnam partem peniteat, vnde non mediocriter lędatur altera pars, quæ cum non possit probare talem nudã conuentionem omnibus iuris solennitatib. destitutam, nec conuenire testes, vt de ea testificentur, iustè impetrare potest monitorium contra scientes, vt veritatem propalare teneantur. arg. d. c. ad nostram. & ibi Abbas.

Et pro iustitia huius cõcessionis,
7 siue impetrationis facit, quia† pacta, quantuncunq; nuda, sunt seruanda,

& custodienda, vt expressè habetur in c.1.de pact.& c.qualiter.eod. tit. hoc enim naturalis æquitas suadet. l.1.l.legitima. & l. iurisgentium.ff. de pac. Thesau.for.eccl.par.2.c. 30.
8 nu.39.& hac ratione, de iure † canonico pactum nudum actionem parit, vt firmant canonistæ ferè omnes in d.c.1.de pact. Ias. in l. iurisgentiũ §.igitur nuda. n.4.ff.eod.tit. Couar. in relect.c.quamuis.in 2. par.§.4.n. 12.& seqq.de pact.in 6.& alij ab eo citati. Lanfranch. Balb. decis. 108. qui concludit, quòd vbi ex inobseruãtia pacti nudi pars damnificatur, ex pacto nudo agi potest, ita d. Mar. Anton.lib.2.var.resol.57.nu.50.& 54.vbi dicit pactum nudum, & simplicem conuentionem sufficere præsertim inter mercatores absq; stipulatione. Dec.cons.107.n.1.

Quod multo magis procedit, quando esset pactum iuratum; tum
9 quia † iuramentum dicitur habere vim consensus geminati. glos. in ca. cum contingat. in verb. debent, de iureiu. tum quia iurans in casu licito compellitur per censuram ad iuramentum seruandum. cap. vlt. de for. compet.lib.6.& latè probant Coua. & alij loc.cit. Iaco. Graff. par. 2. decis.c.9. vbi per tot. pulchrè explicat effectus, quos habet iurata conuentio, quicquid dicat Fachin. lib. 2. cõtrouers. iu.cap.10.
10 Et quanuis † iure ciuili pactum nudum non producat actionem, sed exceptionẽ. Aret. & alij in §. in personam in pen.co.inst.de act.& alios citat, ac sequitur Fachin. loc.cit.& tenet R. Ludouicus Vismarius Papiensis subtilis, & peracuti ingenij adolescens in suis conclus.n.17. publicè disputatis in Academica Inquietorum Papiæ. & sic intelligi debent Afflic.decis.39. Marant.4.par. dist.204. Castr.in l.contractus.ff.de fid.instr. & refer Paul. Fusc. sing.7.
11 lit. P. dum dicunt, quòd † si partes fecerint aliquam conuentionem, & dixerint, quòd inde fiat scriptura, potest quàlibet ipsarum pœnitere; tamẽ iure canonico, quod ratione peccati in hoc est attendendum, & in tribunali conscientiæ obseruari tale pactum debet. Couar. loc.cit. vbi de communi testatur, modò sit de re licita, possibili, notabili, & quod mutatio rerum non eneruauerit, vt diximus, & declarat Nau.in man.c.18. num.6.
12 Imo aduocatus † aut causidicus tale pactum nudum impugnare absq; culpa mortali non potest. glos.in d. c.1. de pact. vbi Bal. col.1. Io. Petr. Ala in tra.de aduo. & causid.christ. par.1.q.88. vbi allegat Ias. in §.sed iste. n.109.de act. Butr. in cap.1.de prob.in princ. quod intellige, quando fuit factum præcedente aliqua legitima causa, vt diximus, et not. ex Felin.in c.si cautio de fide instr.nu. 1. Ala loc.cit.in fin.
13 Hinc infertur † quòd monit. cõcedi possunt etiam quod in exteriori foro non cõpetat actio, arg. l.fine de fideicom. vel si sententia fori exterioris fecisset transitum in rem iudicatam contra actorem, quando fuerit iniusta. Inno.& alij in c. quia plerique, de immun. eccl. & dicetur infrà sect.3.q.1.n.12. sufficit enim quòd adsit peccatum mortale, ratione cuius potest Episcopus excommunicare,

municare. c.nouit.de iudic.& notat Prax. Archiepal. Neapol.cap.1.no. 2.in fin.

Notandum quidem est,quòd super
14 per† facto proprio concedi non debent monitoria; sic practicari in curia Neapol.tradit dicta Praxis d.ca. 1.not.3.& ratio est, quia in hoc casu non præsumitur ignorantia.v. g. Petrus mutuauit Antonio centum, postea petit monitoriũ, contra scientes tale mutuum, quo in eam non conceditur, quia aut testes non fuerunt præsentes, quando fuit factum mutuum; & tunc non est necessariũ monitorium; quia non adfuerunt testes; aut testes fuerunt præsentes, & præsumitur,quòd pars petens monitorium cognoscat dictos testes;& sic,cum sint certi, non conceduntur monitoria generalia, sed fit præceptum dictum in præcedenti quæst. testibus, quorũ nomina pars exprimit. Possunt tamen,& solent concedi monitoria generalia contra testes etiam in facto proprio, quandò præ
15 sumitur † obliuio,nempe si factum esset antiquum,iuxta Bart. in l. non fatetur.ff.de confess.vel si factũ esset valde implicitum;nam propter eius difficultatem præsumitur obliuio.l. emptor.§.lucius.ff.de pact.Bar.in d. l.non fatetur;Vel quando factum nõ fuisset explicatum per se, sed per seruum, vel filium, vel procuratoré iuxta in l.si res obligata.ff. de leg. 1. Vel quando sumus in homine præpedito multis negotijs; quia etiam in facto suo proprio præsumitur ignorantia. Vel quando quis fecit aliquid in mortis articulo; tũc enim homines ignorare solent. Socin. in fal. 175. Vel quádo tractatur de valore rei de præterito, & non de præsenti,iuxta eund. Socin.ind. fal. qui ponit supradictas limitationes ad regulam,quòd ignorantia non præsumitur in facto proprio, quas omnes refert, & probat dicta Prax. Neap. d.no.3.circa finem. Vel quádo magnitudo facti aliud suaderet, aliæ coniecturæ essent in contrarũ iuxta Abb. in ca. ab excommunicato.de rescrip.

Practicatur quoq;,vt testatur di-
16 cta Prax. Archiep.loc cit. quod † si aliquis petit monitorium contra testes,qui fuerunt præsentes, quando ipse dedit pignus Fráciſco, quòd ille negat recepisse, non conceditur monitorium contra testes, qui sciuerunt consignationem pignoris, ex supradictis, nisi præsumeretur obliuio;sed conceditur monitorium contra testes,qui sciunt, apud quem reperitur dictum pignus,vt reuelét, vel si aliquid sciunt ex confessione partis.

## QVAESTIO XVII.

### Monitorium an decernendum contra habentes vel scientes habere has, vel illas scripturas, vt producantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Monit.pro editione scripturarum non neganda,& cur.*

2 *Prælatus cur speciali præcepto obligare possit ad manif.veritatem.*

3 *Moni regulariter permittitur in casu,in quo quis iã ad illud faciẽ. tenebatur.*

*Iudex*

4 *Iudex eccl. quibus in casibus possit compellere aliquem ad proden. scrip.*
5 *Compulsoriales litteræ in curia Romana concedi solent pro exhibendis scripturis.*
6 *Ob peccatum euitandum potest quis compelli ad edendas scripturas.*
7 *Iacobi Menochii encomium, & dignæ laudes, ac eius obitus, nu. 7.*
9 *Monitoria contra retinentes scripturas, vel scientes qualiter in praxi concedenda.*

1 COmmunis sententia est, vt monitoria † pro editione scripturarum instante parte, ad cuius tuendum ius attinent, sint concedenda: ita Dominic. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. vers. 3. Anto. Cordub. in tract. de casibus consc. q. 63. Gregor. Sair, tract. de censur. lib. 1. c. 9. nume. 36. & in claui regia lib. 12. c. 20. nu. 30. Tolet. in summ. lib. 1. ca. 8. nu. 7. Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 38. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nu. 24. & cons. 6. nume. 29. de sent. excom. & sic vsu receptum est: tũ quia pro veritate reperienda editio scripturarum denegari non debet illi, cuius interest. l. siquis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. vbi omnes. ff. de eden. ca. quoniam. de probat. & declarat ex Curt. iun. in l. 1. C. de eden. nu. 40. D. Marius Antonin. lib. 1. var. resol. resol. vlt. cas. 12. vers. studium. Præ-
2 latus autem † cui præcipuè cura boni communis, atque iustitiæ seruandæ esse debet, speciali præcepto positiuo ad veritatem manifestandã obligare potest, vt scripturæ prodantur, quib. ea probari possit. Fran. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 3. reg. 2.

3 3. Tum quia tale monitorium † regulariter conceditur eo in casu, in quo quis ante tale monitorium tenebatur vel iure naturæ, vel alio quocunque ad prodendam scripturam, qui dum obligationem non adimplet, ad quam tenetur, peccat, in materia tamen graui, vt supponimus; & ideo per publicam monitionem corripitur, vt a peccato recedat; quòd si nolit, iustè etiam per excommunicationẽ cõpellitur. vt docet Suarez d. disp. 20. sect. 3. num. 2. & seq.

Regulariter autem in his casibus
4 † in quibus iudex secularis re perspecta potest quem compellere ad edendas scripturas; quos latè notat D. Menoch. de arb. cas. 499. per tot. Phi. Massin. ad l. 1. C. de eden. a nu. 53. In his etiam potest iudex eccl. in subsidium sub excommunicatione compellere. vt ex Dec. & Cordub. tradit Henriq. in sum. tom. 1. libro 13. c. 18. nu. 2. & dicetur infra sect. 3. quæst. 1.

Hinc in curia Rom. similis inole-
5 uit † practicus vsus concedendi compulsoriales literas, quæ dantur pro compellendis personis, penes quas scripturæ, iura, & monumenta ad causam alicuius facientia reperiuntur ad illa exhibenda pro veritate eruenda, vt tradit Vestr. in praxi Rom. lib. 6. sub num. 11. & seqq. & de his etiam loquitur Lancell. de attentat. 2. p. cap. 4. lim. 10. num. 2. cum hæ tendant ad negotij veritatẽ habendam, sicut monitoriales litteræ.

Hanc verò iustam esse causam,
6 nempe quæ † prouenit ab euitando peccato; atque euitando animæ periculo,

riculo, vt quis possit euangelica de-
nunciatione (cuius locum hodie mo
nitorium obtinet) compelli ad edē-
das scripturas, tradit in terminis,
post Inno. Abb. Dec. nu. 36. & alios
in c. 1. de probat. & Rimin. iun. cōs.
357. nu. 40. & seq. vol. 4. nouissimè
in tract. de arbit. iud. lib. 2. cas. 499.
7 nu. 87. D. Præses Iacob. † Menoch.
noster Papiensis I.C. plurium ope-
rum splendore conspicuus, atq; ad-
mirabilis; sicnūcupatur plurimisq;
laudibus ornatur a Io. Baptista Lu-
po in comm. l. curabit primò. §. 6. n.
148. c. de act. empt. qui certè totius
legalis scientiæ est splendor maxi-
mus; nam materias tam canonicas,
quàm ciuiles, & criminales; quoad
bonos mores ita consentaneè, quoad
eruditionem ita solidè, quoad vber-
tatem ita copiosè, quoad perspicui-
tatem ita methodicè explicauit, &
subtiliter est interpretatus, vt meri-
tò Iurisconsultorum recentiorum
Monarcha appelletur, alijsq; enco-
mijs cumuletur a D. Io. Bapt. Co-
sta in tract. de fact. scien. & ignor.
tom. 1. inspect. 5. num. 12. & cen. 1.
dist. 61. n. 6. & a D. Philippo Massi
nio in rubr. c. de edend. nu. 12. Illu-
strissimus Præses, & Iurisconsultus
eminentissimus vocetur, qui profe-
ctò, nedum patriæ meæ lumen, &
decus; sed totius Italiæ gloria, & sin
gulare ornamentum extat, cuius lau
des prosequuntur Io. Baptista Ma-
gonus in lucerna morali tit. de præ-
ceden. causidic. ca. 2. nu. 21. Ruger.
cons. 14. in fin. lib. 1. Thom. Treuis.
decis. 55. num. 2. Vicen. Annibal. in
addit. ad cons. 12. Albæ vol. 1. Mas-
char. de prob. pluribus in locis, sic
& Polyd. Ripa in tract. de actis in
mort. art. Decian. tract. crim. tom.
2. lib. 6. cap. 1. nu. 3. in fin. vbi inter
alia insignem I.C. & compatrē ho-
noris gratia nominat. Hortens. Ca-
ualc. tract. de testibus par. 3. num. 3.
& part. 2. 2. num. 108. vbi inquit,
qui non habet libros a Dom. Me-
nochio viro doctissimo, & celebra-
tissimo, ac moderno authore editos,
multo lumine caret. Igna. Lopez de
Salzed. vir certè pereruditus, &
subtilis ingenij, doctor Hispanus,
ad pra. can. Diaz c. 39. in lit. A. ver.
relegentur, dicit, vide doctissimum
& nostra ætate celeberrimum Iure-
consultum Iacob. Menoch. in lib. il-
lo variæ, & indefessæ, & nunquam
satis laudatæ lectionis, de arbitr.
iud. lib. inquam 2. cent. 4. cas. 388.
num. 15.

Alios authores dignā huius pri-
marij viri mentionem facientes bre
8 uitatis causa omitto † qui dum hæc
scriberē, nempe anno 1607. die 10.
Augusti septuagesimum quartum
annum agens, vt fertur, extremum
vitæ spiritum Deo reddidit Medio-
lani, cuius corpus Papiam postridie
delatum in ecclesia S. Mariæ de Ca
nepa noua iuxta sacellum, eius sum-
ptibus honorificè constructum, fuit
repositum; non mediocre sui desi-
derium relinquens, vti præclarissi-
mo Italiæ, ne dicam orbis terrarum
lumine extincto.

9 Seruari autē debet, quando † mo-
nitoria fiunt contra retinentes scri-
pturas, vel scientes apud quem rēpe
riantur, ex quibus apparet aliquod
debitum, non nominentur omnes
personæ, inter quas fuit debitum,
debitum,

debiti, vt non nominentur omnes personæ, interquas fuit debitum contractum; sed tantum debet dici, quicunq; sciuerit, vel retinuerit scripturas, ex quibus apparet aliquid deberi Francisco, restituat, vel reuelet; & non est exprimendum nomē debitoris; ita in curia Eccle. Neapo. practicari tradit eius Prax. Archiep. cap. 1. not. 5. quod intellige, nisi causæ qualitas aliud suadeat. Quando verò habens tales scripturas, de quibus in monitorio, vel sciens habere teneatur eas producere, vel reuelare, vide infra sect. 3. q. 1.

## QVAESTIO XVIII.

### Monitoria qualiter in praxi cōcedenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria iuste conceduntur, vbi deficiunt probationes.*
2 *Praxis, vt petēs monitoria prius iuret, se non habere probitionem aliquam.*
3 *Monitoria ad instantiam tantum eius sunt concedenda, cuius interest.*
4 *Monitoria possunt concedi, etiamsi interesse non sit clarum.*
5 *Supplicatio pro obtinendo monitorio quid continere debeat.*
6 *Conditiones seruandæ in praxi in concedendis monitorijs, & nu. seqq.*
7 *Tenor monitorij Papalis cum anno. ad marginem.*
8 *Monitoria quo in loco, & contra quos non relaxanda.*
9 *Monitoria tam lite cepta, quàm ante permittenda, & cur num. seq. & nu.*
10 *Iudicia fieri non debent frustatoria. 11. in fin.*
11 *In appellationis causa quando conceduntur monitoria.*
*Monitoria post conclusum in causa quibus personis concedenda.*
12 *Monitoria cum clausula nullo excepto, vel dempta parte, & consilio concedi possunt. Et de vi harum clausularum. & num. 13.*
14 *Clausula, vt quantūuis sanguine coniūcti propalare teneantur, qd operetur.*
15 *Monitoria cur concedantur sine partis citatione.*
16 *Iuramenti absolutio, siue relaxatio ad finem agendi, quando non requirat partis citationem.*
17 *Monitorij Papalis tenor, vel sensus non alterandus, & quando possit latius extendi.*
18 *Clausulæ, latius arbitrio tuo, vel significantis posita in monit. effectus.*
19 *Appellari an possit, si episcopus deneget litteras monitoriales.*
20 *Iudex denegans officium suum nobile petenti impertiri, iniuriam facit, & potest appellari.*
21 *Monitoria esse concedenda, vel non, est decretum interlocutoriū, & ideo reuocari potest.*
22 *Appellatio cur detur a sententia super reiectione monitorialium, licet sit interlocutoria.*

1 HViusmodi litteras † monitoriales concedēdas esse, vbi deficiunt probationes, & in subsidium aliorum iuris remediorū, quādo veritas alio modo haberi non potest, constat ex traditis in superioribus quęst. ex Neuiz. in silua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. post numero 28.

Nauar.

Nauar.confi.3.de cenfibus numero 1.Thefaur.for.eccl.parte 3.capitulo 38. numero 24. & claré deducitur ex facr.Concil. Trid. d.fefs.25.cap. 3.de reform.

Et ideo commendanda mihi vi-
2 detur praxis † illa, quã fupra quæft. 15.nu.6.tradidimus;nempe,vt a petente has litteras prius iuretur.fe via iuris ordinaria minimè petere poffe,quod fibi deberi prætendit, cum nec plenam,nec femiplenam probationem ipfarum rerum obtineat, vt in practica feruari in Hifpania, & alijs quàm pluribus locis fidem faciunt Io. Gutierr.lib.1.can.qq.cap. 11.num.59.Rodriq.in fum. par. 1. cap.79. in princ. Iacob. Graff.confi. 6.num.19.de fent.excom.par.1.

3 Secundò ad eius † inftantiam tantum,& rogatu,cuius ciuiliter intereft,funt ifta monitoria concedenda;fi intereffe fit ob peccatum,iuxta conftit. Pij V.incip. fanctiffimus in Chrifto. quam fuperius in q.9.nu. 5.retulimus.& notat in pũcto prax. Archiep. Neapol.capit. 1. not.7. vbi inquit, quòd in ea conftit. fundatur practica eiufdem curiæ non concedendi dictas monitoriales, nec procedédi ad aggrauationem excommunicationis, quando apparet oratoré non habere intereffe; fed quãdo cóceduntur,ponitur claufula,dũmodo petentis interfit in ducatis quinquaginta.

4 Quando verò intereffe † non eft clarum, fed fperatur in euentu litis, quæ vertitur coram iudice laico, & timor eft,ne bona dilapidentur,poffunt concedi monitoria pro habendis teftibus,& notitia bonorum; licet intereffe non fit clarum! & regulariter in dicta curia, vt habetur in præfata praxi. loc. cit. conceduntur monitoria ad inftantiam intereffe prætendentium coram fuo iudice competenti, quamuis fit dubium in curia ecclefiaftica;exemplum, fi aliquis vti hæres Francifci petat monitoriales contra fcientes, vel detinentes bona hæreditaria;& pars opponat non effe heredem,debet prius docere fe talem;fed fi prætendat hereditaté corã iudice laico, & adhuc nõ fuit declaratus hæres,poterit obtinere monitoria contra fcientes bona hæreditaria ad futuram rei memoriam,& ne dilapidentur bona ob intereffe prætenfum, & quia poftea poffet declarari intereffe:& fic declarari debent tradita per Ant. Solam. ad antiq.conft. Sabaud.tit.vt nemo fuper decr.eum nullus glo. vnic.nu. 10.circa med.vide infra fect. 4.q.1. num.22.in fin.

Tertiò eft aduertendum,quòd in
5 † fupplicationis libello exprimi debent res,de quibus agitur, eatumq; valor nominatim, & fpeciatim,nifi monitoria fiant pro rebus ecclefiæ loci pij,cõmunitatis, vniuerfitatis, collegij, vniuerfalifue fucceffòris, quarum rerum certam notitiam illam, non habere, verifimile fit;tunc enim fupplicantis qualitate in libello expreffa,rerum,de quibus quæritur,defcriptio, fiue defignatio quædã in genere fieri fufficiet; modò non fit incerta nimis, aut inuerifimilis; fed eiufmodi, quæ faltem oftendat rem ipfam, vt ftatuit Pius V.in præfata conftit. & not. Marc. Anto.Genuen.in fua prax. Archiep.

Neapol. in dicto capitulo primo, not.4.

6 Quartò, quòd aliæ requisitę † cõditiones prudenter seruentur, hoc est, vt res non sit parui valoris, nec omnino occulta, vel nota, aut infamatoria, vel criminosa; ne leui de causa ad excommunicationem procedatur, vt supra quæst. 10. latius annotauimus. Et si nihil aliud obstiterit, Episcopus, vel eius generalis Vicarius cum assignatione competentis termini eas expediri permittet, vt colligitur ex actis eccles. Mediolan. par. 1. lib. 5. tit. 7. cap. 4. & ex adductis per Nauar. consi. 3. nu. 8. de censibus, & ex dicta praxi Archiep. cap. 1. not. 5. & seqq. & omnia clarè etiā deducuntur ex tenore sequentis monitorij Papalis, videlicet.

7 Paulus † Episcopus seruus seruorum Dei Ven. fratribus Papiensi, & Terdonensi Episcopis, siue dilectis filijs, eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus salutem, & apostolicam benedictionem. Significauit nobis dilectus filius. N. de N. Papiensis ciuitatis, vel diœcesis, quòd nõnulli iniquitatis filij, † quos prorsus ignotat, census, terras, domos, possessiones, mobilia, & immobilia bona, scripturas publicas, & priuatas, fidem tamen facientes, ac iura, nec nõ pecuniarum summas auri, & argenti, vini, frumenti, & aliarum frugum quantitatem, iocalia, gemmas, annulos aureos, pannos lineos, laneos, sericeos, domusque supellectilia magni momenti † ad dictum significantem ratione successionis hæreditariæ parētum, & consanguineorum suorum defunctorum, ac aliàs legitimè spectantia, & pertinentia subtraxerunt, & temere occuparunt, eaq; malitiosè occultare, ac occultè † & indebitè detinere præsumpserunt, & præsumunt, ex quo dicto significanti grauia damna valorem † quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum, & dicti significantis non modicum detrimentum, super quo ipse significans Apostolicæ sedis remedium implorauit.

1 Monitoria contra personam certam nõ conceduntur.

2 Monitoria nisi pro petentis interesse conceduntur.

3 Monit. cõtra indebitè detinentes conced.

4 Monit. pro qua sũma. Romæ conceduntur.

Quocirca fraternitati vestræ fratres Episcopi, siue discretioni vestrę filij Vicarij per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, quilibet vestrũ, videlicet in suis ciuitatibus, & diœces. si causa diligenter, & magna maturitate per vos † examinata pro rei loci, temporis, & personæ qualitatibus, vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi bonorum detentores, & illorum celatores, aut aliàs sciētiam habētes, ac damnorum illatores occultos ex parte nostra † publicè in ecclesijs coram populo per uos, vel alium, siue alios moneatis, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis ea dicto significanti, a se debita; detentores quidem, & occupatores restituant, occultatores verò, ac illatores reuelent; & si id non adimpleuerint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptoriè præfigendum, ex tunc in eo generalem excõmunicationis sententiam proferatis: † eamque faciatis, vbi, quando, & quoties videritis expedire, vsque ad satisfactionem condignam, & reuelationem

5 Monit. cōcessio ad arbitrium ordin. cõmittitur

6 Forma publicandi monit.

7 Monit. excõicatio repeti potest quoties expedire vi.

lationem debitam solenniter publicari. Volumus autem, quòd ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, non possit† nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi, aliàs reuelatio ipsa neque in iudicio, neq; extra iudicium fidē faciat. Dat. Romæ apud Sanctum Petrū anno Incarnat. Domini Millesimo sexcentesimo septimo nonis Decembris Pōtificat. anni iiij. Super plica M. Delphinus a tergo registr. & sigillata sigillo plumbeo cum cordulis canepis pendentibus more solito curiæ Romanæ &c.

8 Monit. ni. si pro ciuili interesse cōceduntur.

8 Quintò aduertendum † monitoria minimè esse concedenda in loco, vbi verisimile sit, quod negligātur, & contemnantur, vt colligitur ex Concil. Trid. d. sess. 25. cap. 3. de reform. & ex concil. prouin. Mediol. loc. ci. Sot. in 4. dist. in. 22. q. 1. ar. 2. sylua nupt. vbi supra, num. 48. Sair. tract. de censur. lib. 1. capit. 9. nu. 33. & tradunt Host. Io. And. & Felyn. in c. nouit. de iudi. dicentes, quòd si Prælatus videt excommunicationē minimè timeri, non debere passim illam proferre; sed desistere. Idem Felyn. in cap. Apostolicæ. num. 4. de except. & notat Couar. in cap. alma mater, in 1. par. in initio. nu. 10. post Abb. in d. c. ab excommunicato. de rescrip. & D. Thom. in 4. dist in. 18. art. vlt. sub quæst. 2. si iudex viderit excommunicationem minimè vtilitatem ipsi excommunicando allaturam: imo suspicetur magis indurandum cor ipsius per excōmunicationem; tunc etenim poterit supersedere huic censuræ..

Sextò aduertendum, quòd moni-
9 toria † concedi possunt non solum post litem cęptam, vt notant Graff. cons. 6. nu. 27. de sent. excom. Greg. Tholos. in sintagm. iuris vniuers. par. 3. lib. 48. cap. 13. nu. 31. D. Marius Antonin. tom. 1. var. resol. lib. 1. resol. vlt. cas. 36. Alba cons. 15. n. 2. vol. 1. Crauet. cons. 1?1. nu. 5. in fin. vbi inquit sic indistinctè vidisse obseruari, quod procedatur ad monitoria per iudicem ecclesiasticum non obstante litis pendentia coram iudice seculari, sed etiam ante, vt patet ex c. ad nostram. el 2. de iureiu. quod pro notoria praxi tradit Io. Neuiz. vbi supra. vbi ait, quòd obtentis propalationibus datur postea libellus, & parte citata repetuntur, vt dicetur infra sect. 3. quæst. 9. & ita vbiq; vsu receptum est, suadetq; ratio, quòd non tam post litem cęptā, sed ea nondum incepta, sint monitoriales, si petātur, cōcedēdæ vtroq; tempore, nam propalationes veritatis quæruntur, vt quis scire possit; an habiturus sit probationes, quibus valeat deducere ius suum in iudicio, vt inquit Alba d. num. 2. & illud legitimè prosequi: frustatorium enim esset inchoare iudicium, nisi quis prius in manu haberet exitum verisimilem, & iuridicum ipsius iudicij.

Et iura hoc maximè curant, pas-
10 simq; iudicibus iniungunt, † ne videlicet, iudicia fiant frustatoria. l. si prætor iusserit. in prin. ff. de iudi. & ne inanibus litibus, atq; expensis homines vexentur. l. 2. in princ. ff. de aqua plu. arcen. Ant. Sola ad antiq. const. Sabau. ti. vt nemo super decr. cum nullus glos. vnic. sub num. 10.

post Albam d.conf.15.nu.3:& seq. vbi subdit stylum, quòd huiusmodi monitoria tantummodo concedantur post litem cęptam, non valere; tum quia est contrarius indagandæ veritati,cui iura semper volunt esse locum.l.Imperatores.§. pen. ff.de probat. tum quia probationum facultas non est coangustanda.l. quoniam.in fin. C.de hæret. & ideo reprobatur regulariter pactum, statutum,iuramentum,consuetudò,si tédant ad restringendam facultatem probationum. Doct.communiter in cap.2.de probat.

11 Item in † causa appellationis cóceduntur, quando est datus terminus ad non posita ponendum,dummodo capita non concernant articulos primæ instantiæ, vel directè cótrarios,sed nouos iuxta clem.2. de testibus, & notatur in Prax. Archiep. Neapol.ca.1.no.3.circa med. Declara tamen, ut post conclusum in causa non concedantur monitoria,nisi ecclesijs, mulieribus,& alijs personis priuilegiatis,cęterisq;, quando eis conceditur restitutio in integrum aduersus omissas probationes,ut latius infra sect.4.q.1.nu. 23.declarabitur.

Septimò aduertédum, huiusmodi monitoriales pro rebus, ut diximus, temporalibus, & realibus oc-
12 cultis cum varijs † clausulis non tátum a Súmo Pontifice, sed ab Episcopis & eorú Vicarijs,in uim suę ordinariæ potestatis concedi posse, & solere. Et primò cum clausula, nullo excepto, siue nemine dempto, & túc persona quælibet etiam priuilegiata includitur, vt tradunt Rota Rom. par. 1.in nouiss. decis.383. num.3. Gregor. Tholos. in sintagm. iuris vniuers.par.3.lib.48.ca.13.nu. 31. Papon lib.18.tit.7.an rest. 9. Egid. tract.appell. cap.9. & 10. arresto.& simili monitorio compelli poterit ad probandum tutor, de quo dubitatur, quòd non omnia scripserit in inuentario,vt notat Ant.Sola in antiq.const.Sabaud.tit.de min.glo.1. nu.17.super 1.par.inuent.Rebuf.in const.reg.tit.de inuent.glo.1. nu.9;

13 Secundò apposita † clausula illa antiqua,dempta parte,& eius consilio,per quam litigans cum eius consilio ab onere propalandi eximitur; qua quidem clausula in monitorio non inserta, coguntur ipse aduersarius, eiusq; consilium deponere, & testificari pro aduersario,secundum Gregor. Tholos.d.nu.31. Egid.loc. cit.prout latiùs declarabitur infra sect.3.q.12.n.8.& seqq.

14 Tertiò adiecta † clausula, quòd quantumuis sanguine coniúcti propalare teneantur, & tunc affines, & consanguinei,vxor, maritus, & huiusmodi specialiter comprehenduntur. Gregor. Sair.in claui Regia lib. 9.cap.16.num.19.& de his infra sect. 3. q. 11. copiosè agemus Deo dante. Aduertas tamen, quòd dictæ personæ vi pręfatarum clausularum in monitorialibus includuntur, nisi aliqua alia iusta de causa excusentur, de quibus causis satis abúdè per tot.sect.2.tractatur. præsertim q. 4. circa finem.

15 Octauò aduertendum, † quòd in istis monitorijs non requiritur partis citatio, cum non tractetur de alicuius præiudicio; siquidem excommunica-

municatio non ligat, nisi existentes in peccato mortali,& non peccantes nũ tangit, vt nouissimè tradit Prax. Archiep. Neap. cap. 1. not. in princ. Sic etiam in absolutione a iuramen
16 to † ad finẽ agendi non requiritur citatio; cùm parti non inferatur prę iudicium iuxta magis communem, in c. 1. de iureiu. Cur. se. cõsi. 43. n. 77. Couar. var. resol. c. 4. num. 5. latè Brun. a Sole in qq. lega. q. 22. ex nu. 59. Graff. par. 2. decis. cap. 10. nu. 8. & seq. & quia est actus quasi pęnitentialis, vt dicit Anton. But. in cap. debitores. nu. 7. de iureiu. quod tanto magis procedit in his monitorialibus, quorũ finis est, vt anima exeat a peccato: & ita seruari in curia eccl. Neapolitana tradit eius Praxis Archiep. d. cap. 1. not. 10. Hinc patet, quòd, cum tractetur de salute animarum, & sic pietas vrgeat, huiusmodi monitoriales, etiam die feriata concedi possunt. arg. ca. conquestus. de fer. & cum Fran. Marc. infra sect. 4. q. 1. nu. 30. dicemus.

Nonò aduertendum, quòd impe
17 trato † monitorio a Summo Pontifice non potest pars, ad cuius instan tiam est expeditum monitoriũ, formare alia capita vltra expressa in ipso monitoriali rescripto, aliàs excõ municatio esset nulla, tanquam lata a delegato non seruata forma rescripti. Dominic. in cap. Romana. §. sed nec. de sent. excom. lib. 6. Felin. in c. cum sit. num. 15. de appell. nisi in eo
18 adsit clausula, † latius arbitrio tuo, vel significatis. Pra. Archiep. Neap. d. c. 1. not. 12. quæ si desit, monitorium est publicandum ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec verba dicti monitorij; quamuis pro idiotis possit publicari materna lingua, seu vulgari, vt scripsit Sacra congreg. Concil. Trid. teste Marc. Anton. Genuens. in dicta Praxi loc. cit. & sic obseruetur Papiæ, & ferè vbiq; Dicta quidem clausula rarò apponitur in monitorio; sed quãdo adiungitur, in formandis alijs capitibus sunt consideranda, quæ supra sunt notata.

19 Decimò aduertendum est † quòd si Episcopus, vel eius Vicarius a parte requisitus, vt decernat illa monitoria, sine causa deneget illa, potest appellari, vt notat Prax. Archiep. Neapo. in d. cap. 1. no. 13. nam licet in illis concedendis episcopus procedat ex officio ratione peccati, in quo iudicis officium multum exuberat. Card. in clem. dispendiosam de iudic. & pars instans dicatur stimulus instigans. Probus in ca. 2. de constit. lib. 6. & sylua nuptialis, vbi
20 supra; nihilominus † si denegat petenti impartiri officium suum nobile, iniuriã facit, & appellari potest. Bar. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Felin. in c. per tuas. de testib. Poterit etiam appellari, si detur breuis terminus ad reuelandum, vt cum Nauar. consi. 11. de offic. ordin. tenet Prax. Archiep. Neapol. loc. cit. in fi.

Vndecimò aduertendum, quòd
21 sententia, † nempe monitoria esse concedẽda, est merè interlocutoria, vt latè probat Crauet. in consi. 181. & ideo reuocari potest. l. quod iussit. ff. de re iudic. quinimo ipsa excõmunicationis sententia dicitur merè interlocutoria, & non obstante partis contradictione; si est iniusta reuo-

reuocari poteſt. Abb. notabiliter in c.ſacro.num.5.per illum tex. de ſen. excom. Felin.in rubr.de ſent.& re iudic. Prax. Archiep. Neap.d.d.cap. 1.not.14. vbi addit,quòd ita cenſuit eadem curia Archiep.de decreto,nõ eſſe procedendum ad monitoria, vt ſit interlocutoriũ, & reuocari poſſit;cum nullatenus participet de ſententia diffinitiua;facit, quòd ſententia reijciens probationes; nempe ſi declararet probationes eſſe illegitimas, & non clarè probantes in principali,eſt merè interlocutoria. l.fin. C.de ſent.quæ ſine certa quantit.& ibi Bal.n.2. Lud.Rom.in rubr.ff.de re iudic.num.5.

Duodecimò aduertendum,quòd
22 licèt ſententia † ſuper admiſſione, vel reiectione litterarũ monitorialium ſit interlocutoria,tamen quando veritas aliunde haberi nõ poteſt, dicitur huiuſmodi ſentẽtiam interlocutoriam ſuper reiectione continere præiudicium irreparabile, ideo admittitur appellatio, cũ ex hac reiectione non poſſit quis proſequi cauſam vſq; ad diffinitiuam; & ſic perimat totum ius ipſius petentis monitoriales. facit ſacr. Concil. Trid. ſeſſ.13.cap.1.in fin. de refirm. vide Crauet.d.conſ.181.per tot.

## QVAESTIO XIX.

### Monitoria qualiter publicanda, vel pro eis excommunicationis ſententia ferenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Monit.in tribus diebus feſtiuis, & inter miſſarum ſolennia publicanda.*
2 *Comprehenſi in monitorijs ad quid teneantur.*
3 *Scientes aliquid dè contentis in monit. quomodo propalare teneantur.*
4 *In quibus diebus feſtiuis non ſint promulganda monit. vel eorum ſententia ferenda.*
5 *Praxis aliquorum ordin. antequam permittant fulmin.*
6 *Ritus fulminandi monitorij.*
7 *Cæremoniæ in fulminatione monit. cur fiant.*
8 *Cęremoniæ iſtę fulminationis quidnam ſignificent.*
9 *Dęmon vtitur excommunicato ſicut ruſticus aſino ſuo.*
10 *Monit. an contineat excommunicationem, & eius effectus.*
11 *Excommunicationis ſententia quanta ſit efficaciæ magno miraculo demonſtratur.*
12 *Excommunicatus pro furto coruus miſera cępit infirmitate pedetentim deficere.*
13 *Inceſtuoſus excõmunicatus a D.Paulo ſtatim a dęmone fuit correptus.*
14 *Demon an maiorem poteſtatẽ habeat in excommunicato, quàm in peccatore.*
15 *Excommunicatio quibus eccleſiæ ſuffragiis priuet.*
16 *Eccleſia pro iudeis, & paganis orat in die paraſceues, cur non pro excommunicatis.*
17 *Excommunicatio in quibus differat a mortali peccato.*

MOnitorialibus litteris in forma de Epiſcopi, ſeu eius Vicarij expeditis, Parochus, vel alius eccleſiæ

ecclesiæ Rector, cui illæ publicandę fuerint præsentatæ die prima dominica post earum præsentationem, 1 vel alijs tribus diebus festiuis immediatè secututis in ecclesia inter missarum solennia, dum ibidem ad diuina maior aderit populi multitudo, publicè legendo, etiam materna, seu vulgari lingua pro idiotis. vt scripsit sacra congreg. Concilij, explicando, omnia in monitorio contenta denúciabit; & monẽdo in genere omnes, & singulos vtriusque sexus, eis sub excommunicationis pęna districtè præcipiendo mandabit ex parte Reuerendissimi Episcopi, siue eius Vicarij, & ad instantiam exponentis, siue petentis, (sic expresse colligitur ex extrauag. com. vnic. Io. XXII. tit. de furtis.)

2 Quatenus ij, qui bona † de quib. in calce dictarum litterarũ fiet mentio in toto, vel in parte contractauerunt, & exportauerunt, ac habuerũt, vel habent, seu dolo habere desinũt, aut celant, occupant, vsurpant, & indebitè detinent, seu illa quouis modo illicitè, & indebitè ad eorum manus peruenerunt, debeant ea omnia, si extant exponenti restituisse, relaxasse, & consignasse, & si non extant eorum pretium, & valorem soluisse, aut cum eo composuisse.

Scientes vero, vel notitiam haben 3 tes aliquem, vel aliquos bona, † de quibus in monitorijs sic habuisse, vel detinere &c. eos ad ipsum Episcopum, vel ad eius banchum infra dies in monitorio præfixos, puta duodecim proximè futuros, quorũ dierum quatuor pro primo, quatuor pro secũdo, & reliquos quatuor pro tertio, & vltimo peremptorio termino, a ctrina canonica monitione pręmissa eis omnibus, & singulis pręfigitur, & assignatur, manifestare, & propalare teneantur. Eorumque dictum, & testimonium scriptis deponere debeant ad pręfatum banchum ita vt fidem faciat in iudicio, & extra, quod declaratur infra sect. 2. q. 11. num. 6. Alioquin contra omnes & singulos ipsorum mandatorum contemptores, aut rebelles ad excommunicationis sententiam, prout iuris fuerit, procedetur.

Et nota, quòd semper in istis monitorijs tam ad restituendum, quàm ad reuelandum ponuntur, prout diximus aliqua dierũ interualla, iuxta ca. cõstitutionem. §. statuimus. eod. tit. in 6. Nec posset abbreuiari terminus, nisi facti necessitas aliud suadeat, vt in d. §. statuimus. & ibi Gemin. Franc. & alij, prax. Archiep. Neapol. c. 1. not. 9. in prin. & in curia Episcopali Papiæ poni solet interuallum dierũ quatuor inter vnã monitionem, & aliam, Neapoli verò interstitium sex dierum, vt refert dicta praxis loc. cit.

4 In sanctissimis † autem diebus Natiuitatis Domini, Paschatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & in celebritate sanctissimi Corporis Domini, alijsq; anniuersarijs solennioribus dieb. nullo modo promulgandæ erunt, nisi Episcopus, seu eius Vicarius aliter censuerit. Facta verò promulgatione locis, & temporibus congruis, factaq; de ea Episcopo relatione in scriptis; iterum Episcopus diligenter, & accuratius eius concessionis causa perpensa,

pensa,quę si grauis extiterit,tunc ad
excommunicationis sententiam fe-
rendam , & promulgandam contra
prædictos deuenire poterit, vt ex ca.
3.Concil.Trid.sess.25.de reform.&
Concil.prouin.Mediol.& pręcipuè
ex actis eiusdem eccles. par. 1.lib.5.
tit.7.c.6. & 7. Non debet quidē ex-
communicationis sententia ferri in
festiuitatibus pręsertim Natalis Do
mini, & Paschæ , vt fideles vacare
possint deuotioni:& sic seruari Nea
poli testatur dicta praxis.d.c.1. not.
9.in fine.

Solent autem & rectè nōnulli lo-
5 corum † ordinarij , & in specie Pa-
piensis ante fulminationem præcipe
re, vt iterum litteræ monitoriales le-
gi debeant in die festo in dicta eccle-
sia cum termino octo dierū proximè
futurorum ad propalandum , seu re-
stituendum,& vbi huiusmodi non
comparuerint,qui ablata, seu retenta
restituant, seu ablatores & detētores
reuelent , fulminari debeant seruatis
seruandis cum termino aliorum octo
dierum , exinde proximè futurorum
ad propalandum , seu restituendum.

Ad fulminationē autē Parochus ,
6 seruatis prius supradictis † sic deue-
niet,prout moris est,nempe faces , si-
ue candelas ardentes in manibus te-
nendo eos publicè excommunicabit,
siue denunciabit candelis in terram
proiectis,& extinctis,easque pedibus
conculcabit , quæ postea ad aliquem
vsum non assumuntur, paulatim etiā
pulsatur campana , secundum Pan.
in c.1.de offic.custod.vbi sic vsu rece
ptum esse multis in locis testatur.

Quæ fulminationis cærimoniæ
colliguntur nō tantum ex vsu , sed ex
cap.non omnes.2.q.7. & ca. debent.
11.q.3.vbi glo.in verb.conculcare.
& expressè habentur in d. extrauag.
com.vnic. Ioan. XXII.titu. de furt.
vbi clarè traditur forma huius excō-
municationis publicandæ,& fulmi-
nandæ,& etiam eas notat Greg.Sair.
tract.de censur.lib.1.cap.15.& fiunt
7 † ad terrorem populi, & ad inducen-
dam scientiam , necnon ad maiorem
confusionem,& grauiorem terrorem
excommunicatis iniiciēdū. Henriq.
in summ.lib.13.c.20.in fin. & Sair.
loc.cit. D. Marius Antonin. libro 1.
var.resol.vlt.cas. 37. in fin. vbi dicit
fulminationem venire in executionē
ipsius sententiæ excommunicationis.

Ex quib. profectò cęremonijs po-
8 nitur † effectus ipsius excommunica
tionis ante hominum oculos. Siqui-
dem sacerdos Christum repræsentat
excommunicantem , proiectio verò
facum , siue candelarum , earumque
extinctio excommunicatum , quasi
mortuum significat,vtpotè a Christi
corpore tanquam palmitem a vite
præcisum.arg.c.nihil.11.q.3. Quòd
verò pedibus candelæ illę conculcē-
tur, patefacit excommunicatum , sic
ex ecclesia eiectum , traditum demo-
nibus torquendum , & ab eisdem in
inferno , nisi resipiscat conculcandū
iri.arg.c.absit.& c.audi.& ca. omnis
christianus.11 q.3.Nau. in man. ca.
27.nume. 18.vbi excommunicatum
iumentum diaboli appellat,diabolus
9 † enim vtitur excommunicato , sicut
rusticus suo asino, & habet potestatē
in eo,sicut in pecore , vt ex Ias. in l.
gallus.2.lect. in §. sed & quid tātum
col.2. ff. de liber. & posthum. tradit
Io.Neuiz.in sylua nupt.lib.3. num.
41.

41. verb. monitoriæ. const. sinod. Papiæ par. 4. ca. 39. Roman. consi. 369. num. 10. vbi inquit excommunicatũ transire de familia Dei in familiam Diaboli. vide Felyn. in rub. de sent. excomm. num. 4. vbi ponit excõmunicationis effectus, quos pulchrè, & breuiter tradit etiam Saulius Episc. Papiens. in interrog. promouend. tit. de excomm. vers. qui sunt effectus. & Petr. Ferra. in prax. Papien. in form. resp. rei conuen. in glos. tanquam. nu me. 5. denotat vocem illam terribilẽ Christi in iudicio extremo, Ite maledicti in ignem ęternum, quam excõmunicati cum maximo dolore, & damno suo audient, nisi a cõtumacia destiterint. Quas quidẽ cęremonias deberent Parochi aliquando in ipso actu fulminationis latius declarare multis de causis.

Et ex prædictis patet monitoria
10 † non cõtinere excommunicationẽ; sed comminationem eius, iuxta glo. in cap. vnic. de fugit. & probat Graff. consi. 2. num. 29. de pęnis: quæ quidẽ comminatio sola excommunicationis nihil operatur per se, nec ad damnationem sufficit. canonist. in ca. relatum. de iurepatr. & in ca. is, qui de sent. excomm. lib. 6. comminationes enim, epistolæ & pragmatica auctoritatem rei iudicatæ non habent. tot. titu. C. comminationes epistolæ &c. lib. 7. habent tamen vim citationis, & præcepti monitoria vt colligit Mandos. in tract. de monit. siue litteris executor. q. 17. num. 4. ex Inno. in c. tua. de cohabit. cler. Viridarium Summist. par. 2. c. 300. num. 84. vbi declarat. Bern. Bust. in rosar. par. 2. serm. 37. p. 4. cas. 13. excommunicati tamen per generalem monitorij sententiam omnes nominatim intelliguntur in foro animę, tanquam expressis proprijs nominib. glo. sing. in c. a nobis. 1. de sent. excomm. ex l. nominatim. ff. de lib. & posth. & infra 4. sect. q. 8. latè dicetur.

11 Quantæ verò efficacię † sit huiusmodi excommunicationis sententia ob monitoriales litteras lata ex magno patet miraculo, quod legitur in lib. de viris illustrib. ordin. Cisterc. & refert pręter alia Henric. Germa. in specul. exempl. dist. 3. exempl. 51. Nempe quòd in Saxonia Abbas illius ordinis Cisterciẽsis iuxta cõsuetudinem Imperialium Abbarum illius temporis inter cęteras res præciosas anulum aureũ valde pulchrũ, & præciosũm habebat, & cũ abluendarum manuũ causa anulum super mensam deposuisset, coruus domesticus, quem curiales Abbatis in delitijs habebant, nullo penitus aduertente rapuit ore anulum, & peruio volatu in suum nidum asportauit; cuius rei gratia nõ reperto anulo diligenter conquisito, graui indignatione cõmotus Abbas ministros suspectos habens, mandauit parochis oppidi, quod amplum erat, eiusque subiacebat ditioni, quatenus excommunicationis sententiam contra tales fures, & detentores fulminarent, nisi sex dierum spatio restituissent.

Quo facto, mirabile dictu, coruus
12 † pro furto excommunicatus, etsi culpæ suæ inscius esset, cępit paulatim, & in dies languescere, cibum fastidire, pennas proijcere, eiusque caro tabescere; de cuius prodigiosa, ac miserabili immutatione, dome-

ſticis ipſis præſente Abbate conquęrentibus, vnus quaſi iocando dixit, fortè iſte eſt anuli fur, & excommunicationis vinculo innodatus hac horrenda plaga indicium dat. Vnde in eius nido conquiſito, & reperto anulo, Abbas denuo mandauit ſtatim, quatenus anathema celeriter relaxaretur, hocq; peracto, prędictus coruus, qui atrociſſimas furti pęnas luebat, nec tamen furti ſe reum intelligebat, non ſine omnium ſtupore reuiuiſcere quodammodo, ac reuireſcere cępit, ad priſtinamq; formam, ac ſanitatem non ſine magno præpotentis Dei miraculo ad hominum exemplum, atq; conſilium integraliter fuit reſtitutus.

13 Et cum Paulus inceſtuoſum † Corinthium hoc gladio periuiſſet, ſtatim illum a Sathana correptum omnes viderunt. 1. Corint. c. 5. vbi glo. ordin. Etſi excommunicatos nunc non videmus illico expirare, vel a dęmonibus arripi, dubitandum tamen non eſt, cum Chriſtus aſſiſtat ſuæ eccleſiæ eos, qui legitimè excommunicatione percelluntur, & morti ęternæ eſſe obnoxios, quãdiu in pertinacia perſtiterint, & in diaboli poteſtate eſſe. c. audi. 11. q. 3. vbi gloſ. conſt. ſinodal. Papienſ. par. 4. ca. 39. vbi plenè declarant.

14 Imo dęmon maiorem † habet poteſtatem in excommunicato, quàm in peccatore, quia ille eſt omnino ſegregatus ab eccleſia, vt membrum a corpore abſciſſum. text. elegans in c. quemadmodum. 23. q. 7. & cap. ipſa pietas. 23. q. 4. & tradit Graff. in 1. par. deciſ. lib. 4. cap. 1. num. 2. vide Nauar. in Man. c. 27. num. 18. & ſeq. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 12. vbi
15 concludit, quòd † excommunicatio communibus, & generalibus eccleſię ſuffragijs priuat, adeò vt nulla se intendat illa ei ſubuenire per illa; tollit enim excõmunicatio interiorem, exteriorem, & mixtam commu
16 nionem. Et licèt eccleſia † in die Paraſceues oret pro iudeis, paganis, & expreſsè pro hæreticis, qui ſunt iure excommunicati. c. 1. & 2. de hæret. & in bul. cœnæ: & ratio eſt, quia ea die, in qua repræſentatur paſſio Chriſti, qui pro inimicis ſuis orauit eccleſia ſuſpendit prohibitionem, quam alio tempore facit, ne miſſa, aut orationes pro illis a ſuis miniſtris offerantur, quod eccleſia facere poteſt; non tamẽ de excommunicatis mentionem facit, vt oſtendat, quantum ſint deteſtandi, quos nec nominandos eſſe a fidelibus voluit. Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 1. dub. 1. Saür. de cenſur. lib. 2. c. 4. n. 7. & ſeq. Vnde D. Bernard. trac. de grad. humil. in fi. ait. Vide quàm mala eſt excommunicatio, quòd in Paraſceues die eccleſia pro iudeis, & pro paganis & hæreticis orat, & non pro excommunicatis, vt notat Corrad. par. 1. q. 175. in fin.

Verùm quidem eſt, quòd mor-
17 tale † peccatum ab excommunicatione differt, primò quia illud priuat nos gratia Dei, ſecus autem excommunicatio in ſe accepta, ſed tollit ea, quæ nos diſponunt ad gratiã; nemo tamen maiorem incurrit excommunicationem impoſitam a canone generali, vel particulari, niſi mortaliter peccando. Palu. in 4. diſt.

18. q.

18.q.1.ar.2.quod procedit etiam in excommunicatione generali lata ab homine. Nau. in man.c.27.nu.9. & ideo excommunicatio lata contra aliquid facientes includit tantũ mortaliter peccantes. Nauar. consi. 57.de sen.excom. Graff.cons.3.n.7. de peni.& remis. Secundò differt in hoc, nẽpe, quia ecclesia orat pro existentib. in lethali peccato, non autẽ pro excommunicatis, vt diximus.

## QVAESTIO XX.

### Monitoria qualiter interpretanda.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretari quid sit.*
*Monitoriales iuxta terminos iuris, et consuetudinem recipiunt interpretationem.*
2 *Monitoriales interpretandæ sunt ciuili modo, nequis arctetur ad impossibile.*
3 *Interpretatio in monitorialib. ita facienda est, vt quam minimam inducant obligationem.*
4 *Interpretatio fieri debet, vt actus valeat.*
5 *Ligare per monitorium quos non intelligat iudex regulariter.*
*Monitorium fraudulenter impetratum pro tali summa cur, & quando non liget.*
6 *Prorogatio data a parte ad reuelandum, vel restit. quid operetur.*
7 *Debitor si non soluat in termino monitorij prorogato a parte, cur non incurrat excommunicationem.*
8 *Dubio occurrente circa monitoria, qui consulendi sint.*
9 *Materia monitorialium cur dicatur fauorabilis.*
10 *Monitoria quando obligent ad denunciandum, vel testificandum.*
11 *Quæ negotia requirant testes, quæ verò denunciatores, & nu. 12.*
13 *Tenor verborum in monitor. est spectãdus, & quot modis fiat.*

1 MOnitoriales litteras † interpretari nihil aliud est, quam dare illis rationabilem intellectum, iuxta legislatoris, siue concedentis mentem, vt dicitur ex cle.1.de elect. & c.intelligẽtia, de ver. significatio. Recipiunt autem interpretationem vbi dubiæ sunt tum iuxta terminos iuris, tex. in causam quæ.vbi Felin. nu.5.de rescrip.post Gemin. consi. 47.num.3.D.Menoch. de arbr.cas. 199.n.9.& in terminis Rota Rom. in nouiss.par.1.decis.383.n.7. tum iuxta consuetudinem, cuius principalis effectus est legem interpretari, quando nobis non constat de suo vero sensu, sed in dubio versatur, & non tantum humanam, sed etiã diuinam, vt post alios aduertit Naua. in man.c.27.nu. 186.

Qua in re primò obseruandum
2 venit, vt † ciuili, & laudabili modo interpretentur, hoc est nequis arctetur ad impossibile, sed tãtum ad id, quod congruit, ne quid contra iustum, & honestum prçcipere videãtur, arg.c.quintauallis.de iureiur.gl. in c. dilecto.in verb. generalis de præb. Greg. Sair. in claui reg.lib.12. c.14.n.29. Io. Gutierr.lib.1.can.qq. cap.11.nu.80. Nauar. consi. 18.de hæret.nu.7.

Secundò vt strictè interpretentur, & ita,† vt quàm minimam obligationem inducant. l. semper in stipul. ff. de reg. iu. Nauar. de vsu. num. 109. & Miscell. 28. de orat. nu. 39. Vnde earum verba sunt ponderanda, & præcise attendenda, & ad casum, in quo loquuntur restringenda, arg. tex. in l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. Nau. cons. 57. de sent. excom. l. non aliter. ff. de lega. 3. cap. præterea de verb. sign. ca. ad audientiam. de decim. Beret. consi. 150. nu. 8. Ant. Marc. de Canib. cons. 2. nu. 386. in mat. Feud. pro episcopo Papiensi.

4 Non tamen† ita strictè interpretari debent, vt actus sustineri non possit, & monitoriales reddantur elusoriæ & inutiles. l. quoties. ff. de verb. oblig. c. Abbate. eod. tit. l. non dubium. C. de legib. Rimi. iun. con. 353. num. 200. vol. 4. Menoch. de arbr. cas. 199. num. 19. & 22. latè & pulchrè Rodriq. in qq. regu. tom. 1. q. 11. ar. 6. regula. 7. iuris enim remedia non debent esse delusoria. Beret. consilio 71. numero 1. & consi. 83. num. 3. & verba monitorialium potius impropriè sumi, quàm vt intelligantur cum tertij præiudicio. Beret. cons. 14. num. 5.

Tertiò interpretandæ veniunt, vt non ligent, quos iudex monitoriales concedens, vel eas impetrans ligandi intentionem non habere probabiliter præsumatur. Graff. consi. 9. nu. 4. de sent. excom. Tolet. in sum. lib. 1. c. 10. n. 7. cuius rationem vide infra sect. 2. q. 2. & in dubio mens Principis, & iudicis semper præsumitur fuisse talis, qualis de iure esse debet, vt ex Ias. in l. beneficium. nu. 35. ff. de legib. & alijs tradit Rodriq. d. ar. 6. regul. 11.

5 Non intendit † autem iudex regulariter ligare eos, quos si cogitaret, exciperet, vt vxorē, filiū, aut fratrem: de qua re vide latè infra sect. 3. q. 8. & 11. Nec quem iusta causa excusat; nec qui inculpabiliter ignorat ius, aut factum, scilicet latam esse excommunicationem, aut se fecisse id, pro quo lata est, vt colligitur ex Sot. in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. Siluestr. verb. ignorantia. §. 16. Nau. in man. cap. 27. num. 254. Nec eum, qui fecit prius pactum cum parte, ad cuius instantiam publicatur monitorium, de ipsa re, de qua in ipso monitorio agitur, quia si iudex hoc pactum sciuisset, monitorium non concessisset. Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. cap. 11. nu. 77. & seqq.

Hinc notandum venit, quòd si aliquis fraudulenter a sede Apostolica impetraret monitoriales, asserens fuisse sibi sublata bona ascendē tia ad valorem quinquaginta ducatorum, quod quidem nō obtineret, nisi pro tali summa; & re vera non ascendebant ad dictam summam, non comprehenduntur scientes, vel retinentes in tali monitorio, vt in puncto tradit Episcopus Montis Marani in praxi Archiep. Neap. ca. 2. not. 8.

6 Nec eū † cui a parte datur dilatio ad reuelandum, vel restituendum, priusquam incidat, quia iudex, cum excommunicat ad partis petitionē, non intendit magis excommunicare, quam ipsa pars velit. Tolet. d. lib. 1. cap. 10. num. 7. prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 8. Imo nec po-

stea

ftea incidet, nisi data esset de cõsensu iudicis, sine quo pars id facere nequit, secundum Innoc. in c. præterea el 2. de appell. quem sequuntur Io. Andr. & Host. & alij, & expresse tenent Angel. verb. excommunicatio 1. §. 20. Siluest. eod. verb. Nauar. in man. c. 27. n. 15. & Lel. Zecch. trac. de casibus reser. cas. 1. nu. 9. §. notandum etiam. Pedraz. in sum. præcep. 7. Decalogi §. 15. & alij : quamuis sententia affirmatiua, nempe quòd pars sine consensu iudicis terminũ prorogare possit, vt si lata sit excommunicatio, nisi intra mẽsem soluat, facere possit, vt ad duos menses prorogetur, post quos excommunicatio contrahatur, si non soluerit, sit probabilis, & tenenda secundum Tole. in summ. lib. 1. c. 10. n. 7. ex Pan. in d. c. pręterea. nu. 4. & hanc opinionẽ approbant Hugolin. de censur. tab. 1. c. 20. §. 6. n. 5. Gre. Sair. de censu. lib. 1. cap. 11. num. 20. Spec. comm. opin. q. 493.

Mihi tamen magis placet nega-
7 tiua † vt probabilior, & magis in praxi recepta ea potissimum ratione, quia hoc iurisdictionis est, quam pars non habet, & quando in prorogatione concurrit iudicis consensus, censetur iudicem sub noua excommunicatione prorogare; nam, cum pęnę sint restringendæ, iudicis intentio in ferenda excommunicatione sub conditione ad certum tempus, intelligi debet restricta ad illud tantum saltem in hoc casu.

Et vbi pars sibi reputet esse satisfactum, tunc cessat totaliter excommunicatio. Summ. Pisanel. verb. excommunicatio. 1. versi. quid si iudex. Sum. Confessorum lib. 3. tit. 33. q. 76. Pedraz. & Sair. loc. cit. in fine.

8 Quartò, vbi † de iudicis intentione, vel de alia re circa monitoria dubitari contingat, & nihil certi deliberari possit, cõsultius est ipsum iudicem, vel alios prudentia, & doctrina pręditos consulere, quid agendum sit. Sair. in claui reg. lib. 12. ca. 14. nu. 32. circa fin. eligendo semper quod tutius est pro salute animæ, iuxta gl. communiter receptam in c. sciant cuncti. & ca. nihil de elect. li. 6. Vnde licet monitorialium mate-
9 ria videatur odiosa, & stricti iuris † tamen cum agatur de salute animæ fauorabilis dicitur, vt ex Dec. in ca. nouit de iudic. rectè cõcludit Rimi. iun. conf. 357. nu. 41. vol. 4. vide gl. sing. c. sciant cuncti de elect. & Rodriq. in qq. regul. tom. 1. q. 11. ar. 6. melius enim est incidere in damnũ temporale, quàm in spirituale, vt latè declarat Io. Azor. par. 1. inst. mor. lib. 2. cap. 16. q. 2. & quamuis in dubio pro possessore sit iudicandum. Beret consi. 134. nu. 28. non tamen, vt cũ aliena iactura locupletetur, vt ipse Beret. tradit consi. 149. nu. 10.

Sed magna quidẽ opus est discre-
10 tione ad discernẽdum † quando iudex in talibus monitorijs nobis pręcipiat, vt testibus, & quando vt denunciatoribus; & certè quotiescunque id exprimit iudex, scilicet vt denunciemus, aut vt testificemur, res manifesta est, & in claris nõ est opus coniecturis. l. ille, aut ille. ff. de leg. 3. accipienda namq; sunt uerba in sua propria significatione, arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. cap. prætere. ade verb.

sign.

sign.& c.ex litteris.de sponsal. Ant. Mar.de Canibus.consil. 2.nu. 386. in causa feud.episcop. Papien. Ideq; dicendum est, quando mens iudicis ex modo proponendi, aut ex alijs côiecturis colligi potest. Greg. Sair. in claui regia lib. 12.c. 14.nume. 32.

11 Quando autem, neque clarè præcipitur denunciare† neq; testificari, sed dicere, vel reuelare, siue propalare, quod intelligi potest denunciando, & etiam testificando, tunc secûdum Nauar. in capi. inter verba. 11. q.3. corol.66.num.781. in ciuilibus negotijs tam inceptis litigari, quàm non inceptis, ac etiam in criminalibus inceptis litigari, intelligendum est testificando; quia in ciuilibus cômuniter non agitur de punitione, vel penitentia peccati; in criminalibus verò inceptis litigari, non sunt necessarij denunciatores, sed testes; secus in non ceptis, in quibus sæpe quæruntur denunciatores. cap. super his. de accus. Regulariter autem in dubio vocatur quis vt testis; & quâuis edictum monitorium vtatur verbo denûciare, sumitur tamen impropriè pro testificari, & econtra secundum subiectam materiam, arg. l. in insulam. ff. de præscript. & tradit ex Nauar. loc. cit. Henriq. in sum. moral. theolog. lib. 13. c. 18. de excom. nu. 5. Marc. Anto. Genuensis in sua prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 2. vers. & ex his. faciunt optimè adducta per Camil. Gallin. in tract. de verb. sign. lib. 2. c. 1. nu. 4. & seqq.

12 Vbi verò monitorium † sit omnino generale, neminē expressè nominando, nec agatur de negotijs litigandis; sed pro recuperatione rerum subtractarum, uel deperditarum; tûc quidem ad denunciandum quis uocatur; quo in casu ciuiliter agitur, & requiritur monitio fraterna, ubi spectatur per eam fratris emendatio; nec est periculum alterius grauis præiudicij in mora; sic colligitur ex Nau. in man. c. 25. nu. 46. & seq. & Graff. par. 1. decis. lib. 2. capit. 69. num. 28. prax. Archiep. Neapol. loc. cit.

13 Et nota, † quod uerborum tenor, qui, ut diximus, maximè est attendêdus, regulariter fit uno ex tribus modis; primò an sciat de delicto, & delinquente; Secûdò an sciat de fama, seu infamia, & notorietate delicti. Tertiò, ut dicatur, uel reueletur, manifestetur, uel propaletur, quicquid scit, uel audiuit; Ille autem scire dicitur, qui sensu externo expertus est, aut scit per confessionem partis, aut audiuit certificari a uiro fide digno. Henriq. d. c. 18. nume. 5. & dicemus infra sect. 2. q. 12.

CANO-

# CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVAESTIONVM

## Vtriusq; Fori tam interni, quàm externi,

### SECTIO SECVNDA.

In qua discutitur materia monitorialium, & præsertim quando, & quis obligetur ad restituendum, vel propalandum.

QVAESTIO I.

Monitorij sententia quando incipiat obligare, vel cesset obligatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Certus dierum numerus assignatur in monitorijs ad resti. vel reuel. & cur. num. 3.*

2 *Dies in monitorijs quando incipiant currere, vel compleantur, & num. seq.*

3 *Terminus in moni. ad quid ponatur, & num. 7.*

4 *Dies publicationis monitorij an connumeretur intra terminum latè declaratur.*

5 *Prorogare quando quis possit denunciationem vltra terminum.*

6 *Termino monitorij elapso an incurratur statim excommunicatio, & quando.*

7 *Termino elapso cur non cessat obligatio restit. vel reuelandi.*

8 *Paschatis tempore non se communicans an teneatur postea communicare intra annum, & sic non confitens pecc.*

9 *Monitorij excommunicatio an liget eum, qui solum post terminum rem sciuit.*

10 *Monitorij obligatio quando cesset.*

11 *Mandatum expirat, si iudex, aut pars expirauerit.*

12 *Mortuo delegante quando delegati expiret iurisdictio.*

13 *Excommunicandi, vel absoluendi facultas quando morte delegantis non expiret.*

14 *Delegationis litteræ ante obitum prædecessoris concessæ a Papa successore validantur.*

15 *Delegatus quando subdelegare possit, vel non.*

16 *Vicarius capitularis Sede Vac. non potest exequi litteras monitoriales episcopo, vel eius Vicario cõmissas.*

17 *Delegationes collationũ benef. dispen. absol. monit. &c. episcopis vel eorũ Vicarijs facta per Vic. cap. non exequuntur.*

18 *Successor in Vicariatu an succedat in cognitione causæ delegatæ Vicario sub nomine dignitatis.*

19 *Obligatus propalare, vel restituere, si moriatur in tertio monitorij an incurrat*

*currat excommunicationem.*

20 *Lex non plus obligat, quàm verbis exprimat.*

21 *Statuta episcopi eius morte non expirant; secus a Vicario facta.*

1 CVm huiusmodi monitoria fe-
1 ri debeant sub † certo numero dierum, vt v.g. infra duodecim dies proximè futuros, quorum dictũ, vt tradit Illust. Tusch. to. 3. pract. cócl. iuris concl. 447. nume. 2. & diximus supra sect. 1. q. 19. nume. 3. quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliqui quatuor pro tertio, & vltimo peremptorio termino, ac trina canonica monitione assignantur, vt restituatur, vel reueletur, quod præcipitur sub excommunicationis pena ipso facto incurrendæ (quamuis regulariter non sit ipso iure, sed ferenda, ibi, prout iuris fuerit procedemus.)

2 Sciendum est, quod dies † isti numerandi sunt ab eodem die, & hora, qua edictum monitorij profertur, modò ab eadem die notitiam de monitorio quis habeat, tempus enim in his monitorijs datum incipit currere a die scientię, arg. c. quanto. 2. q. 5. & tradit Graff. consi. 6. nume. 17. de sent. excom. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 3. in fine & colligitur ex verbis monitorij ibi, moneatis, vt infra competentem terminum &c. Vnde nescientes statim primo die fuisse latam excommunicationem contra scientes possunt a die notitiæ numerare prædictos dies. Henriq. in sum. lib. 13. c. 18. num. 6.

Neque incurretur excommunicatio, donec tot dies naturales 24. horarum integrè compleantur, quia
3 ille terminus † positus est, vt in eo liceat differre executionem, & consulere, & perpendere, quid, & quomodo agere oporteat. Nam propriè dies est 24. horarũ, & nomine diei continetur nox, quia deseruit diei tamquam nobiliori; alioquin dies, vt distinguitur a nocte, est quandiu sol est super terram. Bal. in cap. cum in cunctis. nume. 3. & 4. de elect. & de multiplici diei acceptione elegantissimè scripsit doctissimus Polydo. Ripa in tract. de nocturno tempore. cap. 3. & Graff. par. 2. decis. lib. 2. cap. 13. num. 21. & dixi ad compéd. Nauar. in addit. in verb. Dies. nu. 8.

4 Et terminus † dierum datorũ ad ad propalandum incipit currere ab hora publicationis, vt si v.g. hora 16. alicuius diei incipiat publicari monitorium in eadem hora 16. expirabit terminus ad propalandum, iuxta tamen dicta superius; sicuti dicitur, quòd si cõstitutione caueatur, quòd aliquid fiat infra mensem, si mensis iam sit cęptus, quando occurrit casus, tunc dies supplentur de alio mẽse sequenti, vt est gl. notab. in extrauag. ne sede vacan. aliquid innou. §. fin. in verb. eo ipso; intelligendo tamen secundum Henriq. d. capit. 18. nu. 6. in pr nc. sicut inquit seruari in practica, vt intra quatuor primos dies non connumeretur dies primus publicationis, quia dies termini non computatur in termino. glos. in cap. statutum. paulo ante fin. vbi DD. de præben. lib. 6. plures cumulat Andr. Tiraquel. de vtroque retract. par. 1. §. 1. nu. 51. & 52. & declarat Gomes. in quæstione 73. de infirm. resign.

&

& vide Nauar.consi.18.de præben.

Quæ quidem ratio duplicem potest habere sensum; primus nempe an dies vltima termini computetur in termino, & de hoc nemini dubiū est, quod computatur; secundus verò sensus; nunquid dies assignationis ad propalandum, aut restituēdū assignetur in termino, vt si iudex assignet hodie terminum duodecim dierum ad propalandum, seu restituendum, an dies hodiernus computetur in termino duodecim dierum; & communis est opinio, quòd non cōputetur, nisi dicatur, hinc ad duodecim dies. Ias. in l. 1. nu. 20. & ibidem Bart. & alij, ff. si quis caut. sicut nec dies receptionis, seu intimationis litterarum citationis cōputatur in termino dierum expressorum in citatione. Specul. in tit. de citat. §. 4. incip. viso. nume. 17. quem sequitur Abb. in prax. cap. 14. num. 10.

Et in hoc proposito casus contingere potest. Quid si vltimus dies termini datus ad propalandum, seu reuelandum sit festus? vel non possit haberi copia iudicis, aut notarij? & tunc dicas, quoad primum, terminū esse in sequenti die nō feriato dilatū, sic probatur l. 2. §. 2. in fin. & l. etsi post tres. ff. si quis caut. l. vbi lex. ff. de vsucap. Abb. in prax. d. ca. 14. nu. 7. Quoad secundum verò, dicas, esse restituendum, cum ei quicquā imputari non possit, vt probatur per l. sed etsi per Prætorem. §. si magistratū. ff. ex quibus caus. maior.

Vnde patet quòd quamdiu terminus ille non est elapsus, non potest talis persona verè dici contumax;

5 imo † terminus ille quoad conscios intelligitur si modò intra id tempus commodè possint præmittere primam, & secundam correptionem fratris, intra quod tēpus prorogare possunt denunciationem, vt ex D. Thom. & communi sententia docet Henriq. in d. c. 18. num. 6.

6 At elapso † termino, & nulla interueniente iusta excusatione statim incurritur excommunicatio. capit. a nobis. el 1. de sent. excom. capit. præterea. el 2. de appel. Sair. in claui reg. lib. 12. c. 14. nu. 34. vers. tertiò quando. & Mich. Salon in 2. 2. q. 68. art. 1. cōtr. 2. D. Io. Baptista Costa tract. de retrotrac. cas. 15. in capit. 8. nu. 4. supponimus autem, & fuisse hac intentione latam, vt eo ipso incurreretur, & modo iusto, vel saltem sufficiente ad valorem eius, idest cum debita præmonitione, & cum illa clausula iustificatiua, si te grauatum senseris, &c. quia aliàs non ligaret, iuxta Innoc. in ca. proposuit. de concess. præben. Nau. consi. 75. de regu. & in ca. cum contingat. de rescrip. 5. caus. nul. nume. 4. Doctiss. Menoch. de arbitr. cas. 543. nume. 26. & seqq. Henriq. loc. cit. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 3. num. 13. & seqq.

7 Nec est dicendum, quòd elapso † illo termino cesset obligatio, imo semper tenetur obedire edicto monitorio, nec potest absolui, donec satisfaciat, quia terminus ille nō est ad extinguendam, sed tantum ad differendam obligationem. Suarez d. nume. 13. & seq. & in dubio tal s præsumitur esse intentio iudicis, qui per se curat, vt reus ex obedientia ecclesiæ exeat a peccato, vt diximus sup. sect. 1. q. 10. in princ. & in puncto tenet.

Nau. in man. ca. 25. nu. 46. in fin. & Iacob. Seuert. in sum. excom. par. 2. ar. 3. in fi. vol. inquit, quòd talis excommunicatio est Episcopo reseruata, si monitorium est Episcopale, donec satisfaciat parti, & absoluatur.

Ita etiam cōcludit ipsemet Nau. in man. c. 21. nu. 45. quem sequūtur Corrad. in resp. cas. consc. par. 2. q. 218. & Azor. tom. 1. lib. 7. inst. moral. cap. 41. q. 5. post Palud. in 4. dist. 12. q. 1. art. 5. conclu. 1. & Maior. in
8 4. dist. 17. q. 2. de eo † qui tempore statuto Paschæ non communicat, quòd tenetur, quàm citius potest cōmunicare, vt satisfaciat præcepto, & ne peccet nouo peccato mortali; quia non cessat obligatio de cōmmunicādo intra annum, quæ præcipitur ab ecclesia determinante ius diuinum contra D. Anton. par. 2. titul. 9. §. 3. Syluestr. verbo Eucharistia 3. q. 5. Medin. C. de penit. tract. de confess. quos refert & sequitur Tolet. in sum. lib. 6. c. 18. nume. 4. qui tamen cum Medin. docet non procedere in eo, qui non est confessus toto vno anno; quia semper sub peccato mortali manet obligatus confiteri. Mihi quidē semper placuit prima opinio Nauar. quæ tutior, & probabilior est, vt tradit Azor. d. q. 5. & eam confirmat praxis ordinariorum, qui tales tempore Paschæ non communicantes per suas const. synod. ab ecclesiæ ingressu interdicunt, vel excommunicant, vt in const. synod. Papiē. par. 3. c. 28.

9 Probabile tamen videtur, quod † si præcipiatur aliquid reuelari per huiusmodi generale monitorium, eum, qui solum post terminum illū sciuit rem, nō ligari excommunicatione, si non reuelet, quia vbi tractatur de obligatione strictè est interpretandū, vulg. iu. quod tamen declara iuxta dist. infra q. 6. huius sect.

10 Cessat autē dicta † obligatio monitorij, si intercedat aliqua ratio, ob quam mandatum extinguatur, vt si mandans moriatur, nam excommunicatio ab homine per sententiam lata illo mortuo extinguitur, nec ligat eos, qui post eius finitam iurisdictionem contrafaciunt. glo. in cap. a nobis. el 1. de sent. excom. vbi Host. Pan. Felyn. Palud. in 4. dist. 18. q. 5. ar. 2. num. 11. Syluest. verb. excommunicatio. 2. §. 2. vers. 15. quos ferè omnes refert & probat Henriq. par. 1. in sum. lib. 13. ca. 18. nu. 4. vbi ait,
11 si † iudex, aut pars expirauerit, cum eis expirat & mandatum: ista enim monitoria non dicuntur statuta, sed mandata generalia, vel specialia lata ab homine. prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 17. Idemq; est, si delegans amoueatur, trāsferatur, vel suspendatur ab officio, vt not. Suarez d. disp. 20. sect. 3. nu. 14. tom. 5. & facit glos. in c. a nobis. el 1. in verbo. nō nisi, de sent. excom. quam citat, & sequitur post Federic. de Senis cons. 97. Illustriss. Tuschus in pract. concl. iuris. tom. 3. conclu. 450. nu. 3. & sicut dictis de causis delegans amittit suam iurisdictionem, ita & delegato eisdemet de causis adimitur. Sair. trac. de censur. lib. 1. c. 6. nu. 27.

Hæc tamen procedunt, si delega-
12 tus † nō inceperit vti sua iurisdictione, antequam delegās moriatur, aut alia ex causa iurisdictionē amittat; secus verò vbi causam cognoscere,

&

& sua iurisdictione vti cœperit, etiam per solam citationem, per quã perpetuatur iurisdictio, secundum glos. in c. pen. de fo. cõp. modò citatio ad partem peruenerit, vel per solam monitorij publicationem, quæ ad instar est generalis citationis; quia tunc nõ obstante delegantis morte, aut alia suæ iurisdictionis priuatione, causam illam prosequi poterit, quia res non est integra, c. gratum. c. licet. ca. relatum. vbi glo. & Abb. nu. 6. Thes. for. eccl. par. 2. c. 17. num. 52. & seq. & sic intelligi debet. prax. Archiep. Neapol. loc. cit.

13 Hinc est, vt qui commissionem † aliquos excommunicandi, vel illos absoluẽdi habuerit, & ante mortem delegãtis aliquos eorum excommunicauerit, vel absoluerit, mortuo delegante reliquos excommunicare, vel absoluere potest, si negotiũ omnium, qui excõmunicandi, vel absoluendi sunt, connexum fuerit, arg. d. c. licet. & ibi gl. & Pan. nu. 5. Hugo. de cens. tab. 1. c. 7. §. 1. nu. 6. & quòd de mortuo delegante dicitur, etiam & de deposito intelligendum; nam depositus mortuo æquiparatur quoad dignitatem. Sair. loc. cit.

Sciendum quidẽ est; primo quod

14 † delegationis litteræ omnes tam gratiæ, quàm iustitiæ a Papa cõcessæ infra annum ante diem eius obitus, etiam executoribus non præsentatæ, omnino per Papam successorem reualidãtur, vt ex reg. 9. Cãcel. Clem. VIII. patet, teste Thesau. for. eccl. vbi supra. nu. 54.

15 Secundò Papæ † vel alterius Principis delegatum posse subdelegare, c. pastoralis, vbi Abb. de offic. deleg. maioremque esse quoque ordinario in causa delegata, vt probatur in ca. sane. 2. eod. tit. c. pastoralis. de offic. ordin. & ideo cum ordinarius possit delegare, multo fortius delegatus Papæ, vel alterius Principis poterit ex causa subdelegare. Thesau. for. eccl. d. par. 2. c. 17. num. 58. & seq. Quod limita, nisi committatur nudũ ministerium, vel quando est electa industria personæ, vel si est causa meri, & mixti Imperij. vide gloss. & Abb. ac Felyn. in c. super quæstionum. §. porro. de offic. deleg. D. Menoch. de arb. lib. 1. quęst. 54. prax. Papiens. in form. appell. ab interloc. in glo. cum ipse. Delegatus autem iudicis inferioris subdelegare nequit. doctor. cõmuniter in c. quamuis. de offi. deleg. Thesau. fori eccl. loc. cit.

16 Tertiò, quod si † monitoriales litteræ fuerint concessæ a summo Pontifice, earumque executio sit cõmissa Episcopo, vel eius generali Vicario, si ante, vel post, quàm alter ipsorum inceperit eas exequi, moriatur Episcopus, non poterit Vicarius Episcopi perficere talẽ causam monitorialiũ, iuxta dicta per Rebuff. in prax. benefic. lib. 1. capit. 22. nu. 162. Nec etiam poterit Vicarius generalis a Capitulo tunc deputatus executioni illas mandare. ita Fed. de Senis cõs. 130. num. 1. vers. suo iure agitur. & Felyn. in ca. cum olim. de maior. & obed. Pau. de Leazar. in clemen. etsi principalis de rescr. Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. q. 135. nu. 5. Thesau. for. eccl. par. 1. cap. 10. nu. 8. fal. 2. & 3.

17 vbi inquit, delegationes † collationum, beneficiorum, dispensationũ, absolutionum, monitorialium, &

aliarum gratiarum Apostolicarum,
quæ Episcopis, vel eorum Vicarijs
committuntur, vel cognitiones cau-
sarum sub nomine officij eisdé de-
legatas per Vicarium capitularé co-
gnosci, nec executioni demandari
posse; quia iurisdictio delegata non
18 transit in capitulum; quamuis † trá
seat in Vicarium generalem succes-
soré; quando delegatio est facta Vi-
cario vti dignitati non expresso no-
mine proprio. Fede. de Senis loc. cit.
Paul. de Leaz. & Card. in c. quoniá
Abb. quos refert, & probat Abb. nu.
10. de offi. deleg. Cucch. inst. ma. lib.
2. tit. de Vic. nu. 12. & seq. referés ita
fuisse in Rom. curia iudicatum teste
etiam Put. decis. 486. lib. 2. & latissi
mè Hier. Gabr. consi. 32. num. 7. &
seqq. lib. 2. vbi hác verioré, & æquio-
ré dicit ea ratione, quia supponitur
Vicarium habere iure proprio iuris-
dictionem, & quòd commissio cau-
sæ céseatur facta intuitu tribunalis,
non autem personę. Contrarium te-
nét Imol. Dec. Berou. in d. c. quoniá
Abb. Gigas consi. 48. Caualc. & alij
quos refert Sbroz. de offi. Vic. lib. 3.
q. 49. ea ratione, quia talis dignitas
Vicarij, sub cuius nomine fuit causa
sibi commissa, non competit eidem
iure proprio, & ideo commissio non
transit in successoré. Ego vero a prio
ri non recederem, quam nouissimè
tenet Thesau. for. eccl. loc. cit. lim. 4.
vbi laté declarat, in quibus Vicarius
a capitulo sede vac. deputatus nó ha-
bet eandem authoritatem, quá Vica
rius Episcopi habebat. An verò Vi-
carius generalis Episcopi possit exe-
qui litteras monitoriales Apostoli-
cas Episcopo directas, vide sup. sect.
1. q. 6. vbi negatiuè respond. nisi al-
ternatiuè sit facta commissio.

Sed dubitatur, an sicuti obligatio
propalandi ob monitorium expirat
morte delegantis, delegati, & actoris
impetrantis monitorium, vt supra
declarauimus, cesset quoq; morte rei
vt non incurrat excommunicationé
19 vt v. g. † publicatur monitoriú, fer-
turq; excommunicationis sententia
contra non propalantes, vel restituentes
intra terminum decé dierú; vnus có
prehensus in dicto monitorio ante
expletú terminú mortuus est, quęri-
tur, an inciderit in excómunicationé? Re
spondetur negatiuè, quia viuens nó
fuit in mora, nec contumax, nec im-
pleta fuit conditio; qń auté illa im-
pletur, iam nó est capax cénsurę, neq;
obligationis prouenientis ex præce-
pto ecclesiastico, pręcipuè cum illá
adimplere iá nó possit. Si autẽ dices
debuisse præuenire tépus solutionis,
seu obseruationis talis pręcepti, si po
tuit, & periculú mortis præuidit; re-
spondetur fortasse debuisse ex iusti-
tia, aut ex alia naturali obligatione,
ad quá ille actus pertinebat: tñ ex vi
illius ecclesiastici præcepti nó fuisse
20 ad id obligatú, quia † lex non plus
obligat, quá verbis exprimat; illa au
tem lex solum voluit obligare infra
certum terminú, qué ipsa, quantú in
ipsa erat, vt sic dicá, concessit ad dif-
ferendá solutioné, vel propalationé
vsq; ad illú, & ante illum noluit per
censuram obligare, nihil excepit, vt
supponimus de articulo mortis, ergo
ex vi illius legis, siue sententię nó te-
netur ad illam anticipationé. Vnde
licet daremus illú peccasse mortali-
ter nó restituédo ante morté, nihilo-
minus

minus non incurrit illã cẽsurã. Fieri autem potest, vt neque alia ratione peccet, vt in puncto explicat perquã doctus Franc. Suarez tom. 5. disp. 5. sect. 1. num. 12. Sair. tract. de censur. lib. 1. c. 8. num. 11.

21 Notandum vltimò, † quod si Episcopus per statutum proferret sententiam, semper durat, quia statuta Episcopi morte non expirant. Abb. in c. a nobis. c. fi. vbi omnes de offi. legat. prax. Archiep. Neapol. ca. 1. not. 17. statuta tamen, quæ fiunt a Vicarijs eorum morte, aut remotione ab officio expirant; siquidem Rectores terrarum, & Potestates habentes iurisdictionem ad tẽpus, prout Vicarij, non possunt facere, nisi quasdam ordinationes pro tempore sui officij, quo finito expirant, vt dicit Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & no. prax. Archiep. Neapol. loc. cit. in fin. Officialis namq; prohibitio tantum durat, quantum eius officium. Afflict. decis. 290.

## QVAESTIO II.

### An ordinarius possit eximere aliquos ab obligatione propalandi per monit.

### SVMMARIVM.

1 *Ordinarius quando principalem, vel alios a propalando eximere possit.*
2 *Eximere an possit ordinarius a propal. in monit. Papali cuius ipse est executor.*
3 *Per monitorium cur non ligentur, quos iudex, vel pars eximere intendit.*
4 *Officium iudicis requisitum non excedit intentionem requirentis.*
5 *Non reuelans quia scit, vel credit petentem non habere ius, non incurrit excommunicationem.*
6 *Pars, quæ eximitur ab obligatione reuelandi, an impetret declaratoriam.*
7 *Forma, siue praxis petendæ, & concedẽdæ exemptionis ab onere propalãdi.*
8 *Causæ exprimendæ pro petenda exemptione ab oblig. propal. remiss.*

Dvbitandum non esse videtur, 1 quin † ordinarius, vbi ei expedire videbitur, principalẽ, vel alios a propalationis obligatione contentorum in monitorio ab eodem concesso eximere possit; præsertim vbi aliqua legitima existat causa, vt quia principalis, vel alius sciat illum talem, ad cuius instantiam concessum est monitorium, nullum habere ius super contentis in ipso monitorio, vel alia simili de causa, vt in puncto probat D. Mar. Antonin. libro primo, var. resol. in resol. vlt. cas. 75. in princ. ex Naul. lib. 5. consi. 7. de sen. excommun. & alijs ab eo citat. & faciunt adducta per Rot. Rom. decis. 383. par. 1. in nouiss. nu. 9. vers. nõ obstat, quod ordin.

Quod procedit non tantũ in mo-
2 nitorio a se concesso, † sed etiam in Papali, cuius executio ipsi ordinario commissa sit, ut deducitur ex verbis, quæ regulariter in ipsis monitorijs Papalibus apponi solẽt, ibi, Quocirca fraternitati vest. &c. si causa diligenter, & magna maturitate per uos examinata pro rei loci temporis, & personæ qualitatibus uobis pro uestra conscientia uidebitur expedire &c. ut uidere est supra ex tenore monitorij Papalis in sect. prima q. 18.

q.18.circa finem, & faciunt optimè adducta per D.Marc. Antonin.lib. 1.var.resol.vlt.cas.37.vers. secundò quia.Grego. Tholos. in syntag.iur. vniuers.par.3.lib.48.ca. 13.nu.31. Sair.de censur.lib.2.c.20. num.13. & per Fran.Marc.decis.872. par.2. & ita vsu receptum est.

Et ex his sequitur per monitoriũ
3 † non ligari, quos iudex intendit ab hoc eximere.Graff.consi.9. num.4. de sent.excom.vel quos petens illud non intendit includere;necessaria enim est partis intentio, quando ad eius instantiam excõmunicatio fertur.Tolet.in sum.lib.1.cap. 10. nu. 7.quia excõmunicacio omne suum robur accipit a voluntate excommunicãtis, qui cùm excommunicat ad petitionem partis, non vult magis excommunicare,quàm ipsa pars velit;quia † officium iudicis requisitũ
4 non excedit intentionem requirentis;ut colligitur ex Syluest. verb.excõmunicatio 2.q.2. vers. 14. & tradit Graff.par.1.decis.lib.4.ca.3.nu. 10.post Nau.d.c.27.num. 14.Cordub.in tract.de casib.consc. q. 175. Gutierr.d.cap.11.nume.79.Sebast. Medic.in sum. peccat. de excomm. q.50.Bern.Bust.in rosar.par. 2. ser. 37.p.4.cas. 13. & fauet Rot. Rom. d.decis.383.par.1.num.4.& in puncto tradit Tolet.d.lib.1.c.10.nume. 7.& uide infra q. 9. in fine 3. sect. Quos autem regulariter iudex non intendat ligare uide supra quęst.20. sect.1.

Et quamuis sine iudicis exceptio
5 ne † qui ideo non reuelat per monitorium, quia scit uel probabili ratione, uel auctoritate alicuius doctoris iusta scientia, & conscientia præditi firmiter credit petentem non habere ius, super quod petit, excommunicationem non incurret; secus, si dubitaret, uel leuiter crederet illi deesse ius, vt validis rationibus probat Nauar.consil.7.de sent. excom.per tot. & Graff.lib.4.decis.par.1.c.8. num. 11.in fi.Rodriq.in sum.par. 1. cap. 79.nu.11.circa fin.Rot.Rom.d.decis.383.num.3.prax.Archiep.Neapol.cap.2.not.4.

6 Tamen satis opportunum, & tutum in hoc casu † existimarẽ ad tollendos scrupulos, & animi ambiguitates, vt pars principalis, vel quiuis alius aliqua subsistente causa compareat coram iudice ecclesiastico, & ab ipso obtineat exemptionis declaratoriam, nempe huiusmodi monitorium non afficere personam talis, vel talis, siue principalis, & eius consilij, vt colligitur ex Rota Rom. vbi supra.nu.4.& 11.& ex Thesau. for. eccl.p.3.c.38.nume.23.in fin.cuius comparationis formã pro praxi subnectere hic operępretium duximus, prout in curia ecclesiastica Papiæ vidi obseruari, videlicet.

7 Ibique &c.necnon † coram Illustri & M.R.D.N. I. V. D. & Prothonotario Apostolico, ac Vicario generali curiæ Papiæ assertoq; commissario, & delegato Apostolico, vt in actis &c. Comparet N. de N. suo proprio nomine, ac tanquam pater & defensor, ac legitimus administrator. N.eius filij, item & præsentatus N.cum consensu dicti eius patris, & tam simul &c.citra reuocationẽ &c. & saluis &c. occasione nõnullarum litterarum monitorialiũ Apostolicarum

rum eisdem, vt dicitur intimatarũ, omniumque, & singulorum in eis, vt dicitur contentorum &c.

Qui quidem ad omnem bonum finẽ, & effectum, & omni iure &c. dicit dictas assertas litteras Apostolicas nullas, & inualidas, ideoq; non mereri executionẽ aliquã, minusque illius virtute præfatos patrem, & filium de N. teneri aliquid denunciare, ac notificare, seu propalare, minusque posse, nec de iure debere excommunicari, stantib. potissimum rebus, prout stant, sed dictæ assertæ, litteræ monitoriales tollendæ, seu suspendendæ sunt saltem quoad ipsarum personarum præiudicium attinet, & declarandum præfatos patrem, & filium non teneri ad aliquã propalationem, vt ita fieri petũt cõparentes, aliter protestantur &c. eo præcipuè quia præfati de N. bona, de quibus in dictis monitorialibus sine peccato, & iuxta rectam conscientiam, iustoque titulo, & bona fide retinent ratione legitimæ compensationis, nec sunt in aliquo debitores dicti N. de N. vt ipse sedi Apostolicæ exposuit; quia quatenus apparere possit dictum de N. aliquid persoluisse Ven. Hospitali S. Matthæi Papię, apparebit illud persoluisse ex pretio tot bonorum ipsorum comparentium per dictum N. venditorũ: præterea dicti pater, & filius multa alia credita, & diuersas pretẽsiones habent contra dictum de N. vt ex processu, & ex calculis fiendis apparebit.

Item saluis semper præmissis dicunt dicti N. in assertis litteris monitorialibus agi de eorum animarum interesse, & cum de iure nõ cogatur quisquam suam propriam turpitudinem detegere, etsi sine labe peccati, sed iustè possidere probabiliter credant, petunt idcirco ordinari, & declarari dictas assertas litteras monitoriales ipsos patrem, & filium de N. non afficere, minusq; ipsos illarũ vigore teneri aliquid notificare, sed ipsos immunes, & exemptos esse ab onere propalandi, prout ita fieri petunt, aliter protestatur, &c. & de reclamando &c. ac habendo recursum ad sanctam sedem Apostolicam, & etiam de expensis &c. sal. &c.

Qui præfatus Illust. & M. R. D. Vic. ac executor Apostolicus vt supra visis, & auditis prædictis &c. sequens &c. & aliàs omni iure &c. sic instantibus dictis N. & filio de N. ordinauit, & declarauit, ac ordinat, & declarat dictos patrem, & filium de N. exemptos, & immunes esse ab onere propalandi saluis in reliquis iuribus partium &c. & inde &c. N. Vicarius generalis, & deleg. Apostolicus &c.

8 Plures autẽ † causas, quæ pro petenda dicta exẽptione ab onere propalãdi inseruire possunt, & per quas cursus harum litterarũ monitorialium impediri potest, vide infra sect. 4. q. 1. a nu. 1.

## QVAESTIO III.

### Quomodo propalationes vi monitorialium sint faciendæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria an compellant deponere cum*

*eum iuramento, & quando.*

2 *Reuelantes ob monitoria quando non satisfaciant suæ obligationi.*

3 *Praxis curiæ Episcopalis Papiensis in reuelationibus recipiendis.*

4 *Reuelationes an possint recipi cum interrogatorijs partis.*

5 *Reuelantes an possint cogi ad respondendum absque relatione ad propalationes.*

6 *Reuelantes, si contrarium deponant in indicio, an puniantur de falso.*

7 *Testis deponens falsum in iudicio sine iuramento punitur pęna falsi.*

8 *Delatori falso lingua in pęnam præscindenda.*

1 Monitoria ista † non compellunt deponere cum iuramento, secundum communem vsum, cum fiant ad conscientiæ exonerationem; nisi in ipsis monitorijs præcipiaturvt cum iuraměto reueletur, quod fieri potest, vt scribit Iacob. Alba.consi.15.post nu.6.in fin.vol.1.& possunt scribi manu propria, vt not.prax. Archiep. Neapol.cap.1. not.15.in prin.

2 Non satisfaciunt quidem † monitorijs scientes, & reuelantes Episcopo, vel generali Vicario oretenus; quia is, cuius interest, non potest ipsis vti. Nauar.consil.5.de furt.prax. Archiep.Neapolit.d.c.1. not. 18.in prin.vbi subdit, idem fuisse conclusum in eadem curia Neapo.quando reuelationes non fuerunt ritè receptæ, puta per notarium non approbatum, quia ecclesia illis vti non potest ad cogendum peccatorem, vt exeat a peccato.

3 Vnde ex praxi † curiæ Episcopalis Papiensis apponi solet in monitorialibus clausula, quòd scientes, & informati debeant eorum dictum, & veritatem in scriptis deponere ad banchum ipsius curiæ ita, vt fidem faciat in iudicio, & extra, & regulariter in ciuitate huiusmodi propalationes recipiuntur a cancellario, siue notario, vel alicui ex notarijs curiæ Episcopalis; in oppidis verò per notarium ab Episcopo, siue eius Vicario deputatum, cum præsentia Parochi illius oppidi, vt infra sect. 4.q. 9.nu.9. latius dicetur.

Seruatur etiã in d.curia Archiep. Neap.& alibi, prout fidem facit eius

4 prax.d.c.1.not.15. † quòd in causis magni momenti instãte parte, soleãt recipi reuelationes cum interrogatorijs partis: si autem reuelãtes nolint respondere interrogatorijs, potest illis tanquam personis certis fieri præceptum sub pęna excommunicationis, vt veritatem deponãt coram eorum iudice competenti; quæ tanto magis procedunt, quando coram iudice laico non examinantur testes cum interrogatorijs.

Dicit tamen D. Iacob. Menoch. de arbit.iudic.lib.2.cent.2.cas.109.

5 nu.2.quòd potest † iudex competẽs cogere testes, qui reuelarunt, ad respondendum absq; relatione ad reuelationes iam factas, ex Bald. in l.vlt. in fi.C.de testib.& Boer.decis. 108. num.6.& alijs. Et regulariter, quando reuelantes postea examinantur, vti testes in forma iudicij non debẽt ipsis legi eorum reuelationes, quod pulchrè declaratur infra sect.4. q.9. nume.4.& seqq.& D.Menoch.loc. cit.nu.11.

Et

Et notandum est, quòd reuelãtes
6 † si contrarium deponãt in iudicio, cum examinantur cum interrogatorijs, statur posteriori depositioni cũ iuramento, nec possunt puniri de falso, iuxta latè tradita per Felyn. in ca. cum tua. de testibus, & syluam nupt. vbi supra, prax. Archiep. Neapol. d. c. 1. not. 15. vbi tamen in fin. addit, menti esse tenendum, quòd facientes falsam reuelationem etiam sine iuramento grauiter puniũtur in dicta curia Archiepiscopali: siquidem te-
7 stis † deponens falsum in iudicio sine iuramento punitur pœna falsi. Bart. in l. si quis legatum. ff. de falsis, & est cõmunis doctorum sententia, prout testatur Iul. Clar. in prax. crimin. in §. falsum, num. 11. Vnde inquit dicta praxis, quod anno 1600. per dictam curiam Archiepiscopalẽ ob falsam reuelationem vigore monitorialium fuit quidam fustigatus per ciuitatem Neapolitanam. Falso
8 † autem delatori lingua in pœnam præscindenda, & quandoque caput amputandum, iuxta cap. delatori. 5. q. 6. tex. cum glo. in cap. accusatores dist. 46. vide Simon. Maiol. tract. de irregul. lib. 5. cap. 20. nu. 4. vbi huiusmodi falsos delatores irregulares esse affirmat.

## QVAESTIO IIII.

### Ob monitoria, qui teneatur propalare, siue reuelare, vel non regulariter.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuelare per monit. obligatur quis in casu, quo ad id iure nat. vel diuino tenetur.*

2 *Excommunicatio contra scientes aliquid, quos obliget ad reuel. regulariter.*

3 *Monit. aliquando obligat ad citius exequendam obligationem precedentem.*

4 *Excommunicatio ab homine lata redditur nulla ex defectu causæ.*

5 *Excusatur quis ab excommunicatione, vbi immunis sit a culpa mortali.*

6 *Iuramentum de non reuelando an excuset a propalatione.*

7 *Iuramentum quando non sit obligatorium.*

8 *Excommunicatus per monit. ob contumaciam semper in eo statu manet, nisi pareat.*

9 *Causæ plures excusantes aliquem ab onere propalandi.*

Reuelare delictum vi monitorij quis regulariter nõ tenetur, nisi
1 in eo † casu, quo ad id, vel iure naturali, vel diuino obligatur, vel iuridicè cogi possit a iudice sub pœna peccati mortalis ad illud reuelandum, siue iudex procedat per viam inquisitionis, & iubeat reuelari per viam denunciationis, siue iudex procedat per viam accusationis, & iubeat reuelari per viam testimonij, in vtraq; enim via nõ semper ille, qui aliquid scit, reuelare tenetur, nec ad reuelandum obligari potest.
2 Quare, si iudex † excommunicationem ferat in hunc modum, vt qui scit aliquem furtum aliquod commisisse, aut bona Petri, vel Antonij, aut Lazari detinere, nisi intra duodecim dies id patefecerit, statim excom-

excommunicatus sit, is solum ad reuelandum sub prædicta pęna obligatur, qui vel a iudice iuridicè interrogatus, vel alias iure naturali, vel diuino, vt diximus, idipsum manifestare teneretur, & qui etiam seclusa excõmunicatione per se ad hoc obligatur, vt docet ex Ange. verbo excõmunicatio 3. §. 20. Sot. de rat. tegẽd. secret. membr. 2. q. 6. & Nau. in man. c. 18. num. 40. & c. 25. numerò 46. Greg. Sair. tract. de censur. libro 1. cap. 9. nu. 34. idem Nauar. in cap. inter verba. concl. 6. nu. 719. vbi dicit, quod monitorium generale prò reuelandis delictis ligat in illis casibus, & secundum illum ordinem, in quibus, & quemadmodum sine
3 illo præcepto esset quis obligatus †
excepto quòd aliquoties teneretur citius cum illo, quam sine illo reuelare, sic Sot. d. q. 6. & Suarez ad D. Thom. tom. 5. disp. 20. sect. 1. nu. 4. ibi imo accidere potest, vt terminus ille (hoc est reuelandi) arbitrarius sit, & quòd præcepto iudicis sub tali cẽsura præfiniatur: & clarius declarat sect. 3. nu. 2. & 5. in reg. 3.

Et addit ibi Suarez, quòd quãdo
4 huiusmodi † excõmunicatio ab homine lata, nec supponit grauem culpam in tacenda veritate, vel in occultanda scriptura, neque etiam supponit priorem obligationem ad talem actum, neque illam valet inducere; vel simpliciter, vel in tali casu; tunc etiam siquis non respõdeat, seu obediat tali sententiæ non ligabitur huiusmodi cẽsura, cum sit nulla ex defectu causæ, quia, si nec obligatio supponitur, nec de nouo inducitur, nulla committitur culpa, vel contumacia, ergo deest materia, & causa excõmunicationis. Et in his omnibus casibus † in quibus occultatores a culpa mortali excusantur, immunes etiã 5
sunt a censura excommunicationis, quæ contra occultantes, vel non reuelantes profertur. Lud. Lopez in inst. consc. par. 2. cap. 12. circa med. & est cõmunis Suarez d. disp. 20. sect. 2.

Vice autem versa in casibus, in quibus tenetur quis reuelare, non
6 excusatur ob fidem præstitam † seu
iuramentum de non reuelando. D. Thom. 2. 2. q. 7. ar. 1. Abb. & Felyn. in c. intimauit. de testib. Abb. in ca. si sacerdos. de offi. ordin. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. num. 22. Et ratio est, quia illud iuramentum non extẽditur ad hunc casum, nempe cum fulminatur excõmunicatio, vel si producatur in testem. c. quãto. de iureiu. & si cogitauit ipsum casum, tunc etiam non extenditur. cap. humanæ
7 aures. 22. q. 5. cum † iuramentum
contra bonos mores præstitum non sit obligatorium. c. non est obligatorium. de reg. iu. in 6. Nau. in man. c. 18. num. 55. nec seruari possit sine alterius præiudicio, & æternę salutis dispendio. c. cũ contingat. de iureiur. c. inter cætera 22. q. 4. quia non debet esse vinculum iniquitatis, vulg. iur.

Contumax verò, & rebellis, qui tenebatur reuelare in termino, & nõ
8 reuelauit; incidit in censuram † &
etiam postea non reuelando semper in peccato manet, nisi obediat, vt ex Sot. tradit Io. Baptista Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 216. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nume. 10. post Nau. in man. cap. 17. num. 134. vbi inquit,

inquit, monitorio publicato vt quis denunciet, quicquid nouerit de hoc is, qui metu tacuit, debet cum primũ poterit parere facta prius admonitio ne fraterna, aliàs semper manet sub eadem censura obligatus, vt latius dicemus infra sect. 4. q. 4.

9 Regulariter autem ab hoc † excusant occultũ; defectus probationis; iustus metus; auditio dubia; vel ab eo, cui non est credendũ; denunciatio eius, a quo audiuit; si factum sit furtum ratione recuperationis; vel paruum sit; vel non habeat, vnde restituat, vel si per confessionem sacramentalem, vel cõsultationem nouit, & quoties constat reum in conscientia excusari, vt infra in seqq. quæst. fusius declarabitur. & vide supra in sect. 1. q. 20. circa med.

## QVAESTIO V.

### An teneatur quis aliò accedere ad reuelandum suis expensis.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuelare quis non tenetur, si oporteat aliò accedere suis expensis.*

2 *Expensæ quando conceduntur, eundo, stando, & redeundo intelligitur.*

3 *Testis non solum expensas viæ, sed mercedem dierum licitè accipere potest, declaratur nu. fin.*

4 *Saluus conductus datus alicui, vt intelligatur concessus.*

5 *Aduocatus constitutus extra suam vrbem ad pertractãdam causam, quo num dierum possit salarium petere.*

6 *Monit. per quod subditi extra patriã trahuntur, quando non liget.*

7 *Extrauag. vnica de furt. Ioan. Papæ XXII. tenor refertur.*

8 *Publicatio excom. latæ in eos, qui furati sunt thesaurum ecclesiæ, qui iubente Clem V. de Perusio ad Lucanam ciuit. fuit deportatus.*

9 *Practica monendi malefactores, vt intra certum term. satisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant.*

10 *Modus fulminandæ, & publicandæ excommunicationis, in monitorialibus, & num. seq.*

1 NOn † tenetur quis aliò proficisci ad propalandum, nec in secreto, nec in aperto suis expensis, puta si oporteat adire Vicariũ Episcopi, vel Romam, vel alium degentem in remotis partibus, quem adire nõ potest sine impensa, vt cum Rosella probat sylua nupt. lib. 3. verbo monitoriæ. nu. 46. in fi. contra Syluest. & tradit Gutierr. lib. 1. can. qq. cap. 11. num. 23. prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 18. in fin. & citat Nauar. in cap. inter verba. corol. 66. nume. 799. Vnde nisi soluãtur ei expensę, etiam pro tempore, quod amittit, reuelare non obligatur, secundum Felyn. in cap. 1. de testib. & Alex. in l. recusare. §. siquis alio. colum. 1. ff. ad trebel.

2 Et debent deputari † expẽsæ tam inueniendo, quàm stando, & redeũdo. c. si testes omnes. §. vẽturis. 4. q. 3. & ita in puncto tenet Graff. cons. 6. num. 30. de sent. excomm. Grego. Sair. in claui reg. lib. 12. cap. 19. nu.

3 13. vbi inquit, quòd testis † non solum expensas viæ, sed mercedem dierũ, quibus in testimonio reddendo occupatus stetit, & etiam lucra

cessantia accipere potest; quia offi-
cium suũ nemini debet esse damno-
sum. ca. cum non noceat.de elect. in
6. Paul. Leazarius in repet.c.ex par-
te.de confessis.nume.11.& luculen-
ter probat D.Menoch. de arbit. cas.
310.num. 10.e.c.statutum. §.profe
rendo testamento.de rescr. lib. 6. &
faciunt adducta per D. Io. Baptistã
Costam tractat.de port. rata q.149.
& per Anton.Marium de Canibus.
cons.2.num.434. in causa feudi pro
Episcopo Papiæ, & ita intelligitur
textus in l.quoniam liberi. C. de te-
stib.c.statutum.§. fi. & ibi Francus
de rescrip.in 6.vbi dicit ex illo textu
4 inferri, quod † saluus conductus da-
tus alicui in ueniendo intelligitur ẽt
datus in stando,& recedendo, sic no
tant Doct.in c.2.de treg.& pace, &
referr. Graff.d.consi.6.nu.30.

5 Facit etiam, quòd † aduocatus,
vel causidicus rogatus, vt in aliena
vrbe defendat aliquã causam, potest
iure petere salarium illorum dierũ,
quibus discedit, & est in itinere eun
do, vel redeundo, etiam si discederet
hora vespertina. Ripa in l. quomi-
nus.nume.21.ff.de flumin. Roman.
singul.390.incip. medico existenti.
Bal.in l.1.circa fi. C.de suffrag. Bar.
in l.de diuis.in fi.ff.solu.matr. & ita
obseruari testatur. Io. Petr. Ala trac.
de aduoc.christ.q.100.

Imo secundum Gutierr.d. ca. 11.
nu.23.si monitoria aliter decernan-
tur, non ligãt, ita etiam Fran. Marc.
6 par.2.decis.865.† vbi concludit mo
nitoria, per quæ subditi extra patriã
extrahuntur pro re merè temporali
non tenere. Secus autem, quãdo mo-
nitorium esset Papale de re ecclesiæ
valde graui, & notabili, vt colligi vi
detur ex eodẽmet Franc. Marc. loc.
cit.dum dicit pro re merè temporali
& prophana, & etiam ex extrauag.
unic. Io. XXII.tit.de furt. ibi nobis,
aut ipsi deputato nostro indicare,
&c. quæ profecto extrauag. cum sit
ualde notabilis in hac materia de
monitorijs; eã hic adscribere uolui.

7 Infidelis † & stolidæ prædicatio-
nis alumni, se per culpæ vitiũ indi-
gnos efficiunt, vt matris ecclesię filij
nuncupentur, dum ad ipsius matris
iniuriam se conuertunt, (quod graui
nos commotione perturbat) matris
eiusdem pietatem offendunt, & his
in perniciem miserabili cæcitate de-
lapsis, respergunt infamiæ maculis
loca propriæ nationis.

8 Dudum siquidem † nonnulli de-
generes filij, qui ad quæquè nepha-
ria currere sunt ausi peruersis ausib.
in matris eiusdem prosilientes iniu-
riam, & offensam, illam thesauri sui
maximam partem, quæ de Perusio
ad ciuitatem Lucanam de mandato
fęlicis record D. Clem. Papæ. V. prę
decessoris nostri, dũ adhuc uiueret,
per dilectos filios Vitalem de Chabe
nate, clericum Burdegalen. diœcesis,
& Gulielmum de Luna seruiẽtem
prædecessoris eiusdem fideliter defe
rẽdam tempore inuasionis ciuitatis
Lucanensis direpserunt in prædam,
& de præfata sacristia per violẽtiam
asportarunt.

9 Nos igitur † ad recuperationem
thesauri prædictis solicitis studijs
prætendentes, omnes & singulos
asportantes thesaurum prædictum,
& alios penes quos aliqua de thesau
ro fuerunt, uel adhuc existunt, aucto
ritate

ritate Apostolica coram hac fideliũ multitudine copiosa monemus, ut ea nobis, aut ei, quem ad id duximus deputandum intra quatuor mẽsium spatiũ a die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant, & assignẽt: ac omnes, & singulos scientes, vbi, vel pęnes quos aliqua de dicto thesauro extiterint, vel existant, vt intra terminum supradictum nobis, aut ipsi deputato nostro indicare studeãt, alioquin in omnes, & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiuscunque dignitatis, status, vel cõditionis extiterint, etiãsi Patriarchali, vel superiori, aut alia quacunque præmineant dignitate, ex nunc auctoritate prædicta excommunicationis sententiam promulgamus. Mãdantes illos

10 † per dięcesanos locorum, & rectores parochialium ecclesiarũ, ciuitatum, & diœcesũm earundem singulis diebus dominicis, & festiuis, pulsatis campanis, & candelis extinctis, excommunicatos publicè nuntiari, processuri ad grauiora nihilominus contra eos, neonon contra ciuitates, communitates, vniuersitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in pręmissis culpabiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, & viderimus expedire. Non obstante, si eis, aut eorum aliquibus, vel alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum a sede Apostolica sit indultum, quòd excommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mẽtionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri possit, vel quomodolibet retardari.

11 Vt autem † huiusmodi nostra monitio veriùs ad communem omniũ notitiam deducatur, chartas, siue membranas monitionem continẽtes eandem in ecclesia Auinionen. appendi, vel affigi ostijs, seu superliminaribus eiusdem ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo, quasi sonoro pręconio, & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes, & singuli, quos monitio ipsa contingit, vel contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quòd ad eos talis monitio non peruenerit, vel quod ignorauerint eandem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum, vel occultum, quod tã patenter omnibus publicatur. Datum Auenione. 2. Kalend. Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

Notandum quoq; est, quòd licèt

12 † testis citatus, seu coactus ad deponendum extra proprios lares debeat habere expensas ab eo, ad cuius petitionem citatur, vel ad cuius fauorem deponere, seu reuelare cogitur; nihilominus nõ est intelligendũ quoad expensas, quas facturus erat, si domi permansisset, vnde expensæ quas domi fecisset, detrahendæ sint, ex Roman. in l. sed etsi lege. §. quod autem. ff. de petit. hæred.

## QVAESTIO VI.

### An qui monitorij tẽpore erat impotens, vel absens, & ideo illud

illud ignorauit, & deinde intelligat fuisse fulminatum, teneatur sub eadem pœna excõmunicationis latæ quã primum restituere, vel reuelare.

*SVMMARIVM.*

1 *Infirmitas, & absentia æquiparantur.*
2 *Excommunicatio vltra terminum statuentis nullum habet vigorem. declaratur num.4. & seq.*
3 *Excommunicationis sententia non habet tractum successiuum, sed incontinenti assumit vires in eum, contra quem fertur.*
4 *Excommunicationis sententia non operatur vltra excommunicantis intentionem.*
5 *Terminus monitorij non ad extinguendam, sed ad differendam obligationem datur.*
6 *Denunciare, vel comparere iussus, si in termino non denunciat, vel compareat, tenebitur postea.*
7 *Ignorans monitorium a principio publicationis quando incipiat obligari.*
8 *Absens excommunicatus ob furtum an incurrat excommunicationẽ, etiamsi monit. ignoret.*
9 *Excommunicatus edoctus de negotio, de quo in monit. quomodo possit testificari.*

PVblicatur quandoq; monitorium, & aliquis ex culpabilibus siue in eo comprehensis, quia absẽs erat, nisi post illius terminum veniens intelligit latam fuisse excommunicationis sententiam, dubitatur, an iste incurrat eandem excommunicationem, si statim ac sciuit, vel potuit, non restituat, vel reuelet. Cui quæstioni negatiuè respondent Sum. Armil. verb. excommunicatio n.34. Tabien. eo. verb.4.§.4. Cosm. Philiarc. tract. de offi. sacerd. par.1. lib.3. c.34. de excom. ver. sed dubiũ. Quod extendunt in non parente ob impotentiam, vel ob ignorantiam ab infirmitate, vel alio simili modo causatam, arg. c. fin. vbi glo. & doct. qui matr. accus. pos. Gomes. in reg. de infirm. resign. q.9. num. 7. & in similib. terminis tradit Bart. Bertaz consi. crim. 240. num. 10. Infirmi-
1 tas † enim, & absentia æquiparantur. l. si longius. ff. de iudic. l. quæsitũ. ff. de re iudic. & expressè de ignorantia causata ex infirmitate loquitur D. Menoch. de arbitr. cas. 186. num. 15. & seq.

Ratio autem Armillæ, Tabien. Philiarc. loc. cit. est, quia durante ignorantia fuit excusatus, & elapso termino amplius non tenetur; nam
2 excommunicatio † vltra terminum statuentis nullum habet vigorem. vulg. iur. Hanc quoq; opinionem tenet Prax. Archiep. Neap. ca.2. no. 7. vbi inquit, quòd non obediens quamprimum potest, non incidit in eandem excommunicationis sententiam, ex quo illa sententia, fuit lata contra illos, qui fuerunt contumaces, iuxta c. nullus. & c. nemo. 11. q.3 inter quos nõ fuit iste; sed opus esset noua sententia contra istum nouũ contumacem; Nec esse verum, quòd
3 sententia † excommunicationis habeat tractum successiuum; nam incontinenti assumit vires in eum, cõtra quem fertur; secus quidem, si fe-

ratur

ratur per ſtatutum; tunc enim comprehenduntur futuri contumaces; quia lex ſéper loquitur. l. Ariani. C. de hæret. not. Abb. in c. a nobis. el. 1. de ſent. excommun.

Verùm hæc doctrina declarari debet, vt habeat locum; quando excommunicans voluit ſic fulminare talé ſententiam, vt tantum contumaces præteritos intra terminũ iam lapsũ
4 comprehenderet, quia certè † excommunicationis ſententia non operatur vltra excommunicantis intentionem, arg. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. vbi Dec. & in hoc caſu talis non eſt arguendus de contumacia, ſi ſtatim non reſtituat, vel reuelet. Lu. Lopez in inſtruc. conſc. par. 2. cap. 12. verſ. præterea;

Secus ſi etiam contumaces futuros a notitia cenſuræ includere intendit, ubi non reſtituant, vel reuelent. Io. Baptiſta Corrad. in reſponſ. caſ. conſc. par. 2. q. 450. & Lud. Lopez loc. cit. quod quidem præſumé-
5 dum eſt; quia † ille terminus non eſt ad extinguendam, ſed tantum ad differendam obligationem; Vnde quamuis ille ob ignorantiam excuſatus fuerit, poſtea tamen obligabitur: ita Fran. Suarez de cenſur. diſp. 20. ſect. 3. in fin. Emanuel Rodriq. in ſum. par. 1. c. 79. nu. 18. ex Sot. in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 1.

Quod ſanè infertur etiã ex Nau. in man. c. 25. nu. 46. qué probat Lu. Lopez loc. cit. qui ait, quòd ſiquis
6 † ex edictis generalibus intra certũ terminum iuſſus denunciare, rebellis; contumaxq; fuerit non denunciando; licet iam deliquerit ex contumacia, adhuc tamen ſub peccato intra reſiduum anni ad denunciandum tenetur, quàm cito commodè potuerit. Sicuti etiam, qui ſemel eſt citatus, vel ad comparendum eſt obligatus determinata die, tenetur etiam poſt illius diei lapſum, cum primum potuerit, comparere, vt de mente Innoc. refert Abb. in prax. ca. 14. nu. 7. ſicuti etiam, qui præſcripto die interpellatur ad ſoluendum debitum; ſi tunc nequiuit ſoluere, ſimul ac facultatem habuerit, tenebitur; & optimè faciunt, quæ ſupra q. 1. huius ſect. 2. de communione, & ſacramétali cófeſſione adduximus. Quare infert Sot. loc. cit. quòd qui tempore excommunicationis non habet, vnde ſoluat, tenetur poſtea, dum habet, ſoluere ſub eiuſdem excommunicationis ſententia, quæ ſemper durat, vt alibi fuſiùs dicemus.

Probabile quidem cenſeo cum
7 Franc. Suarez loc. cit. illum † ſic per ignorantiam excuſatum non teneri ad ſtatim comparendum, ac edictũ monitorium nouit; ſed infra terminum çqualem in monitorio conceſſum; quia non debet eſſe peioris códitionis: præſertim cum tale edictũ non comprehendat ſubditos, qui eo tempore degunt extra territorium eiuſdem epiſcopi. Hériq. in ſumm. lib. 13. de excomm. cap. 18. nu. 4. Et tépus in huiuſmodi monitorijs datum incipiat currere a die notitiæ, arg. c. quanto. 2. q. 5. Graff. conſi. 6. nu. 17. de ſent. excom. Henriq. loc. cit. nu. 6. Sicuti a ſimili dicitur de tempore ad præſentandum in iurepatronatus, quod incipit currere a die notitię patroni, non autem a die

vaca-

vacationis beneficijs, vt de magis communi testatur Mar. Antonin. var.resol.lib.1.resol.29.nu.20.

Et quamuis prædicta videantur procedere tantum in eo, qui aliquid scit de contentis in monitorio, non
8 autem † in delinquente, siue fure, qui si post furtum discesserit, & durante eius absentia a suo ordinario excommunicetur, non videtur ob ignorantiam excusari; quia tenetur ipse hoc quærere, cum excommunicatio hac de causa sit publicè lata, vt ex Armil. in verb. excommunicatio concludit Viridar. Summist. par.2. c.300.nu.86. & tradit glo. in capit. a nobis.1.de sent.excom. tamen contrarium vti verum defenditur infra sect.3.q.17.nu.5.

9 Quid si edoctus † de negotijs, de quibus in monitorio, sit excommunicatus, quid agendum sit, vt rectè deponat, cum excommunicatus non possit esse testis? Respódetur, quòd talis excommunicatus absoluendus est ad hunc effectum cum reincidentia post examinationem. Dec. in ca. intelleximus.nu.15.de iudi. D.Costa de retrotrac.capi.8.cas.15.nu.5. rationé reddit Sair. tract. de censur. libro 2.

## QVAESTIO VII.

### Ob monitorium an reuelare teneatur quis, vbi peccatum est occultum; vel peccator se correxit; vel creditur se emēdaturum.

*SVMMARIVM.*

1 *Peccatum occultum cur non teneatur quis reuelare, & quid occultum dicatur.*

2 *Denunciare cur quis non obligetur ante fraternam correct.*

3 *Denunciatio in tribus casibus fieri debet absque monitione fraterna.*

4 *Reuelatio non fienda, si reus est emendatus, vel speratur emendatio ex correctioni.*

5 *Cessante causa finali praecepti cessat ipsius obligatio.*

6 *Admonitus satisfacere nolens quando denunciandus.*

7 *Denunciandus ille est ob monit.contra quem adsunt indicia, vel semipl.*

8 *Hæreticus occultus sine correctione fraterna denunciandus.*

1 VBi peccatum † est occultum, regulariter non tenetur quis ob generale monitorium illud iudicialiter reuelare.c.qualiter,& quando.el 1.de accusat. ibi exceptis occultis criminibus, iuncta glos. Henriq. in summ.theol.lib.13.cap.18.num. 3.quia tunc iudex nullum ius interrogandi, & hoc præcipiendi habet, vnde nec testis respondere, siue reuelare tenetur, vt probat Greg. Sair. in claui lib.12.c.20.num.18. Viridar. Summist.par.2.c.300.nu.4. & seq. Tolet. in sum.lib.5.ca. 27. num.11. Occultum autem hic dicitur, prout opponitur probabili, cuius non sunt testes, etiamsi aliqui sciant, sed sint adeo pauci, quòd inde nulla fama orta sit, quod a glo. in ca. de manifesta.2.q.1. quasi vel plenè occultum appellatur, Rodriq. in ord. iudic. ca. 3.nume.1.& seq. post. Nau. in man. c.27.num.255.Graff. consi.1.num. 5.de offic. Vic. Pro intelligentia tamen

men cuius art. vide infra q. 11. num. 11. & seq. cui verò occulta furta sint reuelanda, vide infra q. 10. num. 3.

Quod procedit præsertim, vbi peccator se correxit, & emēdauit, aut fraterna correctione probabiliter cre-
2 ditur se emendaturum, tunc enim † non est parendum ante fraternam correctionem, etiamsi sub pœna excommunicationis præciperet prælatus, vt fieret denunciatio non præmissa correctione fraterna: ex Christi enim mandato denunciationem præcedere debet fraterna correctio, quod præcepto inferioris tolli non potest, & tūc quamuis probari possit crimen, si occultè delinquens monitus desistat, non debet, nec potest quis iure illud manifestare, si est secretum ex D. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 3. Sot. de rat. teg. secr. memb. 2. q. 6. post D. Antonin. in summ. 2. par. tit. 9. c. 6. §. 4. Nauar. in man. ca. 25. nu. 46. P. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 4. par. 2. dub. 9. nume. 257. & seqq. Tolet. in sum. li. 1. c. 8. n. 7. Decian. trac. crim. tom. 1. lib. 5. c. 30. num. 3. prax. Archiep. Neapol. in c. 2. no. 5.

3 Et licet denunciatio † absque aliqua monitione in tribus casibus regulariter statim fieri debeat, primò quādo delictum commissum est publicum iuxta illud Pau. 1. ad Timo. 5. Peccātem coram omnibus argue: vt cæteri timorem habeant. Secūdò quando est periculum in mora; vel est præparatio alterius, nec speratur emendatio. Tertiò cum est veniale delictum, quod non infamat, vt sunt proclamationes, quæ in capitulis religiosorum fiunt, secundum Nau. in c. inter verba. concl. 6. nume. 776. Pet. Ant. Lazario Papien. 11. q. 3. Corrad. in respons. cas. cōsc. par. 1. q. 20. & ex D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. tradit Decian. d. num. 3. prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 2. in fi.

4 Secus tamen est, quando † generaliter, vel specialiter id exigat Prælatus solum ad emendationem peccati mortalis illius, vel ad præcauendum malum imminens Reipublicæ vel proximo cuicunque, vel ad satisfaciendum damnificatis de damno recepto; si criminosus ille sufficienter emendatus sit, vel satis credibile, & certum, quod ad secretam monitionem, vel alio modo cum minori detrimento ille emēdabitur, vt oportet, & damnum imminens omnino cauebitur, & proximo damnificato debitè satisfiet. Cordub. lib. 1. quęst. q. 43. prax. Archiep. Neapol. capi. 2. not. 5.

5 Et ratio est, quia cum † cesset in hoc casu causa finalis præcepti, cessat etiam obligatio. c. cum cessante. de appel. & proinde denunciare nō debet, sed famam proximi illęsam conseruare, nec tacendo excōmunicatus erit; est enim iudicis intentio solum procurare emendationem delinquētis, aut partis læsæ satisfactionem, per quam exeat ab iniusta retētione. c. nouit. de iudic. qua subsecuta, & obtenta, eo modo, quo diximus, non intendit aliquē cēsura illa illaqueare. Cordub. d. q. 43. Io. Gutier. lib. 1. can. qq. cap. 11. nu. 73. Greg. Sair. in claui reg. lib. 12. c. 14. num. 27.

6 Sed vbi † admonitus satisfacere nollet, & admonitor probare posset denūciare, & manifestare teneretur; nisi ob iustum metum taceret. secundum Io. de Anan. in c. qui cum fure

de furt.nu. 6. & 8. Rodriq. in sum. par. 1.c.79.nu. 2. Michael Salon. 2. 2.q.68.art. 1.controu. 2. & ratio est quia licet huiusmodi denunciare, vel accusare antea nõ teneamur, possumus tamen: cũ igitur licita sit talis denunciatio, & edicta monit. superiorum in honestis, & licitis omnib. obligent, consequenter existente huiusmodi edicto ad denunciandum obligamur, vt tradit Sair. d. cap. 14. nume. 24.

Quod procedit etiã, quando con-
7 staret † talem delinquentem iam de illo crimine esse diffamatum, vel legitimè accusatum, aut denunciatum cum sufficiẽtibus indicijs, vel semiplena contra illum probatione, aut infamia, tunc enim etiamsi emendatus sit, non solum vbi a iudice quis interrogaretur, veritatem dicere tenetur; sed etiam ad tale præceptum superioris, qui punitionem intendit, necessariò reuelare debet, si aliter quàm per sigillum secreti notus sit; aliàs tacendo peccaret mortaliter, & excommunicationem incurreret, cũ iustè, & iuridicè in hoc casu iudex procedat. Sair. d.c. 14. nu. 27. & 28. in fi. Rodriq. d.ca. 79. nume. 2. & in tract. de ordin. iudic. c. 7. numero 8. Gur err. d. nu. 73. & optimè declarat. Hẽriq. in sum. lib. 13. de excom. c. 18. nu. 1. lit. C. Tolet. in sum. libro 5. c. 27. nu. 11.

8 Occultus autem † hæreticus, vel de hæresi suspectus nulla præcedẽte correctione fraterna M. R R. Inquisitoribus est protinus denunciãdus, secundũ magis cõmunẽ sententiã, vt latè probauimus in nostro thesau. cõfessario. par. 2. primo casu referu.

## QVAESTIO VIII.

**An reuelare teneatur quis, vbi nouit eum, qui rem furto occultè abstulit, eam sibi retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur a domino rei.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Quibus in casibus sciens aliquem sibi alienum retinere in compensationem non teneatur reuelare.*
2 *Accipiens rem alienam in iustam compensationem, cur non teneatur restit. vel reuel. ob monit.*
3 *Compensatio, vt iusta sit, quænam requirat.*
4 *Accipiens rem suam occultè quãdo nulli iniuriam irroget.*
5 *Excommunicatio contra habentes bona talia defuncti non ligat eum, qui suũ a defuncto iniustè detentum accepit.*
6 *Creditor quando peccet occultè sibi recompensans.*
7 *Compensans sibi illicitè an teneatur ad restit. si sequatur scandalũ, vel damnum alteri.*
8 *Scandalum præbens qua pœna puniatur.*

1 CErtum est, quod in omnibus † casibus, in quibus sibi recompensans non tenetur restituere, aut se reuelare, & consequenter monitorij excommunicatione non ligatur; nec quicunque alius sciens in eisdem met casibus denunciare tenetur, etiamsi excommunicatio specialiter feratur contra scientes, & non denun-

denunciantes; quia cum excommunicatio in illis casibus principalem non comprehendat, multominus nõ denunciantem: ita Cordub. in tract. de casibus consc. q. 64. & 111. quem sequuntur P. Nau. lib. 2. de restit. c. 1. par. 4. dub. 9. nu. 407. Sair. in claui reg. lib. 9. c. 14. nu. 14. Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. nu. 43. post Adrian. quolib. 6. Baiard. ad prax. Clari. §. furtum. nu. 87. vide D. Menoch. de recup. possess. remed. 5. & de arbit. cas. 516. nu. 6.

2 Qui autem rem alienam † accepit in iustam recompensationem sui certi debiti, nec de se, nec de alijs manifestare tenetur, si monitorij excõmunicatione præcipiatur, vt rectè notarunt post glo. in c. ius gentium. verb. sed cum. dist. 1. Suarez. ad D. Thom. to. 5. disp. 20. sect. 2. in princ. & sect. 3. nume. 12. & D. Menoch. de arbit. cas. 516. nu. 6. & ratio est, quia ferri non potest excommunicatio, nisi ob peccatũ mortale; sed in hoc casu non peccat mortaliter accipiendo, quod sibi debitum est, ergo qui sic retinet alienũ, & ego id sciam, vel quia ipse mihi dixit, vel alio modo certo, nec ille per monitoria excommunicatus erit, non restituendo; nec ego illum non reuelando: sic Angel. in sum. verb. furtum. §. 41. Syluest. eod. nu. 15. Tabi. verb. inquisitio. q. 7. Nau. in man. c. 17. num. 115. & in c. inter verba. concl. 6. num. 792. 11. q. 3. P. Nau. lib. 2. de rest. c. 4. par. 2. dub. 9. nu. 227. Lopez in instr. consc. par. 2. c. 9. Sair. in claui d. ca. 14. nu. 12. Io. Medin. de rest. q. 11. & est communis sententia, pulchrè Fran. Ripa in tract. de peste tit. de remed. ad curād. pestem. §. sed quid. nu. 122. D. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 80. num. 35. prax. Archiep. Neap. c. 2. no. 4.

3 Ad iustam verò † recompensationem nonnullę conditiones requirũtur, quarum prima est, vt debitũ sit ex iustitia, & non ex sola charitate, aut gratitudine. Secunda, vt sit liquidum, & certum, quia liquidi ad non liquidum non est cõpensatio. Corn. cons. 79. nu. 6. vol. 1. Quod declaratur per D. Costam de portione rata q. 61. nu. 14. cum seq. Tertia, vt plus nõ accipiatur, quàm sibi debetur ex iustitia; nam furtũ esset respectu excessus, cum obligatione restituendi, vt in seq. quæst. declarabitur. Quarta, quòd nõ possit via iuris debitum illud recuperare, aut etiam extra iudicium, vel sine notabili iactura sua. Quinta, quòd sit verisimile, q; ad debitum recupeãdũ nihil sibi proderit id petere a debitore. Sexta, vt caueat sic sibi recompensans, ne inde sequatur aliquid scãdali, aut damni alteri, quod debeat saltẽ ex charitate euitari. Septima, vt aliquo modo admoneat debitorem, vel eius hæredes iam debitum esse solutum, ne iterũ sibi, aut suis hæredibus soluant, aut aliud damnum incurrãt, ita colligitur ex Innoc. in c. aliam. de rest. spol. Nau. in mãn. c. 17. nu. 112. Cordub. lib. 1. quæst. q. 35. Sair. in claui d. c. 14. nu. 6. vbi fusè, & declarat Marc. Solon. Hisp. in comm. ad leg. Taurinas in 5. par. leg. 3. num. 1496. quẽ refert D. Menoch. d. q. 80. nu. 35.

4 Quibus conditionibus concurrẽtibus licitum est cuique † rem suam occultè accipere. D. Menoch. d. cas. 516. nu. 2. vbi hoc firmat ex senten-

tia duo, & triginta iuris Cæsarij, & Pontificij interpretum ab eo citatorum, quibus permultos sacræ theologię doctores adiungit, & perdoctè more suo hãc quæstionem declarat. Et ratio est manifesta, quia in tali casu nulli irrogat iniuriam, imo rem ad æqualitatem deducit, cum alia via commodè non possit, nec speret ad æqualitatem venire, nec debitori, nec iustitiæ publicæ iniuriam facit. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 8. num. 5. vers. quinto. Sair. loc. cit. nume. 8. Rebuf. in constitu. Reg. tract. de famul. sala. glo. 10. nu. fin. Rodriq. in sum. pat. 1. c. 79. num. 11. post Pau. de Leazarijs in repet. ca. finem litib. de dol. & cótum. nu. 12. vbi pulchrè declarat.

5 Vnde excommunicatio † lata sub hac forma, qui aliquid talis defuncti habet, vel accepit, excommunicatus sit, non ligat eum, qui, quod suum erat a defuncto iniustè detétum accepit, vt concludunt Ledesm. 2. 4. q. 23. ar. 3. Nau. consi. 3. de censib. nu. 6. Menoch. & Rebuff. loc. cit. Sair. tract. de censur. lib. 9. c. 12.

6 Etsi prædictæ † circunstantię nó concurrant, peccabit quidem creditor in hoc casu sibi in causa propria ius faciens, si tamen certum erat sibi tantundem deberi, ad restitutionem accepti non tenebitur, semel namq; peccato in accipiendo admisso, cum iam suum habeat, & iniustitiam nullam committat retinendo, sequitur nihil esse restituendum; quãuis enim illicita fuerit subtractio ex defectu alicuius códitionis, iniusta tamen non est, & ita est accipiendus D. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad 3. vniuersaliter docens, accipientem suam rem suam in compensationem non teneri ad restitutionem, secundum Greg. Sair. in claui lib. 9. c. 14. num.

7 8. vbi addit, quòd quamuis † ex modo accipiendi sequeretur scandalum sui, aut alterius, cui fortè res erat cómendata; nisi tamen aliũde damnũ aliquod téporale custodi immineat, ex solo scandalo sibi, vel alteri dato ad restitutionem aliquam non tenebitur. Quamuis in hoc casu in foro etiam exteriori, cum a subtractione abstinere deberet, sicuti tradunt pręfati

8 doctores † iudicis arbitrio puniri debet pro scandali qualitate. D. Menoch. d. cas. 516. nu. fin. Certum enim est, pęna dignum esse eum, per quem veniunt scandala, sicuti legitur Matth. c. 18. cum dixit Saluator noster, væ homini, per quem scandalum venit. & alibi scriptum est, Qui scandelizat, necesse est, vt suspédatur in collo eius mola, & proijciatur in mare. & multa scribit de hac re Didac. Couar. in reg. peccatũ. par. 2. §. 1. nu. 4. de reg. iu. in 6.

## QVAESTIO IX.

**An teneatur quis restituere vel reuelare, si in monitorio expressè præcipiatur, vt res restituantur, vel reuelentur, etiamsi retineantur in compensationem debitorum, vel sciant ita acceptas.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Curia Romana sæpè concedit monit. contra retinentes, vel scientes alienum acceptum in compens.*

2 *Monitoriales expressè præcipientes, vt acce-*

*acceptum in compens. restituatur, vel reueletur, quomodo intellig.*

3 *Acceptum in compens. quando quis restituere teneatur ob monit.*

4 *Mandatum generale ita interpretandũ est, vt iustum remaneat.*

5 *Accipere alienum in compensationem quando liceat.*

6 *Ob illicitam compens. non incurrit excommunicationem non restit. vel reuelando, etsi id exprimat monit.*

7 *Excommunicatio requirit contumaciã, & inobedientiam.*

8 *Acceptio iniusta in compens. quando nõ inducat excommunicationem.*

9 *Furtum committens si pœniteat, & paratus sit restituere, cur non ligatur excommunicatione.*

10 *Scientes non obligantur propalare, vbi illicitè, vel iniustè recompensans nõ tenetur restituere.*

11 *Casus pulcher de muliere stuprata habente res stupratoris, an teneatur eas reuelare ob monit.*

HAc in re Summa Rosella in verb. familia §. si partem affirmatiuam tuetur, contrariam in totũ
1 reprobans, ex eo quòd stylus † Curiæ Romanæ sæpè decernat tales litteras monitoriales contra retinẽtes, vel scientes alienum acceptũ in recõpensationem debiti; nec dicendum esse, Curiam in hoc errorem facere, quia cũ multi creditores esse putent, cũ re vera non sint; ideo Prælati hoc rationabiliter facere possunt, cui opinioni videntur fauere Medin. C. de reb. rest. q. 11. dub. 2. & Lud. Lopez in instruc. consc. par. 2. c. 2. dicentes, quòd si iudex sub cẽsura præciperet, vt qui cõpẽsationis causa quid alienum accepit, illud reddat hac intentione, (sicuti præsumitur) vt priore possessore in sua possessione restituto, creditor audiatur, eidemque iustitia fiat, tunc ad rei ablatæ restitutionem tenebitur.

Tamẽ Nau. in man. c. 17. nu. 115. & in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. nu. 792. 11. q. 3. P. Nau. lib. 2. de rest. par. 2. c. 4. dub. 9. num. 217. & seqq. post Ange. verb. furtũ §. 41. Syluest. ibi nu. 15. & Cordub. lib. 1. q. q. 43. quos sequitur Philiar. de off. sacerd. par. 1. lib. 3. c. 34. in prin. lim. 3. Viuald. in cãdel. par. 2. tit. de caus. excõ.
2 nu. 9. pro indebito tenẽt, quòd etsi † litteræ monitoriales expresse præcipiant, vt res restituantur, ac reuelentur, etiãsi teneantur in cõpensationẽ debitorũ, vel sciant ita acceptas, non obligari sic retinentes, vel sciẽtes ad restitutionẽ, vel propalationem; sed prędictas litteras intelligi debere, qñ cõpensatio fuit iniusta, vt in puncto tradit doctiss. Fran. Ripa trac. de peste tit. de remed. ad curãd. pest. §. sed quid. num. 122. Vel accipiendo plus pro minori quantitate, vel certum pro debito incerto, aut quando dubitatur, iusta vel iniusta an sit cõpensatio, tunc. n. illa monitoria ad restituẽdum, vel reuelandum obligant.

Dictum autem Medin. & Lopez loc. cit. procedit, † quando probabiliter sperat se iustitiam assecuturũ; secus si re restituta non speret se debitum commodè recuperaturum, vt rectè declarat Gregor. Sair. in claui regia lib. 12. c. 14. nu. 29. 3

Et pro hac opinione, quæ mihi valde placet, & maximè placuit Sair. loc. cit. facit, quia cum dispositio † & 4 man-

mandata generalia eo modo intelligenda sint, vt iusta remaneant, vbi iusta, vel iniusta intelligi possent. ar. l. si procurator. ff. de cond. indebit. c. quintauallis. de iureiu. glo. in c. dilecto. in verb. generalis, de præben. c. 1. de iureiu. in 6. Nau. in d. c. inter verba. concl. 6. corol. 66. nu. 792. & seq. consequenter prędicta monitoria interpretanda sunt, ne quid contra iustum, & honestum præcipiant, quod esset, si intelligenda forent, vt compræhenderent etiam illos, qui illud acceptum retinent in iustam compēsationem certi crediti; † siquidem ex
5 communi doctorum consensu hoc licitũ est; cum aliter per iustitiã recuperare illud nequeat, vel sine magno labore & periculo, & damno facultatũ, honoris, amicitię, aut alıorũ bonorum; dummodo prouideatur, vt debitor desinat credere, se teneri restituere, si id credebat, vt rectè annotauit Caiet. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad 3. in fine, & in præced. quæst. diximus.

Imo adde, quod quãdo iudex, vel absolutè profert sententiam nihil dicens de recompensatione, vel etiam in monitorio exprimeret illicitam compensationem, tunc licet Siluest. verb. furtum. q. 15. Medin. d. q. 11. dub. 2. Angles in flor. theol. qq. par. 2. tract. de rest. q. quis sit liber à rest. ar. 1. dub. fin. velint tam auferentem, quam scientes eam incurrere, nisi restituant ablatum, & denuncient sic auferentem;

Rectiùs tamen Nau. in ma. c. 17. num. 115. P. Nau. lib. 3. de restit. c. 1. par. 4. dub. 8. num. 404. & Lopez d. c. 2. quos referendo sequitur Sair. in claui lib. 9. c. 14. nu. 13. docent, quod
6 † si acceptio, seu compensatio fuit illicita solum, puta quia contra iuris ordinem abstulit rem suam, cum absq; incommodo notabili per viam iudiciariam debitum suum recuperare poterat; si tamen nõ fuit iniusta, puta quia debitum erat certum, & liquidum, & plus non accepit, quam sibi deberetur, etsi auferendo illicitè peccauit; quia tamen non fuit iniusta, & consequenter neq; restitutioni obnoxia, neq; sublator non restituendo neq; scientes non manifestando tali excommunicatione ligantur.

7 Ratio autem huius est, quia † excommunicatio requirit contumaciã, & inobedientiam, atq; adeo non fertur ob peccatũ præteritum propriè, sed ob futurum, vel præteritum pendens in futurum; vt latè ex Sair. trac. de censur. lib. 1. c. 9. n. 26. & Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 1. supra sect. 1. q. 13. demonstrauimus; sed in hoc casu nullum peccatum præsens inobediētiæ, & contumaciæ existit ob illicitã acceptionem tantum, neq; ob retentionem, quæ culpabilis non est, ergo non restituendo non peccat, & consequenter excommunicatione lata contra recompensantes non implicabitur.

8 Quod procedit † etiamsi acceptio fuerit iniusta, puta quia plus accepit, quàm sibi deberetur, aut quia debitũ non erat certum, si tamen postea, aut pænituit, & paratus sit restituere, qđ superfluè abstulit, aut certior factus sit de iure, & dominio rei ablatæ, nõ ligatur excommunicationis sentētia lata contra iniustè recompensantes; quia excommunicatio non pro iniusta acceptione, & peccato præterito fertur,

fertur,sed pro contumaciæ,& inobedientiæ peccato futuro in non restituendo, aut retinendo, quod iniustè possidet:dum igitur certior factus sit postea se abstulisse tãtum, quod sibi debitum,aut si plus accepit,quàm sibi debebatur,nunc tamen paratus est restituere illud, quod vltra sibi debitum accepit, nullo modo inobediens aut contumax est in non restituendo, aut retinendo,quod iniustè possidet, ergo non erit excommunicatus. P. Nau.d.lib.2.de restit.c.4.par.2.dub. 9.num.227.& seq. Sair. in claui lib. 9.c.14.nu.13.in fi.fauet Nau.in d.c. inter verba.concl.6.corol.66.p.794.

9 Et confirmatur,quia † siquis furtum commiserit, & feratur monitorium pro furto præterito, si tempore litterarum monitorialium pæniteat, & paratus sit restituere sine mora, nullo modo ea sententia comprehendetur,cum vt diximus, excommunicatio non ob peccatum furti,& iniustitiæ præteritum feratur, sed ratione inobedientiæ,& contumacię,quę ex futuro pendet, ergo multo minus in casu nostro,sic iniustè sibi recompensans, & paratus restituere, quod vltra sibi debitum accepit,excommunicatus erit; cum excommunicationis ratio non sit, quod quis furatus sit, vel iniustè se compensauerit; sed quia nõ fit restitutio debita, aut quia retinetur aliquid contra conscientiã, quæ ambæ rationes in casibus prædictis cessant, vt rectè resoluit Sair. d.nu.13.

Aduertendum quoq; est, quod eo

10 in casu † in quo illicitè, vel iniustè sibi recompensans non tenetur restituere,aut se reuelare,nec scientes obligantur propalare, vt in præcedenti quæstione ex Cordub.in tract.de casibus consc.q.64.& q.111.& P.Na. lib.2.de restit.c.1.par.4.dub.9.nu. 407.& Sair.d.c.14.nu.14.& Henriq. in sum. theol.lib.13.c.18.num. 4.in fin.declaratum fuit.

11 Ex prædictis infertur † quod non tenebitur ad monitorias generales reuelare mulier habens res quasdam amici sui, qui eam stuprauit,& dotẽ ei promiserat, estq; defunctus; nam potest eas sibi retinere pro satisfactione,& iusta recompensatione,donec sibi dos promissa soluatur;quinimo nec amicus defuncti alias res, quas stuprator apud se secreto reliquit in confidentia, vt eidem mulieri daret in recompensam debiti, reuelare tenetur;sed prædictæ mulieri dare debet cũ hoc onere,vt quoties mulieri soluatur dos promissa, hæredibus defuncti restituantur prædictæ res.vt tradit Cordub.in tract. de cas. consc.in 2.editione q.181.& refert sequendo Gutierr.lib.1. can. qq.ca. 11.num.67.

## QVAESTIO X.

### Quando conscij ablationis causa compensationis factæ teneantur ob monitorium reuelare.

*SVMMARIVM.*

1 *Dubitans de alterius iusta compensatione, vel de eius impotentia in restit. reuelare tenetur.*

2 *Recompensanti quando credendum sit, quòd tantum sibi debitum acceperit.*

*Occultè*

3 *Occultę subtractiones cui reuelandæ vir tute monitorij.*
4 *Accipiens rem, quæ non erat debitoris in sui compens. eam restituere tenetur.*
5 *Furans depositum an illud depositario, vel domino rei, restituere teneatur.*
6 *Scientes quando ante denuntiationem detentorem prius secretò admonere debent, vt restituat.*
7 *Dictum Io. Neuiz. in sylua lib. 3. num. 46. reprobatur.*

PRo clariori, & completa intelligentia praeced. quæstiduo aduer-
1 tenda sunt, primo, quod † quando conscij ablationis rerum dubitarent de iusta recompensatione, tunc episcopo super eadem rerum ablatione excommunicationis monitorio ferēte, si talis, qui rem abstulit admonitus non restituat, denunciare, & propalare tenentur, quia etsi in dubio nemo præsumēdus sit delictum admissurus. l. merito ff. pro socio. in hoc tamen dubio declinare debent in fauorem iudicis; sicuti dubitantes de potentia, vel impotentia rei in restituēdo. ita Lud. Lopez par. 2. in instruct. consc. c. 9. Henriq. in sum. theol. par. 1. lib. 13. ca. 18. num. 4. lit. y. & facit Nau. in man. c. 23. nu. 37.
2 Etiamsi recompensans† eis dicat, quòd ad suum recuperandum tantū, quod erat iustū, acceperit, nisi sublator illius rei tanta fide, & existimatione apud scientes polleret, vt meritò ob eius dictum omnem dubietatem ab animis suis remouere deberent, & certi efficerētur, arg. gl. sing. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. Nau. in man. c. 17. nu. 114. in fi. P. Nau. lib. 2. de restit. c. 4. par. 2. dub. 9. nu. 227. Lopez in instr. consc. d. c. 9. par. 2. & in instr. negot. lib. 2. c. 25. post Medin. C. de restit. q. 3. & latius q. 11. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nu. 12. Rodriq. in sum. pat. 1. ca. 79. num. 11.

3 In occultis † verò non debet sciēs reuelare parti læsæ, vt aliqui dicunt, ne detur occasio odij, sed priuatim Prælato tanquam patri est reuelatio fienda. Siluest. in verb. excommunicatio 2. §. 18. & dicitur in seq. q. 11. num. 9. & vbi non cedit id, quod a Prælato petitur, in præiudiciū tertij, tunc in dubio inclinandum est in fauorem rei. vt ex Naua. Neuiz in silua nupti Simanc. & alijs tradit Henriq. d. c. 18. nu. 4.

4 Secundò quòd si acceptio iniusta fuit ex eo, quòd in recompensam sui debiti † accepit rem, quæ non erat ipsius debitoris, sed alicuius tertij, vt rem depositatā, in hoc casu sicut fuit iniusta acceptio, ita semper erit iniusta retentio, ac proinde excommunicatio lata iniustum surripientem, & scientes non reuelantes comprehendet, nisi ablatum sine mora restituat; cum non habeat ius accipiendi a debitore rem alterius in iustam sui cōpensationem, vt rectè post Nauar. in man. d. cap. 17. num. 114. annorarūt P. Nauar. lib. 3. de restit. cap. 1. par. 4. dub. 8. num. 406. & Greg. Sair. in claui Regia libro. 9. cap. 14. num. 15.
5 An verò talis, qui † pignus depositū vel simile a commodatario, depositario, vel ab eo, qui iusto tit. illud possidet, furto abstulit, teneatur illi restituere, an domino proprietatis? Resp. domino, si est periculum, nè deposi-

tarius

tarius restituat. ita tradit Ale. Pesan. in conf. ad D. Tho. 3. par. q. 62. disp. 1. fol. 726.

Aduertendum tamen est, vt docet
6 P. Naua. & Sair. loc. cit. quòd † scientes antequam denuncient in illis casibus, in quibus denunciare tenentur, secretò prius detentorem admonere debent, vt si fieri poterit, & euitetur damnum alterius cum bona famæ alterius conseruatione, & pœnæ debitæ immunis fiat: quod procedit, si speratur firmiter, vel probabiliter emendatio, aliàs statim debent denunciare, cum crimen sit in damnum tertij, & melior sit conditio innocentis, quàm rei; & ideò debet inspici magis eius bonum, quàm bonum rei, vt declarat Rodriq. in tract. ord in. iudic. cap. 4.
7 num. 8. Nec placet dictum † Neuiz. in silua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ num. 46. dum inquit, quod denunciatio, quæ fit per monitoria dicitur iudicialis, ad quam non requiritur monitio illa inter te, & ipsum, quia est contra verum, & communem opin. vt patet in præced. quæst. 7. num. 2.

## QVAESTIO XI.

### An teneatur quis reuelare per monitorium, vbi delictum probare nequeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuelare nemo tenetur rem occultam, quam solus scit.*

2 *Non dicitur quis scire, quod probare nequit.*

3 *Proditor criminis dicitur, qui delictum occultum reuelat.*

4 *Præceptum de denunciando intelligendum est de ijs qui probare possunt.*

5 *Constitutio mandans, vt scientes aliquem possidere benef. cum simonia reuelent quos liget.*

6 *Reuelare qui non tenetur, cum probare nequeat, quid faciet.*

7 *Praxis seruanda a iudice pro reuelante crimen occultum.*

8 *Clausula monit. vt scientes reuelare debeant in for. fidem fac. quomodo intellig.*

9 *Monit. exprimens quòd scientes reuelent, etsi probare nequeant, an obliget & quando.*

10 *Probare posse dicitur, qui habet vnum testem integrum.*

11 *Testis omni exceptione maior quis dicatur.*

12 *Monitoria ad finem denunciandi vt differant ab illis ad finem testificandi.*

13 *Præsumitur iudicem non recipere ad testificandum, nisi sint aliqua indicia contra reum.*

14 *Conscius delicti etsi singularis vigore monitorialium reuelare tenetur, & quando.*

15 *Testis vnius dictum semiplenam quando facit probationem.*

16 *Actori habenti vnum bonum testem defertur iuramentum in semiplenæ probationis supplem.*

17 *Reus tenetur reuelare, si eius delictum est semiplenè per vnum testem omni excep. maiorem probatum.*

18 *Iuramentum suppletorium, quando sit deferendum, remittitur arbitrio iudicis.*

19 *Depositio vi monitorij fit sine iuramento, & ideo iudicialiter repetenda.*

20 *Reuelans vigore monitorialium non tenetur probare suam propalationem.*

21 *Occultum crimen reuelare quando quis teneatur, etiam non præmissa fraterna correct.*

22 *Hæreticus occultus est denunciandus, etsi probari nequeat.*

23 *Testis vnicus sufficit ad impediendum matr. & quando teneatur impedimentum reuelare.*

1 NOn teneri † quenquã ob generale monit. reuelare rem occultam, quam solus scit, & probare nequit per testes, vel scripturas, aut indicia sufficientia, vel infamiam, tenuerunt pro indubitato ex Fel. in ca. de cętero. de sent. & rę iudic. §. fi. Ripa in tract. de peste tit. de remed. ad curand. pest. remed. vlt. num. 124. Dom. Antonin. 3. par. sum. tit. 24. ca. 74. circa princ. Angel. in verb. denunciatio. §. fi. Silluest. verb. excommunicatio cl. 2. §. 3. & 8. & videtur communis opinio per c. sacerdos. de penit. dist. 6. vbi latè Nauar. & ratio est, quia reuelatio ita facienda est, vt dominus rem suam recuperet; quare si ita propalat, vt probare nequeat, nullum præstat subsidium principali, nec satisfacit monitorio. Nauarr. conf. 8. de vsur. & optimè faciunt tradita supra sect. 4. q. 14. nu. 3.

Vnde audiens a parte principali nemine præsente cum probare ne-
2 queat, reuelare nõ tenetur, nõ † enim dicitur quis scire ad effectum illud denunciandi, quod probare non potest. glo. in d. ca. sacerdos. & glo. in verbo proferatur in extrau. 1. de sen. excom. inter comm. per text. in clem. nolentes. vbi glo. in verb. valeant do hæret.

3 Imo † proditor est criminis, & nõ corrector, qui delictum occultum, quod probare non potest, reuelat. ca. si peccauerit. 2. q. 1. iuxta illud traditum ab Alex. in cons. 55. vol. 4. num. 4. quod boni viri tacent illud, quod probare non possunt. ca. plerunq; 2. q. 7. de quo etiam differit Nauar. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 66. num. 786. quia id potius est infamare, quam iuridicè denunciare, vt habetur in ca. qualiter, & quando. il 1. de accus. ibi, exceptis occultis criminibus, & notat Suarez. tom. 5. ad D. Thom. disp. 20. nu. 11. & facit prouerb. c. 25. quæ viderint oculi tui, nè proferas in iudicio cito, ne forte emẽdare non possis.

4 Quare quãdo † præcipitur, vt qui talem rem sciunt, per denunciationem manifestent, intelligitur de ijs, qui illud sciunt, & probare possunt, & sic de scientia probabili. glos. in d. c. plerunq; 2. q. 7. Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. ca. 11. num. 22. Sair. in claui. lib. 12. c. 14. num. 32. post Bern. de Busto par. 2. serm. 37. par. 4. in fin. & Franc. Ripa in d. tract. de peste §. sed quia. nu. 126. vbi ex Fel. in d. c. de cętero. §. fi. de re iudic. concludit; quod
5 † constitutiones episcopi, vel Papæ mandantes quibuscunq; scientibus aliquem tenere, & possidere beneficium cum simonia, vt debeant denũciare sub pena excommunicationis latæ sententiæ, non ligant scientes, qui non possunt probare, vel fidem facere, & addit quod sciens proditionem tractatam contra Principem, quam probare nequit, si taceat, non

incidit in pœnam l. quisquis. C. ad l. iul. maiest. sic tenet Ange. in tract. de malef. relatus ab eod. Rip. ibid. nu. 127. & latè probat D. Menoch. de arbr. cas. 355. nu. 10. & nu. 13. dicit puniri arbitrio iudicis.

6 Et in tali casu † quādo delinquēs est occultus sufficit, quod secundum euangelium moneat delinquentem, quod declinet a malo, & faciat bonum, satisfaciēdo parti læsę; quod si non obedierit, functus est officio suo, vt tradit Graff. consi. 6. de sent. excom. num. 28. vbi addit, quod cum non teneatur reuelare tale crimen occultum, † debet prudens iudex ecclesiasticus, siue eius actuarius, quando quis comparet ad denunciādum monere, vt denunciet, si probare potest, alias non, Decian. tract. crim. to. 1. lib. 5. c. 30. nu. 4. vbi denunciatio, quæ probari non potest, non est admittenda, etiam in materia hæresis, vt est tex. in cle. 2. de hæret. Io. And. in ea. notiit. de iud. nam occulta soli Deo reseruantur. c. sicut nobis. & c. seq. de simon. & ita † clausula illa, quæ solet apponi in monitorijs, de qua supra sect. 1. q. 19. nu. 3. nempe vt scientes propalare debeāt iudicialiter in forma fidem faciente, intelligenda non est, de his quæ sunt occulta, & probari non possunt; nā huiusmodi acta faciunt notorium. l. gesta. C. de re iudic. Felin. in c. significauerunt. col. 2. de testib. Alex. in l. exitus ff. de acqu. possess. & sic intelligi debet Neuiz. in silua li. 3. n. 46. vbi, videtur reprobare vsum dictæ clausulæ.

7 (margin, beside "occultum")

8 (margin, beside "seq. de simon.")

9 Imo addunt, quod † si iudex in monitorialibus litteris diceret, quod scientes propalent, siue probare possint, siue non, non valerent huiusmodi litteræ, quia continerent errorem intolerabilē; nisi adderet, quòd qui non potest probare, diceret sibi in secreto, & tunc teneretur quis in secreto reuelare Prælato, vt corrigeret occultè, tanquam patri, si hoc intēdat facere Prælatus. ca. hoc videtur. 22. q. 5. gl. in c. sacerdos. de pœn. dist. 6. Ange. verb. denunciatio. nu. 13. & ita resoluit plures allegāns Neuiz. in silua nupt. lib. 3. n. 45. & seq. & hanc distinctionem probat Greg. Tholo. in par. iur. can. lib. 4. tit. 16. ca. 2. lit. g in glosi cui etiam distinct. fauet Sair. d. c. 14. nu. 32. & Graff. 1. par. decis. lib. 4. ca. 8. nu. 32. Viridarium Summist. par. 2. c. 300. num. 5. Bernar. de Busto par. 2. serm. 37. par. 4. in fi.

Aduertendum tamen est primò,
10 quòd dicitur † quis probare posse, ita vt denūciare debeat, si habet vnū testem integrum. Nau. in man. c. 25. num. 33. in fin. Petr. Cened. collect. iuris can. par. 2. collect. 101. num. 3. post Cordub. tract. de casib. consc. q. 64. vers. y todo esto es verdad. Testis
11 † autem integer, siue omni exceptione maior dicitur is, contra quem nulla opponi potest exceptio. Surd. cōs. 129. nu. 40. vol. 4. Maschar. de prob. q. 6. nu. 70. vol. 1.

Secundo, quod prędicta procedūt
12 † in monitorijs ad finem denunciādi, in quibus astringitur quis probare, quod reuelat, cum non possit. Rodriq. in sum. par. 1. c. 79. num. 12. & Cordu. d. q. 64. & in infra dicemus, secus vero in monitorijs ad testificandum, quia in his, in quibus nobis præcipitur, vt reuelemus tanquam testes, tenemur deponere, vt tales,

quod scimus, etiamsi id probare nequeamus, etiam cum ad id iubemur generaliter etiamsi interpositũ fuisset iuramentum de illud non reuelando. cap. intimauit. de testib. Ripa vbi supra num. 128. Prob. in ca. 2. de constit. Nau. in d.c. inter verba cõcl. 6. n. 780. Lud. Lopez in instr. consc. par. 2. c. 10. q. 4. optimè Sair. in claui lib. 12. c. 19. num. 9. post Pan. in c. ad nostram. el 2. de iureiu. & Henric. Boich. in c. qui cum fure. de furt. cum
13 verisimile sit † iudicem non recipere ad testificandum, nisi sint aliqua indicia, vel semiplena probatio contra reum. Nau. in man. c. 17. nu. 135. Graff. consf. 6. nu. 29. de sent. excom. vide Henriq. in sum. lib. 13. c. 18. n. 5. lit. l, vbi inquit, quod pro iudice non est præsumendum, nisi sit vir probitatis, & integritatis. Quomodo autem cognoscatur, an iudex præcipiat, vt reuelemus vti testes, vel vti denunciatores, vide supra sect. 1. q. 20. a num. 10.

Tertio aduertendum est, quod licèt videatur prædicta procedere, quã do delictum est secretum, ita vt sciẽs pro certo habet, quod nisi per se probari potest, in hoc tamẽ casu non videtur teneri vigore propalationum reuelare quia ex eius propalatione principalis nullum videtur consequi posse auxilium, & sic verificatur superius adducta num. 2. & seqq. nam frustra fit, quod factum non releuat. c. per tuas. de simon. & sic colligitur ex Franc. Marc. decis. 856. in addit. verb. probari.

Verùm in hoc quoq; casu teneri
14 † conscium, etsi vnicum, ac singularem, si præmissa fraterna correctione, non sit secuta emendatio, & satisfactio, teneri regulariter, cessante metu, & periculo alicuius notabilis damni, vi monitorialiũ reuelare, modo ipse sit omni exceptione maior, maximè si contra culpabilẽ adsit ali-
15 qua suspicio, vel diffamatio; quia † eius depositio facit semiplenã probationem. l. iusiurãdum. C. de testib. c. veniens. ca. licet. eod. tit. Maschar. de probat. q. 11. per tot. vol. 1. præsertim si reddat causã sui dicti, vt quia vidit. Masch. concl. 491. nu 16. vol. 1. & semiplenè probanti iuramentum suppletorium deferri potest, & debet sic expresè Felin. in c. cum in omni negotio. de testib. num. 5. vbi inquit,
16 † actori habenti vnum bonum testẽ deferri debet iuramentum in semiplenæ probationis supplementum, glo. in c. ex insinuatione. de proc. vbi Abb. maximè si actor est persona honesta, & legalis, etiamsi causa sit grauis momenti. tex. notab. in c. fi. de iureiu. per quem text. ita concludit Lu. Rom. in l. admonendi. in gl. in verb. exacto ad fin. ff. de iureiu. & dicit se admirari, quod legistę, aut canonistę, non aduerterunt ad illum tex. sed ante eum idem expresè tenuit Salicet. in d. l. admonendi. per d. c. fin. & notarunt Marf. sing. 27. & Bened. de Vadis adrepert. Fel. in verb. iuramẽtum aliquando defertur. Masch. de prob. concl. 1457. nu. 2. & tanto magis deferendum esse videtur in hoc casu, in quo sanè pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi potest, vt ex monitor. forma videre est. Bened. de Vadis loc. cit. ad fin.

Conferunt etiam adducta infra in 3. sect. q. 12. vbi nu. 5. firmauimus

excom-

17 ex communi sententia, quod † vbi delictum est semiplenè probatum per vnum testem omni exceptione maiorem deponentem assertiuè, vel per indicia sufficientia teneri in foro conscientiæ reum principalem reuelare, nisi satisfecerit in termino monitorij, alias excommunicationē incurrere, & in his terminis intellige tradita supra q.7.n.1.huiusce sectionis de peccato occulto.

Non affirmamus quidē in huius-
18 modi casibus † ita semiplenè probati semper deferendum esse iuramentum, sed iudicis arbitrio remitti debere. An, & quando hoc sit cōcedendū cēsemus cū Lu. Ro. loc. cit. Bellamer. deci. 682. & D. Menoch. de arbr. cas. 464. n.7. & seqq.

19 Nec obstare potest, quod † talis depositio virtute monitorialium fiat sine iuramento, quia necesse est, vt testis postmodum iudicialiter repetatur, aliàs ei non crederetur. vt ex D. Menoch. de arbr. cas. 109. n.1. & D. Costa tract. de facti sc. & ignor. dist. 95. num. 11. & seq. tom. 1. latiùs declarabimus infra sect. 4. q. 9. nu. 1.

Nec obstare potest, quod talis non teneatur propalare, cum non possit probare, vt tradunt præfati doct. eo fundamento, quia reuelando infert sibi damnū, facit enim litem suam.

20 Nam respondetur, quod † in hoc casu non tenetur defendere dictum suū siue tueri suam depositionē, vt patet ex stylo, & vsu monitoriorū. & colligitur ex Rodriq. d.c.79.n.12. Vnde cum huiusmodi testificatio ei nō noceat, & alteri plurimum prodesse possit, ea non est omittenda cum tam graui animæ periculo arg. eorū, quæ tradit gl. in c. vnic. de seruit. fac. & præcipuè quando conscius probabiliter præsumit, vel credit alios tale factum, siue delictum non ignorare, vel quia pars eis dixit, vel alio modo certo scire, maximè præcedente aliqua infamia, quia si iste non propalaret, eo quòd in hoc casu probare nō posset, nec alij ideirco reuelare tenerentur, raro impetrans monitorium cōsequi posset id, quod eius vita prętendit, & forsan etiam talis culpabilis per alium fuit denūtiatus, vel deferetur, vnde contra eum procedi poterit. Imo in Papiæ curia episcopali quilibet reuelare solet vi monitorialium id, quod probare nequit, ad quod etiam obligari vnumquemq; in curia Neapo. testatur eius praxis ca. 2. not. 2.

Remota quidem omni hæsitatio-
21 ne concludunt omnes, quod † teneatur quis reuelare crimen occultū alterius, etiamsi illud probare non possit, etiam nulla præcedente infamia, vel monitione superioris, nec fraterna correctione, quando illud vergit in grauem pernitiem spiritualem, vel temporalem alicuius cōmunitatis, veluti si quis vellet tradere ci-
22 uitatem inimicis, aut sit † hæreticus etiam occultus, vel ducere aliquos in suam hæresim occultam, vel aliquod magnum cōmittere incendium, tanto magis existente edicto, vel monitorio superioris manifestare tenetur, aliàs peccat mortaliter, & excommunicationem incurrit, vt per Nau. ma. c. 25. n. 33. Sot. de rat. teg. sar. memb. 2. q. 4. in 2. concl. Bann. in 2.2. q. 33. ar. 8. post D. Thom. ibi ar. 7. Inn. in c. 1. de test ib. cogen. & de communi

opin.

epin. testatur Royas in singul. fidei 2.nu.19. Lopez d.c.10.sed pro maiori huius intelligentia vide Sair. in claui d.lib.12.c.19.nu.9. & ca. 14.a num.22.

Tenetur etiam quis reuelare impedimentum matrimonij etiam occul-
23 tum † cùm vnus testis iuratus sufficiat ad impediendum matrim. & sit plena probatio ad hunc effectum.ca. præterea.el 2.de sponsal. Nauar.in c. sacerdos.de pœnit.dist.6.num. 27. & latè declarat Io. Gutierr. lib. 1. can. qq.cap.11.num.28. & seqq. non tenetur quidem ad hoc, vbi ex reuelatione impedimenti sequeretur magnum scandalum, quamuis probare posset, etiam stante præcepto sub ex communicatione ipso facto, vt denuntiet. Nauar.loc.cit. Gutierr.d.ca. 11.num.29. Graff.decis.par.2.c.12. num.fin.

## QVAESTIO XII.

### Scire quis dicatur in hac materia monitorialium, & an testis de auditu reuelare teneatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Audiens aliquid a leuibus personis, cur denunciare non teneatur.*

2 *Auditio dubia, vel ab incognito &c. excusat quem a propalatione.*

3 *Scire aliquid est veritatem visu sine alio sensu perceptam mente retinere.*

4 *Audiens aliquid a parte principali, vel a fide digno, aut iustè id credit, dicitur certè scire, & ad quid in dubio teneatur.*

5 *Testis de auditu cur, & quomodo reuelare obligetur.*

6 *Testis de auditu vt probet, quatuor concurrere debeant.*

7 *Testes inhabiles cur comprehendantur in monitorijs.*

8 *Fides testis inhabilis ex quibus suppleatur.*

9 *Audiens non tenetur reuelare, si is, a quo audiuit, propalauit.*

Quando quis delictũ, ob quod
1 monitoriũ fertur, † audiuit solũ a leuibus personis, quę nõ sunt fide dignæ, tunc denunciare non tenetur, quia & sibi ipsi, qui de leuitate notaretur, si ob talem notitiam tantum accederet ad propalandum, aut denunciandum, nam qui citò credit, leuis est corde.cap.non solùm.11.q. 3. & reo damnum inferret; quia ob id rigidius a iudice fortè tractaretur, & fortassis iniustè. Naua. in man.c. 25.nume.46. Cordub.lib.1.q.43.in 6.casu. Rodriq.in sum.par.1.ca.79. num.7. Vnde tacere omnino debet, quandoquidem in hoc casu non certus est delictũ scire, regulariter enim non dicitur testis scire, quod audit.l. 2.§.labeo.ff.de aqua plu.arcen.

Quod procedit multo magis, quã
2 do † auditio fuit dubia, vel nesciens a quo audierit, vel a persona incognita, vt per vicos, & plateas. ita Naua. in man.cap.25.nume.46.vers.7. & in c.inter verba.11.q.3.concl.6. corol.66.nu.786.in fine. Cordub.lib. 1.d.quæst.q.43. in 6. casu. Gregor. Sair.in claui regia lib.12.ca.14.nu. 33. Graff.consi.1.de testibus cogen. num.19.& par.1.decis.lib.4. cap.8. num.30.Vel quãdo quis audiuit ab

aliquo

aliquo vacillante, quia testi vacillanti non creditur. c. licet. de probat. Pau. Leazarius in repet. c. tertio loco. nu. 34. de probat. Vel si audiuit a persona fide digna, verùm scit, quod illa non plus nouit, quàm ipse, nec id audiuit ab eo, qui plus scit, quã vterque ipsorum.

Et ratio est, quia quando monitorium publicatur contra scientes intelligitur de verè, & realiter scientibus, † scire enim propriè est veritatẽ visu perceptam mente retinere, vt inquit glo. no. in d. l. 2. §. idem labeo ff. de aqua plu. arcen. gl. in c. tua nos. de sponsal. & est textus in c. hoc videtur. 22. q. 5. & scire dicitur, qui cognoscit per vnum ex quinque sensibus corporis. l. qui testamento. ff. de testam. l. 1. in princ. ff. de his quæ in testam. delentur. prax. Archiep. Neapolit. cap. 2. not. 9. vide Io. Petr. Ferrar. in prax. Papien. in form. infra testium in glo. dicere num. 1. optimè. D. Menoch. de præsump. lib. 5. præs. 22. nu. 10. vbi inquit, testis attestari debet de his, vel quæ vidit, vel quæ sensu corporis certa esse percepit.

4 Vnde † qui † audiuit, vel sciuit a parte principali, vel ab aliquo fide digno, qui illud sciebat, dicitur certò scire. glo. in ca. cupientes. in verb. notitiam de elect. in 6. Ant. Gabriel. comm. concl. lib. 7. de malef. concl. 8. num. 58. & ideo reuelare tenetur. Nau. cons. 9. de hæret. num. 11. Graff. d. lib. 4. c. 8. nu. 30. Aut si id pro certo tenet ex aliquã iusta ratione. Inno. in c. cũ causam. de iuram. calum. Vel ex iustã credulitate; nam testis de credulitate probat, quãndo reddit iustã causam credulitatis. ca. quoties de testib. & in pluribus alijs casibus relatis per Felyn. & alios ibi. prax. Archiep. Neapol. loc. cit. not. 9.

In dubio autem quando reuelans nescit discernere dictas qualitates in illis, a quibus audiuit, debet reuelare ex regula iuris, quòd tutior via est, eligenda. Nauar. d. corol. 66. nume. 787. & in man. d. c. 25. nu. 49. prax. Archiep. Neapol. d. not. 9.

Et licet regulariter testis de auditu videatur nullius momẽti, tanquã non cõcludens necessariò. l. testium.

5 C. de testib. tenetur † tamen reuelare, a quo audiuit; tũ quia poterit iudex ex officio interrogare illum, a quo audiuit, qui fortè maiorem afferet lucem. prax. Archiep. Neapol. c. 2. not. 9. tum quia talis testis præbet saltem adminiculũ, & præsumptionem. Archid. communiter recept. in d. ca. hoc videtur. 22. q. 5. & per glo. & doct. in l. ciuile. C. de furt. tradit Franc. Marc. decis. 856. in fin. par. 2. & adminiculum vehemens adiuuat semiplenam probationem. D. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 42. nu. 2. Nauar. in man. cap. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. num. 819. Imo nota secundum D. Menoch. de arbit. cas.

6 475. a nu. 6. & seqq. † quod testes de auditu, quatuor concurrẽtibus, probant; primo, quod audierint dici, non ab vno solo, sed a plurib. 2. debent attestari, se audisse omnes ab eisdem personis, non autem a diuersis, alias in suo testimonio essent singulares. 3. debent expressè notare personas eorum, a quibus hoc dici audierunt. 4. vt dicant se audisse ante litem motã. vide Masch. de proba. concl. 104. a nu. 9. & concl. 458. a num.

a numero 1.vol.1.

7 Insuper inhabiles † ad testificandum comprehenduntur in monitorialibus,& tenentur reuelare. Naua. d.num.819. quia eorum testimoniú non omnino inualidum est; nam eisi non probent,faciunt tamen præsumptionem.glo. in ca.1. in verb.ad testimon.de test ib.in 6. vbi Franch. & quia possunt prodesse pro indicio, & ad integrandam probationem.vide D. Menoch. de præsump. lib. 2. præs.51.num.20.vbi dicit, quod testis minus idoneus cũ alijs idoneis, siue fidedignis coniunctus fidem facit,quia † fides illius non idonei sup-

8 pletur a fide aliorum: ita gl.in l. 3.in princ.ff.de test ib. Bald. in l.Imperator.ff.de sta. homi. & est communis in l.si quis ex argentarijs.§.cogentur per illum tex.ff.de eden.& ex numero aliorum testium.glo. in l. testium fides.in verb.numerus.ff.de testib.& ex coniecturis, præsumptionibus,& verisimilitudinib. Crau.cons.35.Farin.de testib.q.62.num.345.& præsertim in casu difficilis probationis. Boss.de indicijs.nu.177.

Excusatur etiam quis a propalatione facienda,vbi alius† iam deli-

9 ctum denunciasset, ex quo enim iudex factus est certus, certificari amplius non debet. D. Io. Baptista Costa tract. de fact. sci. & ign. inspect. 70.n.1.ex c.eum qui.de reg. iu. in 6. Sair.tract.de censur.lib. 1.cap.9.nu. 34. quod procedit præsertim, si denuncians is sit,a quo sciuit,vel audiuit, secundum Graff.d.l b.4.c.8.nu. 3.Rodriq.in sum.par.1.cap. 79.nu. 7.in fin.Prax. Archiepal. Neapolit. d.cap.1. not. 9. quod melius est, & procurari deberet. Nauar. locis cit. Cordub.d.quęst.43.cas.Io.Gutierr. libro 1.can.qq.cap. 11. numero 72. & ante eos Io.Neuiz.in in silua nup. libro 3.verb.monitoriæ num.63.

## QVAESTIO XIII.

### An monitorio obedire teneantur scientes aliquem malè alienum accepisse,sed a restitutione excusari, quia vel nõ habet in bonis, vel alia iusta de causa.

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi debitor ob impotentiam a reddẽdo excusatur, scientes quoque a reuel. sunt excusati.*

2 *Impotens ad restit. an teneatur ob monitorium comparere coram iudice.*

3 *In re,in qua obedire quis non potest,non peccat.*

4 *Sciens delinquentem non posse monitorij tempore restituere,quid agere debeat.*

5 *Restituere statim tenetur delinquens,si potens est,aliàs per monit. denunciãdus.*

6 *De potentia, vel de impotentia delinquentis dubitans reuelare tenetur.*

1 QVemadmodum talis debitor† qui impotens est, a reddendo secundum omnes excusatur, ita sciẽtes a denunciando, vel manifestãdo vi monitorij excusabũtur;iam enim cessat formalis ratio præcepti in re, vt docet Fran.Suarez ad D.Thom. tom.5.disp.20.num.12.circa fin.

Vnde verbi gratia si Ioannes furatus,

ratus, sit, vel damnum intulerit proximo in aliqua re satis notabili, & Petrus, vel Antonius id nouerit, qa Ioannes id ei dixit, aut Petrus vidit, aut alia via certò id cognouit. si Ioannes sit tam pauper, & cótra damnificatus tam locuples, quòd boni viri iudicio non teneatur pro núc ad eius restitutionem; etiamsi publicentur monitoria cótra eos, qui furati sunt, vt restituant, & contra eos qui sciút, vt id manifestent, nec Io. qui furatus
2 est † non restituendo ob impotentiá excommunicatione ligatur, nec tenetur comparere coram iudice, sed dissimulare potest. Tolet. in sum. lib. 5. c. 27. num. 10. quia in re, in qua obe
3 dire † nequit, nó peccat, nemo enim ad impossibile obligatur. §. si impossibilis. Instit. de inutil. stipul. l. fi. ff. quæ sent. sine appell. rescind. & tunc cessat contumacia, ob quam excommunicatio fertur. Mileus in repert. verb. excómunicari non potest, arg. c. a nobis. el 2. ibi, quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit, de senten. excomm. pulchrè Felyn. in c. P. & G. núm. 3. vbi Dec. col. 2. de offic. deleg. & nouissimè tradit Episcopus Mótis marani in sua prax. Archiep. Neapol. c. 2. no. 1. ante fin. nec qui conscius est furti, & impotentiæ furis in non restituendo, non denunciando excommunicationem incurrit, si feratur, vt notant Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. vers. secundo, Nauar. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 66. numе. 796. & seqq. & Sair. in claui lib. 12. cap. 14. nu. 31. Rodriq. in sum. par. 1. c. 79. nu. 10. & Suarez dicta disp. 20. nu. 12. vbi addit hoc procedere

Pet. Ant. Lazario Papien.

in sciente rem fuisse alienam, iam verò iustè esse præscriptam, seu vsucaptam. Idem intellige in omnibus casibus, in quibus non tenetur quis restituere, cum cesset, vt diximus, peccatum, cuius ratione fertur excómunicatio. prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 4.

Monent quidem Nau. & Greg. Sair. loc. cit. & rectè, quòd quando
4 debitor non † esset potens restituere in præsenti ob aliquam iustam causam, debet ille, qui nouit, admonere damnificantem, vt procuret intra terminum per monitorium datum, aptius mediũ, quod reperiri poterit, ad securum reddendum eum, quòd reddetur ei, cui debetur, cessante necessitate, quanto citius commodè poterit, cóseruando, quoad fieri potest, & debet, honorem, ac famam eius, qui furatus est, vel damnum intulit.

5 Quando autem † qui damnum intulit, potens esset ad statim restituendum, statim restituere tenetur; cuius quoq; restitutionis certior fieri debet iste, qui conscius est delicti, vnde nisi restituat, debet qui cóscius est, delinquentem manifestare, antequam labatur tempus in litteris monitorialibus præfixum, vel vt testis, vel vt denunciator iuxta id, ad quod monitorij tenor, ac circũstantiæ negotij eum obligauerint, vt not. Rodriq. in sum. cap. 79. par. 1. d. numero 10.

Quod procedit, vbi talis conscius
6 † de potentia, vel impotentia delinquentis in restituendo dubitaret, túc enim reuelare, vel denunciare teneretur, vt docet Greg. Sair. in claui regia. d. lib. 12. cap. 14. nu. 31. & di-

M ximus

ximus supra in hac sect. 2. quæst. 10. num. 1.

Et hæc sunt diligenter notanda, & memoriæ tenenda, cum in praxi quotidiè ferè occurrāt, & multi hac in re grauiter errant.

Quando verò impotens ad restituendum iure excusetur a monitorij excommunicatione, vide infra sect. 4. quęst. 4.

## QVAESTIO XIIII.

### An teneatur quis ex monitorio denunciare crimen alterius, quando ipse probabiliter incurret aliquod graue periculum, vel damnum.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicationem non incurrit, qui ideo non reuelat, quia ex hoc ei immi net graue damnum.*

2 *Occultatio veritatis quando sine peccato fieri possit. & nu. 3. & 4.*

3 *Sciens solus crimen aliquod cur illud reuelare non teneatur, & quando.*

4 *Testis quibus remediis vti possit, si interrogetur de eo, quod non debet.*

5 *Mendacium quando officiosum, vel perniciosum, & mortale, & obliget ad restit.*

6 *Laicus compellitur a iudice ecclesiastico ad proferendum testim.*

7 *Iudex quando peccet interrogando testem, cui imminet graue damnum.*

8 *Restitutio est de necessitate salutis.*

9 *Curia Rom in monit. cur exprimat iniquitatis filios detentores &c.*

10 *Vasallus non tenetur reuelare contra dominum.*

11 *Consanguinei, & affines cur rarò ad reuelandum sint obligati.*

12 *Rixæ, & inimicitiæ inter coniunctos præponderant iacturæ multorum bonorum.*

13 *Reuelare qui non potest sine suo præiudicio, an scribere possit sine nomine.*

14 *Bullettinum, quod fit pro teste, non probat.*

15 *Metu qui tacuit publicato monit. parere tenetur, quàm primum poterit.*

16 *Non propalantes timore displicēdi alicui, cur acriter increpandi.*

Accidit quandoque publicato monitorio in forma, quòd culpabiles, cum sciant quosdam eorum delictum nosse, & propalaturos esse, eos aggrediantur; & sub verborum forma, quæ prima facie videtur modestissima, sic alloquuntur; publicatum fuit monitorium de negotio, quod tibi notum est, peto a te, vt dicas veritatem, & ne mihi afferas damnum, alioquin denuntio tibi inimicitiam, & indignationem meam: quæ postrema pars, vt rectè ponderat Ioan. Petr. Ala tract. de aduoc. christ. q. 45. nihil aliud re ipsa præfert ad iudicium cuiuscunq; prudentis, nisi, vt tales abstineant a ferendo testimonio, & propalatione, vel aperte terrent. In huiusmodi profectò ca-
1 sibus; & similibus, in quibus † probabiliter quis timet ex denunciatione malum corporis, vel amissionis bonorum, vel magnæ partis &c. nō tenetur denunciare: & ideo si non reuelat, excommunicationem nō incurrit: ita expressè Sot. de sist. reg. m. 2. q. 7. Nauar. in man. cap. 18. in fine ita etiā tenet Graff. par. 1. decis. lib.

4. c.

4.c.8.num.34.Rodriq.in sum. par.
1.c.79.nu.12.quia nemini officium
suum debet esse nociuum.c. cum nõ
noceat.de elect.lib.6.Pau.Leazar.in
repet.c.ex parte.de confessis. nu. 11.
nec debet exponere se periculo al-
terius causa.l.si quando.C.de testib.
& charitas ordinata a seipso incipit.
l.præses.C.de seruit.& aqua. D.Me
noch.de arb.cas.487.nu.fin.& mo-
nitorium in hoc casu benignè est in-
terpretandum,ita scilicet, vt quicun
que scit,deferat crimen,quando sine
graui incommodo deferre potest.

Quare secũdum communem,qui
occultat se, antequam vocetur, aut
2 etiam vocatus,& interrogatus † pru
denter occultat veritatem ad uitan-
dum aliquod magnum damnum
suum,aut parentum,vel cognatorũ,
& consanguineorum, siue in vita,
siue in fama, & honore, siue in bo-
nis,nec peccat, nec ad vllam restitu-
tionem obligatur.ita Sot.lib.5.de
iust.& iur.q.7.artic.1.Salon 2.2.q.
70.ar.1.contr.3.cõcl.6. Bãnes ibid.
dub.4.Nau.in man.c.25.nume.50.
Rodriq.in tract.de ord.iudic.ca.7.
concl.6.Graff.cons.1.de testib.cog.
nu.19.Suarez tom.5.disp.20.nu.9.
sect.3.

3 Hinc fit, quòd siquis † scit priua
tim,& solus crimen aliquod,vt puta
furti,& simul etiam nouit delinquẽ-
tem probè scire, nulli alteri esse no-
tum,prætérquam illi,in hoc casu nõ
tenetur ex vi edicti monitorij crimẽ
manifestare;si probabiliter dubitet,
oriri posse inter ipsum,& delinquen
tem magnam,siue capitalem inimi-
citiam,vel aliud graue periculum in
vita,vel in bonis ei euẽturum; quia
cum delinquẽs optimè nouit, crimẽ
esse notum illi soli,eo ipso,quòd cri
men defertur ad iudicem,colliget ab
illo altero esse delatũ; vnde accident
illi incommoda prædicta. Nemo au
tem cum tanto suo incommodo cri-
men alterius manifestare tenetur;
quod alioquin in perniciem Reipu-
blicæ non redundat, tunc verò cum
aliquali suo incommodo,aut paren-
tum suorum fateri tenetur. Suarez
d.num.9.

Imo Sot.de rat.teg.m.2.q.7.vers.
sed nunquid. dicit, quòd si ego sum
testis homicidij perpetrati a Franci
sco,& necessarius, quia sine me ho-
4 micidium probari non potest † sed
si testimonium dixero, certus sum,
quòd amici Frãcisci interficiẽt me,
nõ teneor dicere testimonium, quia
iugum Domini suaue est, nec obli-
gat in casu tam arduo,& difficili: &
in tali casu,vt dictũ est, testis potest
se abscondere,& vocatus fugere, &
interrogatus occultare veritatem,
vtendo verbis æquiuocis;dummodo
non mentiatur. Ala tract.de aduoc.
christ.par.1.q.81.ante fin.& vbi oc-
5 cultet per mendacium † erit quidem
officiosum, nõ tamen perniciosum,
si verò mendacium iuramento con-
firmet,ex hac parte quidem erit mor
tale, nunquam tamen est obligatio
restitutionis, vt in terminis tradit
Sair.in claui lib.12.c.20.nume. 27.
facit optimè D. Menoch. de arbitr.
cas.487. per tot.

Et ita in simili casu, de quodam
6 laico † cui iudex ecclesiasticus præ-
cepit sub pęna excommunicationis
latæ sententię,vt deponeret id,quod
sciebat in causa criminali contra sa-

cerdotem inquisitum de homicidio, qui metuens excommunicationem, ne ab alijs euitaretur, accessit ad deponendum; sed interrogatus a iudice occultauit veritatem, & hoc quia sibi imminebat probabile mortis periculum, concludit Graff. consi. 1. de test. cog. circa fin.

7 Vnde si iudex † aduertat tale damnum imminere testi, possitque sine scandalo ab illius interrogatione abstinere, iniquè certè ageret, si testem interrogaret; nec testis in hoc casu respōdere teneretur. Si verò iudex periculum illud ignorat, aut debeat ex officio interrogare, quia aliter sequeretur scandalum; tunc iustè quidem interrogat, quantum in ipso est, testis ratione illius damni sibi imminentis ad respondendum non tenetur. Sair. d. cap 20. nu. 27. in fin. D. Menoch. de arb. cas. 487. num. 2. & seq.

8 Et facit, quia licet † restitutio sit de necessitate salutis. reg. peccatum. de regul. iu. in 6. & latè probat Sair. in claui lib. 10. tract. 1. c. 5. & Rodriq. in sum. par. 2. c. 39. num. 3. tamen si probabiliter immineret periculum vitæ, esset proroganda; propterea nō teneretur adultera cū periculo mortis seipsam prodere, etiam si sciret futuram vtilem ipsius criminis proditionem ad damni illati restitutionē, nè filius spurius iniquum patrimonium mariti habeat. Doct. communiter in ca. officij. per illū textum de pœnit. & remiss. Tolet. in sum. lib. 5. c. 11. nu. 7. Graff. consi. 1. de testibus cog. num. 20. post Ange. verb. Adulterium. §. 4. Syluest. eod. §. 2. Nauar. man. c. 19. nu. 89. & c. 16. nu. 45. cum seq. Graff. par. 1. decis. lib. 2. ca. 132. nu. 26. cum seqq. vide Masch. concl. 788. nu. 5. & seq.

Et tāto magis procedit in his monitorijs, & excommunicationibus generalibus, in quibus, vt videre est,
9 cancellaria † curiæ Rom. cautè exprimit iniquitatis filios detentores, & temerè, ac malitiosè occultantes, vel nequiter detinentes; non enim intendit ligare eos, qui non iniquè, vel temerè nō reuelant; sed ex iustis causis, puta superius expressis, abstinent a reuelando, vt not. Hier. Paul. Barch. in prax. cancel. Roman. mihi fol. 160.

Ex prædictis autem sequitur pri-
10 mò, quòd excusabitur † vasallus, si non reuelat contra dominum. secundum Præposit. in c. 1. §. similiter. de consuet. rect. feud. Graff. cōsi. 6. nu. 29. de sent. excomm. post Sylu. nupt. lib. 3. nu. 47. Gutierr. lib. 1. can. qq. cap. 11. nu. 25. vide Ferrar. in prax. Papien. in for. iur. testi in glo. protestante. nu. 17.

11 Secundò, quòd rarò † teneantur consanguinei, affines, & alij sanguine coniuncti, & alij impediti a iure, vel priuilegiati, ferre testimonium, siue reuelare etiā in casibus, in quibus compelli possent a iudice ad testificandum; cum damnum vnius redundet in alterum, vt patris in filium, vel fratris in fratrem &c. cum exinde maximè dissensiones, rixæ, &
12 inimicitiæ nascerentur, quæ † certè inter coniunctos præponderant iacturæ multorum bonorum; nihilque magis reipublicæ paci, & conseruationi obest, quàm ciuium, & præsertim priuatarum cognationum, &

fa-

familiarum dissensio, odium, & inimicitia, vt experiétia testatur, & tradit D. Menoch. d. cas. 487. nume. 5. Hortens. Caualc. tract. de testib. in par. 2. partis 2. nu. 54. & seqq. Sair. in claui lib. 12. c. 20. nu. 28. Imo hac de causa familiam excusari a reuelãdo tenet Syluest. & Ange. in verbo, familia, & prax. Archiep. Neapol. c. 2. not. 6. vide infra q. 16. nu. 4. & 9. eiusdem sect.

Addit tamen Philiarc. de officio sacerd. par. 1. lib. 3. c. 34. §. 1. lim. 8.
13 quòd vbi quis † non possit reuelare sine suo præiudicio, quia fortè cogeretur probare, & nõ posset; vel aliud graue damnum ei eueniret, eo casu posset scribere, quod scit, & mittere sine nomine; si verò adhuc adesset periculum, tunc proculdubio excusaretur.

14 An verò tale bullectinum † quod fit pro teste, probet, & quando, vide Mascar. de probat. conclu. 247. cum concl. seq. & Victorin. Mansum de modo procedendi in causis regul. c. 12. num. 4. vbi concludit huiusmodi bullettinum, siue litteras incerto authore non probare, nec habere vim accusationis ad effectum inquirẽdi, nisi indicia expressa, aut infamia antecedat: ita specialiter prohibẽtur dictæ litteræ in capi. inquisitionis. vbi Abb. de accus.

Notandum tamen, quòd publicato monitorio, vt denuncient, qui no-
15 uerint illud, is † qui metu tacuit, tenetur, quã citius poterit parere præmissa quidem fraterna correctione; aliàs semper manet sub eadem censura obligatus, vt latius diximus supra par. 2. quæst. 6. num. 4. ex Nauar. in man. c. 17. num. 134. & cap. 25. nu. 40. in fi.

16 Vnde acriter † reprehẽdendi sunt nonnulli homines, qui sola taciturnitate damnari malunt ad inextinguibiles Inferni flammas, quàm loquendo, & reuelando offendere voluntatem, & animum cuiusuis homunculi, quando enim aliquis testificando, siue propalando potest auertere iniustum damnum proximi sui, & rogatur ab eo, vel interpellatur ob monitorium, vt testimonium perhibeat, siue reuelet, tunc tenetur testificari, siue propalare sub pœna peccati mortalis, nõ obstante aliquo leui, & seruili timore, displicendi alicui quantumlibet primario viro. vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 70. ar. 1. qui subdit, quòd si non requiratur vt testis, vel aliqua causa iusta non possit examinari, debet veritatem enunciare alicui, quo possit litigatori damnificato prodesse: ita Caiet. Salon, Arragon. d. artic. 1. ubi addit, quòd quando fuit requisitus, & per monitorium interpellatus, tenetur etiam ad restitutionem: ita expressè tradit Io. Petr. Ala tract. de aduoc. & causid. christ. par. 1. quęst. 45. post. Nau. in man. c. 25. nu. 41. Lud. Carbo. de restit. q. 51.

## QVAESTIO XV.

**An vi monitorij teneat restituere, vel reuelare ensem, sclopetum, vel aliquam pecuniæ summam Titio, quam ipse mihi dedit ad custodiendum, & ea nunc a me repetit, & certò scio, ea velle ad occi-**

occidendum, vel perpetrandum aliud delictum.

*SVMMARIVM.*

1 *Arma, vel alia mihi secretò data restituere non teneor, si certò scio ea petentem malè vti velle.*

2 *Scientes me iusta de causa non restitue re non tenentur ob monitorium reuelare.*

3 *Rem furto captam restituendo domino quando quis peccet contra charitatē, iustitiam.*

4 *Restituens ensem domino, quo scio, eum aliquem occisurum, quando non pecco.*

5 *Restituere qui non tenetur, creditorem securum reddere debet in termino monit.*

6 *Depositarius quibus in casibus non teneatur reddere depositum deponenti.*

1 SI Titius dedit † mihi secretò ad custodiendum ensem, sclopetum vel aliquam pecuniæ summam, & ea nunc a me repetit, & pro certo habeo ea velle ad occidendum, vel aliquem occidere faciendū, vel aliquod aliud facinus perpetrandum, eaq; non restituo, quoniam in hoc casu non teneor, secundum communem doctorum sentētiam; vt infrahabeo, enim causam non restituendi, quam deberet meritò creditor approbare, arg. gl. in l. tale pactum. §. qui vocauit. ff. de pactis, & quia Titius nō potest me compellere ad id, quoniam probare nequit, impetrat litteras monitoriales in forma cōtra occultè detinentes res ipsius Titij, ac etiā contra scientes, vt propalare debeant, nō teneor ego pariter virtute illarum litterarum restituere, vel reuelare, quia non possum demonstrare Titium illa ad malum vsum velle; 2 neq; † scientes me ea de causa Titio non restituere ad denūciandum, vel testificandum cōtra me obligantur, secundum communem doctorum sententiam, quam ex S. Anton i. par. 3. summ. tit. 2. cap. 8. §. 1. Nauar. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 66. n. 797. tradit Greg. Sair in claui regia lib. 12. cap. 14. nu. 31. & alij sequuntur, expressisq; verbis docet S. August. in psalmis, & habetur in ca. siquis. 22. q. 2. & faciunt adducta in præcedenti quæst. 14.

3 Imo si darem huiusmodi rem depositatam, aut † etiam furto captam Titio, quia scio, quòd sit facturus damnum proximo, non solum peccarem contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, cum essem causa positiua dicti damni, præbens illi verbi gratia ensem, quo scio velle occidere proximum, sic tenet cum Caiet. 22. q. 62. ar. 3. vbi Arrag. & Soto lib. 4. de iust. q. 7. art. 2. Rodriq. in sum. par. 1. c. 153. n. 8. circa med.

4 Verum tamen est, quòd si iudex iubeat † mihi speciē dari dictum ensem, non peccabo, quando illum dedero, cum sic obediam illi, cuius curæ incumbit vitare dicta damna, putans, quod si non do Titio res, poterit mihi euenire magnum damnū; quia sic nemo cum sui detrimento tenetur vitare mortem proximi. Nec obstat, quod homicidium est intrinsecè malum, & nulloo metu debet fieri: quia resp. quòd ego tribuēs ensem

non

non occido, sed solum do ensem, & ideo sum causa accidentalis, nõ principalis mortis secutæ. & si actus iste habet aliquam malitiã, aufertur per obedientiam iudicis, quia aliter fieri non potest. Rodriq. in sum. d. c. 153. num. 8.

In casu autem monitorialium, in-
5 tellige †modò intra terminum in eis præfixum, adhibeatur sufficiens remedium, & cautela, quod transacto huiusmodi periculo, quod Titij est, restituetur, sine nota mei honoris, pariterq; Titij, vt rectè notat Greg. Sair. d. cap. 14. nu. 31. & dictum est supra q. 13. num. 3. huius 2. sect. Ex quibus facilè colligi potest, quid in alijs similibus casibus dicendum sit, qui frequenter accidere solent in huiusmodi materia.

Adde etiam, quod depositarius
6 † vel alius, cui datum sit aliquid ad custodiendum, non tenetur regulariter illud reddere petente deponente, quatuor in casibus: primò quando deponens effectus est furiosus, vel repetit gladium ad malum vsum, vt diximus, etiamsi iurasset ad eius petitionem semper reddere. ca. nequis. 22. q. 2. Secũdò, si post depositionẽ bona eius fuerunt publicata, quia publico deposito infertur damnum. l. bona fides. ff. depositi. Tertiò, quando fur deposuit aliquid, & fur, & dominus eius simul concurrunt, quia in repetitione præponitur dominus rei, vt in d. l. bona fides. vbi glo. Rodriq. lo. cit. Quarto, quando fur deposuit apud dominum, cui surripuit, vel apud proprietarium rei, vt in d. l. bona fides. vbi gl. & scrib. vide Guido Pap. decis. 152. nu. 3.

## QVAESTIO XVI.

### An qui sub sigillo secreti rem, siue delictum scit, teneatur ob monit. reuelare.

*SVMMARIVM.*

1 *Scientes per secretam consultationem reuelando peccant mor. & tenentur ad restit.*

2 *Secretum seruare est de iure naturali.*

3 *Scientes sub sigillo secreti, si propalare tenerentur, quæ mala euenirent.*

4 *Veritas coactè narratur medico, aduocato, & procuratori.*

5 *Secretò scientes non tenentur propalare, cum proceditur ad pęnam delinquentis, secus. & nu. seqq.*

6 *Promissio secreti, etiam iurata, quando non obliget.*

7 *Secretum quodnam reuelare non tenemur.*

8 *Subditus cur secretum reuelare non teneatur, etiamsi prælatus id ei iubeat.*

9 *Medicus, aduocatus, procurator quãdo per monit. propalare teneantur. vide nu. 11. in fin.*

10 *Aduocatus quando debeat reuelare secr. sui clientis.*

11 *Cautela prudentũ aduocatorum, & causidicorum in casu propalationis per ipsos fienda.*

12 *Reuelare qui non tenetur, iurare etiam potest se nescire.*

13 *Reus seipsum prodere non tenetur, nisi iuridicè interrogetur, & quando sic interrogati dicatur.*

14 *Reus legitimè interrogatus negare nequit veritatẽ, etiamsi sibi, vel alteri immu-*

*immineat mortis periculum, & quando mor. vel ven.aliter peccet.*

15 *Mendacium omne de re levi cum iuramento mortale est peccatum.*

16 *Confessarij quid aduertere debeant in confessione rei.*

17 *Confessarij reorum, & iudicum cur admodum docti esse debeant.*

1 QVuibus per solam consultationem † secretum a delinquente delictum est concreditum, & clanculo communicatum, vt ei consilium, vel remedium pro salute animæ, vel corporis, siue honoris, vel pro defensione bonorum illi adhibeant, procuratorib. viris litteratis, obstetrici, & similibus sæpè euenit, hi certè nullo pacto reuelare debent, etiamsi sub excommunicationis pœna illis præcipiatur, vt dicant, quicquid norunt de tali delicto, etiamsi in testes vocétur, & sciant illum delinquētem laborare infamia, vel adesse semiplenā probationem, & indicia, & probari posse per testes; aliàs reuelando peccant mortaliter, & ad damnorum restitutionem tenētur, atq; adeo in tali casu solum aperire possunt, quod alia via, quàm per secretum ratione sui muneris resciunt. ita Henric. Gandens. quolib. 9. Siluest. verb. confessio. 3. q. 20. in fin. & verb. testis. q. 8. Gabriel in 4. dist. 15. q. 6. ar. 2. concl. 7. Nau. in man. c. 18. nu. 52. & c. 25. nu. 42. & 46. & in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 66. nu. 799. post Sor. de teg. secr. m. 2. quę. 7. concl. 4. Cordub. in sum. q. 64. casu. 3. P. Na. lib. 2. de restit. ca. 4. par. 2. dub. 9. nu. 222. & seq. Neuiz d. lib. 3. in silua nup. nu. 47. Franc. Marc. par. 2. deci. 856. nu. 4. D. Io Baptista Costa trac. de fact. sc. & ign. cent. 2. dist. 55. nu. 3. tom. 1. & omnes post D. Thom. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. Capel. Tholos. q. 241. Ant. Sola in nou. decr. Sabaud. lib. 3. tit. 6. tit. de tribu. comper. num. 5. & seq. in gl. 4.

2 Et ratio est, quia † seruare secretū in hoc casu est de iure naturali; nihil autem præcipi potest homini contra id, quod est de naturali iure; cū enim ita secretum sub fide committens ad remedium animæ, & corporis, non debeat esse peioris conditionis ob id, quam si tacuisset, propterea postulat ius naturæ, vt illi sine iusta causa frāgatur; vt post alios tradit Greg. Sair. in claui Regia lib. 12. cap. 14. num. 29.

3 Si enim iudici interroganti † reuelare tenerentur prædictæ personæ, nullus auderet eorum fidei se committere, ipsorumque auxilio in propria necessitate vti, & mala malis adderentur; vt verbi gratia, si puellæ partum ex fornicatione reuelare posset obstetrix, ita vt nec puella esset secura de obstetricis secreto, eligeret potius periclitari in suo partu, vel suffocare prolem, quàm illius auxilio vti, vt latè declarat Sair. in claui lib. 12. c. 20. nu. 16. & Suarez. tom. 5. disp. 20. nu. 11.

4 Quod procedit, etiamsi veritas aliter haberi non possit † quia istis dicitur veritas coactè; confessario enim, ita & medico, aduocato, & procuratori dicenda est veritas, vt notat Specul. titul. de aduoc. §. nunc tractemus. Foller. in prax. crimin. verbo testib. diligenter, num. 33. licèt alij testes priuilegiati tunc teneantur,

tur, quando aliter veritas haberi nõ possit. Graff. in par. 1. decis. lib. 4. ca. 8. num. 23. & consi. 6. nu. fi. de sent. excomm. Borgn. decis. 21. num. 77. par. 3. Anto. Sola in d. glo. 4. sub nume. 15.

5 Prædicta tamen intellige, cum † ad solam delinquentis pęnam procedit, quia tunc fides naturaliter debita est seruanda; quare ita se habere quis debet, ac si nihil omnino sciret; secus verò, vbi adsit iusta, & vrgens causa, & talis secreti denũciatio, vel testificatio esset necessaria ad vitandum graue Reipublicæ damnum, vel tertiæ personæ, quod aliter impediri nequeat. D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. vbi inquit, quod extra cõfessionem sacramentalem debet christianus reuelare secreta sibi cõmissa, quando illorũ occultatiõ afferret notabile damnũ alicui. Nauar. in man. c. 18. nume. 52. Io. Petr. Ala tract. de aduoc. & causid. christ. par. 1. q. 27. nam tunc secundum communem sententiam promissio cuiuscunque secreti, excepto vt diximus cõfessio-
6 nis sacramentalis secreto, etiam † iuramento firmata non obligat, sed prodendum est iudici legitimè interroganti, vel per litteras monitoriales præcipienti (nisi maius sit damnum rei, quàm alterius) quia tunc meretur ille, vt sibi fides frãgatur, & promissio, cum a malo desistere nolit, aut si desistat, bonum tamen innocẽtis Reipublicæ, vel tertij præponderat. Inno. in c. qualiter. el 1. de accus. Pan. in c. dilectus. de exces. prælat. & in terminis nouissimè tradunt D. Menoch. de arb. cas. 355. nume. 4. & de præsump. q. 89. nume. 17. Farin. Pet. Ant. Lazario Papien. tom. 1. prax. crim. q. 51. nume. 115. Mart. Delrio to. 3. disq. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2 Sair. in claui lib. 12. ca. 14. nu. 29. Cortad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 359. D. Costa in tract. de fac. sc. & ign. cent. 2. dist. 55. num. 6. tom. 1. post Nauar. in c. sacerdos. de pen. dist. 6. numero 14. Decian. trac. crim. tom. 2. lib. 7. c. 17. nu. 23. quod intellige semper præuia absolutione a iuramẽto. vide Caroc. tract. de reuel. confess. q. 21. vbi ex Aufrer. ad Tolos. decis. 240. & ex D. Menoch. loc. cit. dicit quòd si plures socij iurarunt aliquid tenere secretũ, si fiant litteræ monitoriales, vel producantur in testem, reuelare tenentur, intellige tamen iuxta prædicta.

7 Vnde concluditur, quòd quando secretum † nobis commissum est, quod non tenemur accusare, vel denũciare, qualia sunt delicta iam facta, & nullo modo pendentia in futurum, & quæ solum requiruntur a iudice, vt puniantur, & non euitetur damnum aliquod Reipublicæ, vel tertiæ personæ, nec vt restituatur aliquod pro iniuria, vel damno illato; tunc siue procedatur per viã accusationis, quo casu requiritur semiplena probatio, siue per viam inquisitionis, & tunc sufficit infamia, vel sufficientia indicia iudicis arbitrio, non tenetur quis, vt testis, illud prodere, vt ex Angel. Sylucst. verb. Testis ex Naua. & alijs supra cit. & præsertim ex Gan-
8 dens. quol. 9. in princ. qui ait † subditum in tali casu non debere vllo modo id dicere, etiãsi id ei expresse iubeat suus Prælatus, quia obedientia superiorum intelligitur semper esse in ijs, quæ non sunt contrarius

diuinum, vel naturale, vt declarant Greg. de Valen. tom. 3. disp. 5. q. 14. puncto 1. in fin. & Sair. in claui lib. 12. c. 20. nu. 14.

Sed quando prælatus, non ad pœnam delinquentis, sed ad tollendum graue damnum alicuius, ac etiam vt delinquens satisfaciendo damnificato exeat a peccato, monitoriales litteras concedit, qui est proprius finis huiusmodi litterarum, vt sup. q. 10. sect. 1. demonstratum fuit; tunc
9 quidem † prædictæ personæ, nempe medicus, aduocatus, procurator, & similes, etiamsi sub sigillo secreti sciant, modò res illa, siue delictum non sit omnino occultum, propalare tenentur, vi ipsarum monitorialium, quod procedit præsertim, vbi aliunde illud sciebant, vel rescierũt, vel vbi veritas aliter haberi nequeat, vt colligitur ex prædictis, & Steph. Aufr. de reprob. test. in verb. aduocatus ad fin. & ex Felyn. in ca. 1. col. 2. de testib. Sair. d. c. 20. numero 8. quia tunc stante tertij damno occultare veritatem est mortale peccatum, cuius correctio spectat ad ecclesiam. Host. in sum. de test. cog. §. 1. ante fi. & in terminis pro notabili tradit Greg. Tholos. in sintag. iur. vniuers. par. 3. lib. 48. c. 13. nu. 31. vbi inquit, quod licet aduocatus, & procurator causę, & litis vnius clientis non possint produci ab aduersario testimonij causa, vt colligitur ex c. Romana de testib. in 6. attamen ratione monitorij, & excõmunicationis ad finem reuelationis hodie moniti, non tantum isti, sed ipsemet aduersarius coguntur deponere pro aduersario, si quid nouerint, & ipsi quoque testes esse pro eo; veritas enim sola est, quæ potior debeat omnibus rebus esse. eccl. 4. Et ita ex Egid. tract. appel. c. 9. & 10. aresto, refert placuisse senatui Parisiensi 15. Maij 1538. quod tamen limita, vbi in monitorio fuerit apposita clausula illa antiqua, dempta parte, & consilio, per quam litigans eximitur, seipsum prodere, nec possunt exquiri probationes ab officina, & domo aduersarij, prout subdit Tholos. loc. cit. & sic intelligi debet Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. nu. 47. & alij supra allegati, qui videntur tenere contrarium.

10 Et in specie de † aduocato, vt debeat reuelare secreta sui cliẽtis, quãdo ex illorum occultatione imminet notabile damnũ aduersario, declarat Petr. Arrag. in 2. 2. q. 71. ar. 3. circa fi. & expressius Michael Salon. ibi concl. vlt. vbi vtitur his verbis, censeo tamen, si parti contrariæ immineat graue damnum in magna quantitate substantiæ, teneri similiter aduocatum ad reuelandum iniquitatem suæ partis, ut liberetur aduersarius a tanto damno. Quod si damnum, de quo agitur, nõ sit adeo graue non licebit illi prodere secretum; quia præstat aduocatum secreta sui clientis custodire, quam leuia damna partis contrariæ curare. Hactenus Salon. qui idem sensit in q. 70. ar. 1. concl. ult. uers. ex hac regula sequitur procuratores, tabelliones, aduocatos &c. quem refert, & & probat Ala tract. de aduoc. christ. q. 27. in fi.

11 Quare mihi ualde probatur † cautela illa, qua nonnulli prudentes, &

umo-

timoratæ conscientiæ aduocati, procuratores, & alij viri litterati vtũtur, qui in huiusmodi casibus præsertim dubijs ad iudicem ecclesiasticũ accedunt, & faciunt se eximere ab obligatione propalandi, sicuti diximus supra q. 2. huius 2. sect. nè præuaricatores, & causæ proditores reuelando videantur, aut dicantur, iuxta l. 1. ff. de præuaric. Petr. Cened. par. 1. collect. 28. nu. 4. post Nau. in man. cap. 25. nu. 30.

Aduertẽdum quidem est, primò, quòd prædictæ personæ, quibus in secreto aliquid commissum est, denunciare non tenentur, nisi tractetur de pręiudicio alicuius, & alia via prouideri non possit, vt diximus, & quando etiam aliter prouideri nequeat, reuelandum non est, plusquã sufficit; nec quod sufficit, quandò maius damnum eueniret denunciato. ita Nauar. in d. capit. inter verba corol. 66. num. 779. & in man. c. 25. nu. 43. quem referendo probat prax. Archiep. Neapol. ca. 2. not. 2. in fin.

Secundo obseruandum est, quod in his, & quibuscunque casibus in

12 quibus reuelare † quis non tenetur, iuramento etiam respondere potest se nescire, intelligendo, & interius concipiendo, quòd teneatur ad reuelandum secundum cõmunem doct. sentẽtiam. Palud. in 4. de correc. frater. q. 3. art. 3. vbi Adrian. q. 4. Gandens. quodl. 11. ar. 1. ad 2. Io. Maior. dist. 15. q. 18. in 4. Nauar. in man. c. 12. nu. 8. & c. 18. nume. 61. P. Nau. de rest. lib. 2. c. 4. dub. 9. nume. 229. Greg. de Valen. tom. 3. disp. 5. q. 13. pun. 2. Salon 2. 2. q. 69. art. 2. contr. 11. Aragon. ibid. art. 2. Bannes ibid. ar. 2. circa med. Rodriq. in sum. par. 1. c. 79. nu. 13. vbi de magis communi, & veriori sententia testatur.

Et hoc non tãtum procedit in te-

13 ste, sed in reo, qui delictum commisit, interrogatus enim sub eadem pęna se prodere non tenetur, cum nemo seipsum infamare debeat, vt tradunt Nau. in man. c. 18. num. 41. Hugol. de censur. cap. 17. tab. 1. §. 4. nume. 5. & est communis Theolog. supra cit. Sair. de censur. lib. 1. ca. 9. nu. 35. quod intellige, modò iuridicè nõ fuerit interrogatus, quia si iuris ordine seruato interrogetur, nimirum a suo iudice competenti, & de delicto saltem semiplenè probato, & semiplenè probatum esse sciat reus, tũc se prodere tenetur. Tolet. in sum. lib. 5. ca. 58. nu. 2. & seq. Lel. Zecch. in republ. eccl. tit. de prælat. in genere. ca. 1. nu. 6. §. excõmunicatio. nam in hoc casu iudex habet potestatem a Deo interrogandi, iuxta illud Apost. omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi a Deo, & qui resistit potestati, vtique resistit Dei ordinatio-

14 ni. Nec potest † reus legitimè interrogatus veritatẽ negare, etiamsi immineat periculum mortis. D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. vbi Caiet. Arrag. Salon, & probat tex. in c. cũ dilecti. de accus. vbi habetur, quòd non licet mentiri, & peierare pro homine cõseruãdo; aliàs mortale peccatum incurrit, & excommunicationem in casu excommunicationis, prout testantur supra cit. doct. mortale autẽ peccatum non deducitur ex sola virtute iuramenti, sed ex dicta obligatione respondendi, vt tradit Salon

loc.cit.concl. 1. Et licèt quoad illam simplicem spectat obedientiam, quā reus debet iudici, aliqui, & Caie. loc. cit. videantur sentire, quòd contrauenicns semper peccet mortaliter, probabilior tamen est distinctio Salon. vbi supra in fin. art. 1. Tolet. in sum. lib. 5. ca. 58. nume. 3. nempe an proponatur materia grauis delicti,
15 aut leuis; nam si leuis, simplex† mēdacium sine iuramento nō esset mortale, vbi verò præcedat iuramentum omne mendacium, etiam leue efficitur mortale. ita etiā distinguit Ala in tract. de aduoc. christ. q. 81. vbi pulchrè admonet aduocatos, & causidicos, ne vllo modo in huiusmodi casu præbeant consilium reo negādi delictum, quod patrauit, quia eius peccato cooperātur in grauissimam vtriusque animarum salutis perniciem. Bossius. tit. de respons. reorum num. 18.

16 Cauere quoque e contra debent† confessarij, & valde, ne cogant reum fateri crimen, nisi sit clarissimum ad id teneri; cum præsertim secundum communem Theolog. ac etiā Iurisperitorum sententiam, non teneatur reus fateri suū crimen, etiā si iurasset dicere veritatem, nisi cōstet se ad hoc teneri: vide Naua. in man. c. 15. nu. 57. & c. 25. nu. 35. Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 16. & 29.

17 Et ex his colligitur, quod† confessarij reorum, & iudicum, ac actuariorum debent esse admodum docti, & prudentes, vt sciant quando possint rei reuelare, vel non, se, & socios; & iudices, & actuarij interrogare reos de delictis, ac de complicibus, & similibus. Vnde prudenter se gessit religiosus quidam ad confessiones audiendas recenter admissus, ad quem cum accederet pro confitēdis peccatis actuarius offici† maleficiorum, dixit se confessiones hominum huiusmodi farinæ minime audire. Sed de his omnibus latè scripsimus in nostro thesau. confessar. par. 1. capitu. de confessarij scientia circa fi.

## QVAESTIO XVII.

### An qui delictum nouit per confessionem sacramentalem, teneatur ui monitorij propalare, & quando possit.

*SVMMARIVM.*

1 *Confessarius reuelare nequit audita in confessione, nisi de pœnitentis licentia.*

2 *Sacerdos detegere non potest Episcopo peccatum confessi, etiam cum protestat, quòd illud dicit vti in confessione.*

*Sacerdos quæ scit in confessione, non vt homo scit, sed vt Deus.*

3 *Sacerdoti confessionem reuelanti non creditur, & quando credatur etiam in iudicio.*

4 *Pœna reuelantis confessionem etiam metu mortis.*

5 *Ad sigillum confessionis qui obligentur.*

6 *Iudex si ex scripto rei volentis se confiteri intelligat eius delictum, vel aliā notitia orta ex sigilli violatione, non potest reum punire, imo sic condemnatum absoluere debet.*

7 *Confessarius reuelare nequit impedimenta*

*matrim. contracti, vel contrahendi auditum in confessione.*

8 *Confessio facta in foro pœnitentiali non debet nocere in foro contentioso.*

9 *Confessarius an detegere debeat mulieri bona fide credenti matr. esse validum, quod nullum est.*

10 *Mulier sciens matrim. in quo coniuncta est, nullum esse ob imped. non potest petere, vel reddere debitum.*

11 *Episcopus ordinare tenetur, quem sola confessione irregularem nouit.*

12 *Excommunicatum vitare quis non debet, etiam in occulto, si per solam confessionem id nouit.*

13 *Confessarius tacere debet peccatum, quod confiteri nequit, nisi confessionẽ reuelet.*

14 *Confessarius reuelare non debet hæreticum sibi confessum nolentem pœnitere, nec alios prodere.*

15 *Confessarius quando, & quomodo hæreticos reuelare possit.*

16 *Confessarius reuelare quando possit, & debeat audita in confessione ob monit. quæ aliàs nouit. & nu. seq.*

18 *Confessarius non tenetur ad sigillum, vbi ei fuerit communicatum secretũ sine proposito confitendi.*

19 *Consuetudo detegendi alicui sub sigillo confessionis non obligat ad sigillum.*

20 *Sacerdotes quare arcanum sub secreto, & non sub sigillo confessionis accipere debeant.*

21 *Confessarius an possit monere Prælatũ de pecc. quod scit in confess. solere cõmitti, vt prouideat.*

22 *Confessarius noscens per confessionem, aliquem occidendum fore, an illum monere possit.*

23 *Sigilli confessionis obligatio quanta sit.*

24 *Opinio Theologorum de non reuelando delicto committendo contra canonistas vt concilietur secũdum Caroc.*

COmmunis est omnium doctorum sententia, peccatum † a sacerdote in confessione sacramentali notum omnino reticẽdum, nec vllo modo ab eo reuelandum non solum ante pœnitentis mortẽ, sed ẽt eo mortuo, nisi de licẽtia pœnitentis, qui cũ voluerit, potest eam reuocare. ca. significasti vbi omnes. Canonistæ de adult. Abb. in c. dilectus. nume. 4. de excess. præl. Theolog. in 4. dist. 21. Ripa tract. de peste tit. de remed. ad curan. pestem nu. 108. Nau. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 42. num. 102. & in ca. sacerdos. de pœn. dist. 6. ex nume. 116. & 119. Card. Tusch. tom. 2. pract. conclu. lit. C. concl. 686. ex Lap. alleg. 95. quidã presbyter Martin. Delrio to. 3. disq. magic. lib. 6. ca. 1. sect. 2. circa princ. Suarez tom. 4. disp. 33. sect. 1. Graff. consi. 6. nume. 30. de sent. excom. D. Menoch. de præsump. libro 6. præsump. 95. a nu. 1. Caroc. tract. de reuel. confess. q. 8. & q. vlt. vbi cum Rebuf. in c. omnis vtriusq;. circa fi. de pœnit. & remis. dicit, quod confitens dare potest licentiam confessario reuelandi confessionem, quando ipsius confitentis spirituale, vel corporale, aut publicum bonum exinde sequatur, aliàs non; ex leui enim causa reuelare, etiam habita permissione confitentis sacrilegiũ foret. Mart. Delrio loc. cit. Nec sufficit ratihabitio, vel licentia interpretatiua, vel implicita; sed requiritur explicita, & debet esse libera, & nullatenus coacta.

cta. Non est tamen necessarium, vt aliqui dicunt, vt hæc licentia detur extra confessionem, & rursus tunc pęnitens narret suum peccatum, vt de probabiliori sent. tradit Martin. Delrio d. sect. 2.

Et hoc procedit, etiamsi Episcopus diceret, quòd vult illud scire in
2 confessione, si † sacerdos detegeret peccatum confessi suo Episcopo, vel alteri sacerdoti, protestans, quod illud dicit tanquam in confessione. Graff. d. consi. 6. nu. 31. secreta enim commissa in confessione verè sacramentali, quæcunque illa sint, nullo modo manifestanda sunt, etiam ad saluandum totum regnum, imo totum mundum: sic D. Tho. in 4. dist. 21. q. 3. & 2. 2. q. 70. ar. 1. vbi Caiet. Salon. Aragon. Cathec. Roman. de sacr. pęnit. nume. 58. optimè D. Menoch. de arb. cas. 414. per tot. Io. Bellarin, clericus regularis religiosissimæ, & doctissimæ congregationis S. Pauli in doctrina Conci. Trid. & Cathes. de pęnit. num. 5. in prin. Caroc. tract. de reuel. confess. q. 3. post D. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 95. nu. 1.

Et ratio est, quia, quòd scit sacerdos in confessione, nō vt homo scit; sed vt Deus, vel Dei minister; vnde non posset cogi etiam a Papa ad reuelandam confessionem. Naua. in man. c. 8. Baiard. ad prax. Clar. §. fi. q. 87. nu. 4. maius enim est vinculū sacramenti quolibet hominis, etiam Summi Pontificis præcepto, vt notant alleg. doctor. & nouissimè post Giga. de crim. lęse maiest. lib. 2. rub. qui accus. pos. q. 18. Martin. Delrio tom. 3. disq. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2. vbi inquit, quòd eo in casu posset dicere se nescire, nec de tali peccato se quicquam audiuisse, & hæc etiam iuramento confirmare, mente subintelligendo, quòd possim reuelare.

Et dato, quòd reuelaret dicta in
3 cōfessione † etiam iudicialiter, nulla penitus ei adhibēda esset fides. Bald. & Castr. in l. archigerontes. C. de Episc. aud. Fel. in c. 1. nu. 3. de excep. Ripa tract. de peste. §. fi. nume. 104. etiamsi fauore matrimonij cōfessionem detexerit. D. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 95. numero 9. Hoc tamen fallit, quotiescunque sacerdos esset fide dignus, assereretque morientem dedisse licentiā de reuelanda confessione, tūc enim creditur tali sacerdoti; probaretq; eius dictū, etiam in iudicio, præsertim accedēte iuramento. Lap. in alleg. 94. incip. mulier in confessione. Viuius in suis cōm. opin. verb. cōfessio; seu ea quę. Nau. in man. c. 8. Bertaz. cons. crim. 452. num. 8. & 9. vol. 2. D. Menoch. d. præsump. 95. num. 6. & seqq. vbi pulchrè declarat, quando præsumatur sacerdotem de confitētis cōsensu confessionem sacramentalem reuelasse, & latè in eo. tract. de præsump. lib. 1. q. 58. nu. 15. & Caroc. tract. de reuel. confess. q. 16. Masch. de proba. concl. 1292. a nu. 1. vol. 2. Sacerdoti autem asserenti ab alijs dictū, & nō per confessionem incūbit onus probandi. Maschar. de proba. d. conclu. 1292. num. 5. Naua. in c. pen. dist. 6. nu. 164. quia præsumptio est contra ipsum. Caroc. loc. cit. q. 15. Vnde si confessus accusat sacerdotem de detecta, & prodita confessione, & sacerdos negat, quòd audierit confitentē

in

in confessione, sed extra, sacerdoti non creditur nisi probet, etsi nō probar, ob id pęna extraordinaria est puniendus, & hanc dicit communem & recept. sent. in c. omnis. de pęn. & remis. Menoch. lib. 2. casu 414. nu. 8. de arb. iud. Caroc. d. q. 16. nume. 2. Masch. ibid. nu. 6. Sed hoc intelligēdū de sacerdote malæ famæ arbitratur Martin. Delrio tom. 3. disq. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2. & quidem in eo, qui bonæ famæ est, putarim sufficere iusiurādum pro probatione, si testes desint. vt dictum est.

4 Vnde sacerdos confessionis † sigillum, quod ex iure diuino positiuo fluxit, frangens deponendus est, & in perpetuum carcerem trudendus, c. sacerdos. de pęnit. dist. 6. vbi Nau. & c. omnis. de pęn. & remis. vide Conci. Lateran. c. 21. aliquando etiā tales iussi fuerūt a Pontificibus degradari, & pęna mortis affici, & merito. Mar. Delrio tom. 3. disq. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2. in fine, & exemplū ponit Felician. lib. de degrad. ca. 14. Nec ab his pęnis eximi debeat, etiāsi metu mortis hoc fecisset, tenetur enim quis potius mille mortes subire, quam id detegere. Rebuf. in cap. omnis vtriusq; in vlt. not. de pęn. & remis. Mart. delrio. loc. cit. Corrad. in respons. cas. consc. par. 1. q. 329. & Sot. de rat. tegen. secr. memb. 3. q. 4. vbi hoc mortalissimum crimen illa appellat, & Maschar. de probat. conclu. 377. n. 6. vol. 1. inquit confessionis reuelationem tam verbo, quàm signo, vel quouis alio modo esse prorsus prohibitam sub pęna quasi hæresis: & talem confessarium verè irregularem esse etiam peracta pęnitentia tradit Simō Maiol. de irregul. lib. 5. c. 19. nu. 6.

5 Ad quod sigillum non tantum † confessarius, sed interpres laicus in extrema necessitate, si illi facta fuit confessio, doctor, a quo per confessarium consilium petitum fuit, qui se confessarium finxit, & quouis modo conscij tenentur. Nau. in ma. c. 18. nu. 51. Sot. de rat. teg. mem. 3. q. fi. & Rebuf. in d. c. omnis vtriusq; in vlt. no. in ampl. 4. & seqq. Caroc. de reuel. confess. a q. 227. & seqq. & est communis Theol. in 4. dist. 21 quia res ad quemcunq; transeat, cū suo onere transit. c. ex litteris. de pig. c. pastoralis. de decim. quod si canonum iura de sacerdotib. solis loquātur, id factum est, quia frequenter, & ordinariè illis fiunt cōfessiones. Na. in d. c. sacerdo. de pen. num. 47.

6 Hinc infertur primò si iudex † inuenisset peccatum delinquentis scripto mandatum, vt id confiteretur, vel ab aliquo auscultante pęnitentē, vel a sacrilego sacerdote sigilli violatore id intellexisset, non posset iudex his testib. nec illi scędulæ, nec ipsi sacerdoti credere, nec propterea reū capere, vel torquere. D. Menoch. lib. 1. de presump. q. 89. 26. & 27. Imo etiam si illum condemnasset testibus conuictum, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam ex sigilli violatione, deberet damnatum absoluere, & dimittere. vt de communi sent. testatur Mart. Delrio loc. cit. vide So. in 4. dist. 18. q. 4. ar. 5. Non credo tamen prædictorum parem esse obligationē, atq; cōfessarij: tenetur quidem arctius ad secretum doctor, criminosum agno-

scens

scens, dum illũ confessarius, vel imprudenti sermone, vel de pęnitentis licentia rogat pro consilio capiẽdo, quàm si pęnitens ipsum doctorem consulat, quia in hoc casu ex confessione non scit. Nauar. in man. d.ca. 28.n.55.in fi. Cordub.cas.64. Henriq. in sum.lib.6.p.1.cap.20. nu.3. Notandum verò, quòd quando doctores concedunt veniam detegendi seu narrãdi aliqua accepta in cõfessione, nũquã loquũtur de expressione delicti in specie, vel personæ nominatione; sed omnes tantum agere de quadam generali reuelatione delicti sic facta, vt per eam nequeat ad personarum cognitionem deueniri, sic post Angel. Alburtin. Gabr. docuit Farin.tom.1.prax. crim. q. 51. nu.110.cum Martin. Delrio tom.3. disq.magic.lib.6.c.1. sect.2.

Secundò infertur, quòd sacerdos,
7 qui in confessione † nouit impedimentum matrimonij contracti, vel contrahendi, vt puta copulam fornicariam, ex qua orta est affinitas, reuelare non potest: Na. in c. si sacerdos. nu.144.de pęn.d.6. Maiol. de irregul.lib.3.ca.25.§.affinitas. Gutierr. lib.1.can.qq.cap.11.nu.50.& quãuis parocho, qui id confessione scit, licere videatur honestis, & occultis modis, citra tamen omnem reuelationis suspicionem diuertere tales nuptias; vbi tamen nequeat sine tali suspicione, debet authorizare, & benedicere huiusmodi matrimonium, & hoc absq; peccati timore, & periculo censurę. So. Graff. Gutierr. loc. cit. post Siluest. verb. confessio.3.q. 12.quod procedit etiam, quãdo sciret votum castitatis emissum fuisse ab altero contrahentium, vide pulchrè Alph. a Veracruz in append. ad specul.coniug.ar.15.par.1.de impedim.vot.simplic. quamuis Caualc. decis.12.num.10.par.2.dicat, quòd ad confusionem contrahentis, qui tale delictum fornicarium commisit, posset parochus confessarius facere celebrare matrimonium per substitutum; si tamen ipse coniungeret, non peccaret mortaliter, dummodo sponte non se offerret ad celebrandum matrim. sed potius quasi coactus.

Imo Henric Ganden. quodlib.8.
8 q.18.dicit, quòd confessarius † in nullo casu potest se aliter habere cũ pęnitente post confessionem, quàm ante, nec potest se iuuare notitia confessionis, sed cuncta gerere debet, ac si prorsus ignoraret conscientiã pænitentis: ita tenet Card. Tusch. tom. 2.pract.concl.lit.c concl. 687.nu.1. inquiens, quòd confessio facta in foro conscientiæ, siue pęnitẽtiali nullo modo debet nocere in foro contentioso; alias sacram. pęnitentiæ graue fieret, & formidarent subditi cõfiteri suo parocho: vide Caroc. tract. de reuel. confess. q.5.& Episcopum Minorens. in praxi pęnit.c.22.q.1. pulchrè Thom. Sanchez. de matr. tom.1.lib.2. disp. 38. per tot. vide Nau.cons.75.nu.4.de regular.& ita Clemens Papa VIII. anno 1592. die 26. Maij decreto quodam præcepit superiorib. regularium, vt diligentissimè caueant, ne notitia de peccatis in confessione habita ad exteriorem gubernationem vtantur. Quæ sanctio, etsi liget dũtaxat eos, ad quos est scripta; satis tamen indicat

dicat

dicat Pontifici Max. magis probari eam sententiam, quæ vult, ita prorsus se confessarios gerere, ac si in confessione nihil pœnitus audissent. Martin. Delrio. to. 3. disquis. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2. Vbi ex hac sententia rectè infert, quòd si Petrus, puta furti reus, mihi confitens inter circunstantias peccati complicem indicarit, isq; mox mihi quoq; confiteatur, sed peccatum illud sibi cum Petro commune reticeat, non posse me hac scientia vti, ad illum de hoc peccato examinandum, sed tantum posse me in genere inuestigare, num sit aliud, quod conscientiam eius grauet, & persistentem in silentio teneri me simpliciter absoluere.

Et hic obiter annotandum duxi graue dubium, & difficile circa matrimoniũ, quod tale est, mulier antequam nuberet, rem habuit cũ fratre illius, quem postea in maritum accepit, ex quo plures habuit filios, nec vnquam confitendo hoc peccatum, explicauit personam, cum qua rem habuerat, nesciens ob id impedimentum oriri in matrimonio tandẽ
9 explicauit: quæritur, † an confessarius detegere debeat matrimonium nullum esse, & in fornicationis statu permanere? Cui dubio negatiuè respondetur, nisi mulier scrupulo tacta confessarium interroget, an ipse, quem habet, sit suus legitimus maritus, tunc ipse veritatem respondere tenetur; si autem bona fide credat eum suum legitimum maritum esse, nihil dubitans, cõfessarius nullo modo reuelare debet. ita Sot. in 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. Io. Baptista Corra. in resp. cas. consc. q. 141. par. 1. vbi Pet. Ant. Lazario Papien. refert hũc casum accidisse anno Iubilei Pij V. & sic fuisse conclusum.

Quibus adde, quòd vbi ipsa mu-
10 lier † edocta fuerit matrimoniũ non valere, non potest vllo pacto petere, vel reddere debitum. Innoc. in cap. inquisitioni. de sent. excom. Sot. loc. cit. sed secreiò quærenda est dispensatio, & ea obtenta inter se iterum consentire; quamuis sufficiat copula maritalis secuta, & hoc ne oriatur scandalum, maximè ex parte mariti qui ignorat hoc impedimentum, & ei aperiri nequit, vt colligitur ex Sot. loc. cit. & Lud. Lopez, quos refert, & sequitur Corrad. d. q. 141. in addit. post Angel. verb. impedim. §. 9. & Nau. consi. 11. de sponsal. vide Sanchez de matr. par. 2. lib. 9. disp. 27. nu. 10. & ita fuisse in hac ciuitate Papiæ in facti occurrentia seruatum, testatus mihi fuit quidam pius & expertus vir.

Tertiò infertur, quòd si episco-
11 pus † dum publicè vult ordines cõferre, videat illum accedere, quem sola confessione scit esse excommunicatum, aut irregularem, aut aliàs indignum, qui tamen fuit ab examinatoribus approbatus, & ad ordines suscipiendos vti idoneus in schedula scriptus, tunc debet eum Episcopus ordinare, eo magis, quia habet ius quodammodo in publico petendi, nisi fortè citra omnẽ suspicionẽ reuelare de confessionis posset illum aliqua arte dimouere, etiamsi ille putet se ob confessionem repelli, vt ex Sot. tradit Corrad. in respons. cas. consc. q. 334. par. 1. in addit. & vide Io. Pe. Ferr. in prax. Papiẽs. in forma oppo. contra iudic. suspec. in glo. nec fuisse

O nu. 17.

n. 17. vbi Theodor. Meda. & Caroc. de reuel.cõfess.q.12. & seq pulchrè Paul. Fusc. sing. 25. lit. c in fi.

12 Quartò infertur † confessarium non teneri euitare excommunicatũ, cuius excommunicationem intellexit per solam confessionem, vbi ex hoc posset sacramenti manifestatio coniici; imò nec occultò, ne sigillo iniuria fieret, & nè Sacramentum odiosum redderetur, vt dictum est: & quamuis textus in ca. cum non ab homine de sent. excom. videatur contrarium exprimere, ille tamen intelligi debet, quando secretò scitur aliter, quàm per confessionẽ, quod procedit etiam in pollutione ecclesiæ intellecta in confessione, quia detegi non debet, vt reconcilietur, arg. ca. si sacerdos de offi. ordi. & not. Siluest. verb. confessio 3. q. 11. Caroc. de reuel. confess. q. 10.

Quintò infertur, quòd confessa-
13 rius † qui commisit aliquod mortale peccatum, quod non potest confiteri, nisi confessionem reuelet, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri, cum proposito illud etiam confitendi, quando absq; sigilli præiudicio facere poterit; quia maius est vinculum sigilli, quàm expressionis circunstantiæ mortaliter aggrauantis, secũdum omnes in 4. dist. 21. & no. Nauar. in man. c. 8. n. 6. post Sot. loc. cit. quæ. 4. Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 336. Nec si duo confessarij eundem pœnitentem audiant, poterunt postea inter se de illius peccatis loqui, vt rectè probat Suarez tom. 4. disp. 33. de sigillo cõfessionis sect. 5. nu. 3. circa fin.

14 Sextò infertur † confessarium nõ debere reuelare reum criminis læsæ maiestatis humanæ, vel diuinæ, siue hæresis, sibi confessum. Gig. de crimi. læsæ maiest. lib. 2. rubr. qui accusa. poss. q. 18. Ant. Gabriel. lib. 7. cõcl. vlt. num. 7. Albert. de agnosc. asser. cath. q. 25. etiam nolentem pœnitere nec alios prodere, quos scit hæreticos, vt ex communi tradit Simanc. de cathol. inst. tit. 42. aduersus Alberic. cõtrarium tenentẽ, latè Nauar. in d. c. sacerdos num. 119. vbi dicit nunquam à Theologis fuisse probatum; sed potiùs tanquam pestilẽs ab illis, & nominatim a doctoribus Parisiensibus damnatum, illud dictum vulgarum, Hæresis est crimẽ, quod nec confessio celat. Mart. Del rio tom. 3. disquis. magic. lib. 6. ca. 1. sect. 2. sed de hoc fusius in nostro thesaur. confessariorum par. 1. cap. de sigillo confess. & par. 2. cas. 1. reseruato:

Adde tamen ex Nau. lo. cit. quòd
15 vbi confessarius † intelligat per cõfessionem multa ab hæreticis moliri in perniciem fidei catholicæ, & ecclesiæ, debere in tali casu monere Episcopum, vel Inquisitorẽ, vt inuigilet super gregem suum, quia lupus est in eo. Decian. tract. crim. lib. 5. c. 10. num. 69. tom. 1. Caroc. tract. de reuel. confess. q. 22. Quando verò hæreticus doctus simulata confessione hæreses suas conatur ipsimet cõfessario persuadere, quia eo in casu censendum non est talem confiteri sacramentaliter, sed potius diabolica vti astutia ad confessarium peruertendum; tunc quidem confessarius huiusmodi hæreticum liberè manifestare poterit. Simanc. d. tit. 42. nu.

25. Salzed

15. Salzed. ad prax. Diaz cap. 109.
Viuald. de confess. num. 15. pulchrè
D. Menoch. de arbit. cas. 414. n. 12.
Michael Salon in 2. 2. q. 70. contr.
3. ar. concl. 5.

Aduertendum quidem est, quòd
16 confessarius † sciens audita in con-
fessione alia via ante, vel post cõfes-
sionem reuelare, & deponere potest,
& debet præsertim virtute monito-
rij in iudicio; aliàs non paruum ve-
ritati, & iustitiæ præiudicium fieret;
quia sacerdos per id, quod audiuit
in confessione, nullum ius amisit,
quod ante confessionem habebat,
ideo si ante confessionem dicere po-
terat, eodem modo postea dicere po-
test. Nau. in c. sacerdos de pœni. dist.
6. nu. 161. quod procedit præsertim
in delictis cõmittendis. Mar. Delrio
tom. 3. disq. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2.
vers. secundus casus. Suarez tom. 4.
disp. 33. sect. 3. nu. 7. Hinc si huius-
modi confessarius vocaretur in testẽ
vel per litteras monitoriales nõ pos-
set iuratus respondere citra men-
dacium se nescire, si est aliàs publi-
cum, postquam scit, vt homo, ergo te
netur candide respondere veritatem
etiamsi non per visum; sed si legiti-
ma haber indicia, potest id in iudi-
cium deferre, & reuelare, secundum
communem Theolog. in 4. dist. 21.
Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q.
358. post Sot. in 4. dist. 18. q. 4. & de
rat. teg. secr. mem. 5. q. 4. concl. 5.
dub. 5. facit Pau. Fusc. sing. 25. lit. e,
vbi notabis, inquit, quòd si Episco-
pus sciat peccatum alicuius aliter,
quàm per confessionem, licèt postea
pœnitens confiteatur sibi, potest cir-
ca alia pœnitentiam imponere, & in
illo publicè punire, ex quo primò
sciebat, & citat Arch. in ca. sacerdos
circa med. de pœnit d. 6. dummodo
non vtatur scientia confessionis ad
agendum, siue puniendum illũ, vel
noua indicia inquirenda. Suarez d.
nu. 7. Imo secundum Crauet consi.
267. num. 2. quem sequitur Caroc.
tract. de reuel. confess. q. 24. si incõ-
tinenti finita confessione, & data
absolutio, necantequam pœnitens sur-
gat, confessarius interroget confiten
tem, an sit debitor alicuius, & si res-
pondeat, quòd sic, eo in casu cõfessa-
rius poterit liberè deponere.

Cauendum tamen est a scandalo,
17 vt videlicet † confessarius, quæ au-
diuit in confessione, nullo modo ma
nifestet, nisi primo certissimè sciat,
& possit probare per idoneos testes,
& adducere causas, & indicia, quib.
illud aliàs nouit, ne minima oriatur
suspicio reuelationis confessionis: se
cundò, quòd patefacere expediat, nẽ
pe pro bono publico valde necessa-
rio, vel graui damno tertiæ personæ
aliàs potius est tacendum: vt ex Ale.
de Ales, & Adrian. IIII. de confes-
sion. dub. vl. docet Victor. in summ.
de confess. q. 186. Caroc. tract. de re-
uel. confess. q. 10. Mart. Delrio lo. ci.
Suarez d. nu. 7.

18 Nec ad sigillum † obligatur con-
fessarius, vbi quis ei secretũ aliquod
perniciosum communicaret, etiam
præmisso crucis signo, genibus fle-
xis, & recitato confiteor, quasi ape-
riendo peccata sua; sine tamen pro-
posito manifestandi alia sua pecca-
ta, & absolutionem accipiendi; sed
potius, vel ratione amicitiæ, vel quę-
rendi auxilium ad peccatum. Inno.

& Pan. cum cómuni in c. omnis. de pænit. & remis. quia talis reuelatio non est sacramentalis, nec vera confessio. Sot. de rat. teg. m. 2. q. 7. Caie. 2. 2. q. 70. ar. 1. Nau. in c. inter verba concl. 6. num. 621. 11. q. 3. Lud. Lopez in instruc. consc. par. 2. cap. 10. Caroc. tract. de reuelat. confess. q. 3. num. 3.

19 Vnde † consuetudo detegendi aliquid alicui secretò, & sub sigillo cōfessionis, nisi fiat integra confessio peccatorum, nō obligat ad sigillum confessionis; & ideo iuridicè interrogatus, vel per litteras monitus tenetur talē secretum, & delictum reuelare, etiam nullo obstante iuramento. Nau. in man. c. 8. num. 17. & ca. 18. nu. 55. & latè diximus in præcedenti quæst. quod intellige secundum D. Menoch. libro 1. de præsump. q. 89. nume. 17. & Farin. tom. 1. prax. crim. q. 51. nu. 115. de delicto committendo; quamuis si graue damnū inferretur occultatione illius criminis commissi, teneri quoq; illud. sic reuelare fateantur D. Menoch. & Farin. loc. cit. doctiss. duo Iurisconsulti modemi. Et hoc procedit præsertim in laico, cui sigillum secretæ confessionis non est iniunctum, sed sacerdotibus. Abb. in cap. si sacerdos de offic. ord. post Inno. in c. qualiter de accus. nu. 3. optimè D. Menoch. de arbit. iud. cas. 537. nu. 30. & cas. 355. nu. 4. Card. Tusch. to. 2. pract. cócl. lit. C. concl. 686 nu. 5. Decian. tract. crim. tom. 2. c. 17. num. 24. Caroc. tract. de reuel. confess. q. 2c.

Quarè summopere cauendum est 20 † ne sacerdotes vnquā aliquid sub sigillo confessionis accipiant, quādo non est confessio, sed aliquod secretum; nam tūc accipi debet sub secreto, & non sub sigillo confessionis, quia fit iniuria sacramento, & cum non sit materia confessionis, casu dari potest, vt sacerdos reuelare teneatur, & inde scandalum oriri posset pusillorū, qui distinguere nequeūt, quænā sit cōfessionis materia, vt no. Corra. in resp. cas. cōsc. par. 1. q. 332. Rebuf. ad cap. omnis. in vltimo not. ampl. 9.

21 Prædictis adde etiam primo † nō peccasse confessarium, qui audita cuiusdam mulieris confessione, quæ in habitu viri introducta fuerit in quendam conuentum ad malos fines admonuit Prælatum illius conuentus, vt prouideret tacita persona confitentis, quia hoc non est contra sigillum; sed confessarius potest, & debet impedire, nè peccatū sibi confessum, iterum committatur, sine tamen reuelatione personarum confitentium, & absq; periculo, ne a superiore per eam reuelationem delinquens coniiciatur. Nau. consi. 11. de pœnit. & remis. Sair. in florib. decis. lib. 5. tit. 22. decis. 17.

22 Secūdò, † quòd siquis in cōfessione dixerit sacerdoti se velle cómittere homicidium in personam talis, nec posse huic tentationi resistere, confessarius, ne sequatur delictum, poterit generalibus verbis nō exprimendo, siue propalando personam, monere illum, cui paratum est malum, vt caueat tali loco, & tempore, ita arg. cap. hoc videtur. 22. q. 5. tradunt Ripa tract. de peste §. fin. a nu. 104. Gigas de crim. læsæ maiest. in rub. qui accus. pos. q. 18. Ant. Gabr. comm.

cōm.concl.lib.7.concl.vlt.de malef.
nu.20. Baiard. ad prax. Clari §.fin.
q.87.nu.4. vbi communem dicit eſ-
ſe Canoniſtarum, quod ſemper in-
telligendum erit, modò non ſit peri-
culum, vt prodatur, vel deprehenda-
tur perſona confitentis iuxta præ-
dicta.

Contrarium tamen tenent com-
muniter Theologi in 4.diſt.21.nem
pè confeſſarium nullo modo poſſe
reuelare peccatum committendum
in confeſſione ſacramentali auditū;
& hāc ſententiam ſequuntur vti tu-
tiorem, & verā Martin. Delrio tom.
3.diſquiſ.magic.lib.6.c.1. & latiſſi-
mè P.Suarez tom.4.diſp.33.ſect.1.
23 nu.2. vbi inquit; certum eſſe † obli-
gationem præcepti de ſigillo confeſ-
ſionis tantam eſſe, vt in nullo caſu,
& ob nullum finem, etiam pro tuēda
da tota republica ab ingenti malo
tēporali, aut ſpirituali, violare illud
liceat; & tradit ita docere omnes
Theologos in 4.diſtinct.21. vbi D.
Thom.q.3.art.1. vocat contrariam
ſentētiam erroneam, & expreſſe ha-
betur in c.ſacerdos.de pœnit.d.6.ob
nullum ſcandalum vitandum, fran-
gendum eſſe hoc ſigillum.

Has autem opiniones conatur
Vincen.Caroc.tract.de reuel.cōfeſ.
24 q.9.† ſic conciliare, nempe Theolo-
gorum ſentētiam procedere, quando
confeſſarius ſcit in confeſſione verè
ſacramentali; ſecus in confeſſione
de committendis, quæ ſecundum
eum, non eſt Sacramentum, nec ve-
ra confeſſio. Sed in hoc aduertas,
quod ſi quis animo confitendi, ſeque
clauibus ſubijciendi accederet, & ſic
confeſſionis ſigillo rem ſubijceret;
quamuis non fuerit perfecta confeſ-
ſio, & valida, non eſſe tunc licitum
detegere, ne Reipublicæ quidē pro-
ditionem, vt diximus ſupra nu.14.
& probat Martin. Delrio loc.cit.
niſi modo relato ſup.num.15.

CA-

# CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVAESTIONVM

## Vtriusq; Fori tam interni, quàm externi,

### SECTIO TERTIA.

In qua pariter explicatur præcipuè, qui monitorialium vi ad restituendum, vel propalandum teneantur.

### QVAESTIO I.

Si feratur monitorium in omnes, qui habent tales scripturas, vel instrumenta, vt intra certum terminum producant, & scientes reuelent, qui obligentur edere, vel reuelare.

*SVMMARIVM.*

1 *Scripturæ possunt esse in quadruplici differentia.*

2 *Scripturæ publicæ, vel propriæ rei, vel actoris, vel communes quæ dicantur.*

3 *Scripturas publicas reus prodere, & scientes reuelare tenentur, & quomodo.*

4 *Scripturam authenticam non habens, sed eius transumptum illud prodere non tenetur.*

5 *Notarij tenentur scripturas ex officio edere, & quibus personis.*

6 *Scripturas proprias rei cur non teneatur ipse prodere, nec scientes reuelare.*

7 *Iudicia ordinaria, & summaria quo ad scripturarum editionem æquiparantur.*

8 *Scripturae communes reo, & actori quando non obligetur reus producere.*

9 *Obligatus ad certam pensionem, de qua ipse habet titulum, ad illum ostend. per monit. cogi potest.*

10 *Scripturas actoris quando reus prodere non teneatur.*

11 *Reus an, & quando ad coadiuuandam actoris intentionem scripturas edere obligetur vi monit.*

12 *Scripturam proauorum meorũ fauentẽ ad ius alterius quando edere teneat. Peccans contra iustitiam est obligatus ad restitutionem.*

13 *Quomodo cognoscendum, an per monit. noua obligatio imponatur ad probandas scripturas, an verò exigatur antiqua. & nu. seq.*

Præ-

PRemittimus pro responsione, & resolutione huiusce quæstionis,
1 quòd † scripturæ possunt esse in quadruplici differentia: vel enim sunt publicæ, vel propriæ rei, vel propriæ actoris, vel communes reo, & actori.

2 Publicas appellamus illas † quæ continent acta causæ in iudicio, nempe confessiones, interrogationes, responsiones, & cæteras obligationes in iudicio factas: Acta enim dicuntur omnes scripturæ in iudicio factæ coram iudice, & manu publica, idest tabellionis ad hoc deputati conscriptæ, vt declarat ex Alex. in l. acta. & in l. actorum. ff. de re iudic. Philip. Massinius insignis eruditionis vir, præsertim in scientia legali ad rubr. C. de eden. nume. 42. circa med. instrumenta autem, siue scripturas rei vocamus, quæ pertinent ad ius ipsius rei, & numerantur in bonis ipsius, licet in illis aliqua dicantur, quæ faciant pro iure actoris, & faueant illi. Scripturæ verò communes dicũtur, quæ tam pertinent ad ius rei, quàm ad ius actoris, & tã in bonis actoris, quàm in bonis rei numerari possũt, tamen reus est possessor earum. Proprias autẽ actoris vocamus, quæ solum pertinent ad ius illius, & solũ numerantur in bonis illius: ita colligitur ex traditis per Sair. in claui libro 12. c. 20. nume. 30. & ex D. Menoch. de arb. iud. cas. 499. & Philip. Massin. loc. cit.

3 Instrumenta ergo † siue scripturas publicas reus prodere, & scientes inuolato vi monitorij tenentur, quia illę ad publicum iudicium pertinẽt, & consequenter ad publicam iustitiam sunt exhibendæ, siue edendę, & reuelandæ, vt constat ex c. 6. perpetuus Vic. de fide instru. Henriq. in sum. lib. 13. ca. 18. nu. 2. lit. F. & latè probat Phil. Massin. in l. 1. C. de eden. num. 78.

Non tenetur tamen reus exhibere illas, sed tantum reuelare esse penes acta curię, vel apud talem notarium reperiri, si bona fide, & iure eas habet, Graff. consi. 6. nu. 29. de sent. excom. & optimè declarat Massin. d. nume. 78. vers. primum igitur. Ita etiam, vbi per monitorium præcipitur, vt qui habet talem scripturam,
4 eam prodat † qui eius transumptum habet, non vero scripturam autenticam, non tenetur illud prodere, quia nec sunt idem, neque in iudicio transumptum facit æqualem fidẽ. vulg. iur. & tradit Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 3. nu. 12. Henriq. loc. cit. & dicit Berous in ca. 1. nu. 64. de probat. post Innoc. & Boich. ibi. reum teneri solum edere copiam illius capituli, super quo est controuersia, quando scilicet habet scripturam authenticam, ita tradit Io. Baptista Magon. in lucern. morali par. 2. titu. de fidel. notar. c. 25. nu. 7. vbi per tot. cap. cũ seq. optimè declarat hunc artic.

5 Hinc infertur, quòd † notarij, quorum officium est publicum, cũ teneantur edere instrumenta, & scripturas ex officio non tantum ei, qui tales scripturas conscribi mandauit, sed ei, de cuius re in eis agitur, & ad hoc cogi possint, vt de veriori, & magis recepta opinione Baldi, Ripæ, Alcia. in l. 1. C. de eden. & Felyn. in c. 1. de prob. nu. 13. & Dec. ibi num. 47. tradit D. Menoch. de arbitr. cas. 499.

499.nu. 8. consequenter per huiusmodi monitoria eas propalare, & edere sine dubio obligantur. Vnde deduci potest, quàm graue peccatū sit illius notarij exiguæ fidei, qui ab actore promissis, & muneribus allectus negat se rogatū fuisse de aliquo instrumento, quod multum facit ad causam rei aduersarij, qui successit in factum alienum in eius notabile dannum: vide Graff. par.1.lib. 3.ca. 9.num.3.& Ioan.Petr. Ala tract.de aduoc.christ.q.45.

6 Propria autem † rei instrumenta, siue scripturas, nec ipse prodere, nec testis reuelare tenetur, quāuis faciāt pro iure actoris.l.1.& l.vltim. C.de eden.c.1.de probat. pulchrè D.Menoch.d.cas.499.nu.1.quia non tenetur reus arma contra se aduersario præbere.d.c.1.de prob. l.nimis graue.C.de testib. propria enim instrumenta, quæ apud se habet, & tanquā sua legitimè possidet, in fauorem sui aduersarij prodere nō cogitur, absq; speciali, & iusta causa, vt boni communis, & necessitatis publicæ, vel grauissimi petentis interesse, iuxta not. in d.c.1.de prob. vbi glo. Abb. Dec. & alij id latius declarant. D. Mar. Antonin.lib.2.var.resol.vlt.cas.12. D.Menoch.d.cas.499.num. 1.& 2. vbi addit aliam rationem, ne scilicet negligentia actoris, qui ad iudicium paratus venire debet, noceat ipsi reo, contra text.in l. 1. ff. si mensor. fals. mod.dixe.& l.magna.ff. de verbor. obligat.

Et hæc quidem sententia habet
7 locum † etiam in iudicijs, in quibus proceditur de plano, & summariè, ac secundum æquitatem.ita Ancha. in clem.sæpe colum.15.de re iud.& apertius D.Menoch.d.cas.499.nume.2.& Philip.Massin.in d.l.1.C. de eden.vbi a nu.49.& seqq. agit de editione scripturarum iudiciali, & extraiud. & alijs diuersis editionib.

8 Quando verò scripturæ † sunt cōmunes reo, & actori, nō videtur obligatus reus ad producendas illas, si faciant pro iure alterius, & contra ius proprium rei; quia cū sint vtriq; communes, & in bonis vtriusq; numerētur, & reus sit in possessione, si cętera sint paria, melior est conditio possidentis. Sair.in claui d.c.20.nu. 31.nisi sint acta, quæ vt diximus, cū sint publica, & cōmunia, a reo proculdubio actori sunt edenda.l. 2. C. de eden.Massin.d.nu.78. Neque testis similiter eas reuelare tenetur, qa verè tunc non occultātur scripturæ, quæ sint actoris propriæ, sunt enim quoque propriæ rei, & reus est earū possessor, qui regulariter est actore fauorabilior. D. Menoch. de præsumpt.lib.2.præsump.90. nume. 12. Massin.in d.l.1.C.de eden.nu.54.

9 Verum quidem est, quod possessor † obligatus ratione rei ad certam pēsionem, de qua habet titulum penes se, potest compelli per monitorium generale nemine dempto ad ostendendum ipsum titulum, secundum Papon.libro 18.tit.7.arrest.9. quem referēdo sequitur Aretin.Tepat.in tract.variar.iuris lib.1. tit. de monitr.ecclesi.optimè D.Menoch.d. cas.499.nume.7.& seq. Amadeus a Ponte in quæst.Laud.q.44. a nu.42 & seqq. vbi declarat regulam, quòd nemo cogitur ostendere titulum suum, vide etiam Ant.Mar.de Canibus.

bus.consi.2.num.512.in mat. feud. in causa Episcopi Papiens.

10 Vbi verò reus† scripturas actoris bona fide acceptas retinet,& in causa,& lite habet certò,& euidenter iustitiam, tunc pariter non censetur obligatus esse ad prodendum illas,si prodendo iustitiam in causa, & litē perdere probabiliter timeat, vel aduersarius coget eum ad magnas expēsas,& vexationes in lite. Cordub. in tract. de cas.consc. q. 63, ad finē. Henriq.in sum.lib.13.c. 18. nume. 2.lit.F.Tolet.in sum.lib. 1.capit.9. nu.7.& in his terminis intelligi debet, quod dicit D. Menoch. d. cas. 499.nume.84. nempe reum non teneri edere actori scripturas ad supplendum defectum semiplenæ probationis,quia hoc nō esset probationem,& intentionem illius coadiuuare,ad quod aliàs tenetur, secundum Abb.in c.1.de prob. vbi Dec. num. 33.sed perfectam ex imperfecta reddere,secundum Alex.in l.1. nu. 23. C.de eden. Ad restitutionem enim, vel productionem illarum cum tanto suo damno, & incommodo non censetur obligatus, sic nec testis in tali casu eas reuelare debet, & non producendo,aut non reuelando in hoc euentu excommunicationem non incurrunt. Sair. in claui d. numero 31.

Secus dicendum, vbi euidenter li

11 tem iustam non prosequatur,†quia si actor habet iam ius, & probationes inchoata lite, & quærat maiorē probationem ad coadiuuandam suam intentionem;tunc reus tenetur edere instrumenta aliena, aut communia,actusque iudiciales,quos penes se habet, sicut reus semiplena probatione conuictus veritatem confiteri tenetur. vt ex Dec.in d.c.1.nu. 60. tradit Henriq.in sum.lib.13.ca. 18.nu.2.& pulchrè declarat Philip. Massin.in d.l.1.C.de eden. nu. 54. & 60.& in terminis Riminal. iun. consi.353.nu.40.& seqq.vol.4.vbi expresse tradit, quòd quis tenetur per monitorium docere,& producere iura, quæ suo aduersario prodesse possunt ratione peccati, de quo argueretur ex retentione,& per monitorium ad hoc compelli, vide prax. Episcopi Montis marani cap. 2.no. 1.in fin. vbi pariter pro indubitato tenet, quòd quando ex non exhibitione scripturarum maneret in mortali peccato,tenetur illas exhibere,& potest compelli censuris. Si enim fauore fisci quis tenetur edere arma contra se,iuxta communem in d.ca. 1.tāto magis fauore animæ, vt exeat a peccato, & ita fuit iudicatum in curia Archiep.Neap.vt refert Episcop. Montis marani d.ca.2.not.1.in fin. Si tamen scripturę nullo modo prodessent actori,non tenetur quis illas exhibere;secus si aliquo modo actorem releuarēt, vel essemus in dubio: ita Sot.in 4.dist.22.q.1.ar. 2. cas.3.

12 Vnde† si habeo scripturam proauorum meorum facientem ad ius alterius pro causa pecuniæ magni momenti, teneor tunc illam edere, & exhibere, nisi timeam mihi, aut patri,vel fratribus notabile damnum, vel periculum in bonis temporalibus,vel in fama,vel vita;secus si leue damnum sit futurum habita ratione ad detrimētum proximi;aliàs pecco mortaliter contra charitatem, & si

per fraudem illam celarem, aut me abscóderem, ne exhibere compellerer contra iustitiam, peccarem, & essem obligatus ad restitutionem damnorum. ita Sot. de rat. teg. ment. 2. q. 7. conclu. 3. dub. 4. Sair. in claui lib. 12. ca. 20. numero 21. circa fi. D. Menoch. d. cas. 499. nu. fin. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 3. reg. 2. circa fi. vbi dicit, quòd superioris præceptũ regulariter obligat ad exhibendam propriam scripturam, quãdo dominus nó ob id perdit dominium eius, neque vsum, nec aliquod graue incommodum inde incurrit, & id est vtile alteri, seu bono communi.

Et in hoc casu consideranda sunt
13 † verba præcepti, seu monitorij; nã si absolutè præcipiat proferri scripturas, ex quibus veritas in tali causa haberi possit, non determinando, an sint alienæ, vel propriæ; nec supponendo peccatum in eo, qui illas apud se retinet, vel occultat ante tale præceptum; tunc signum est, huiusmodi sententiam ferri ad inducendã nouam obligationem sub tali censura, & ideo per se loquendo obligare, etiamsi nullum antea peccatum esset huiusmodi scripturas retinere, ad eas edendas vel reuelandas, nisi, vt diximus, graue præiudicium habenti inferatur. vt not. Suarez dict. disp. 20. sect. 3. reg. 2. in fi. Hériq. in sum. lib. 13. c. 18. nu. 2. lit. I.

At si monitorium feratur per ver
14 ba, † quæ culpam supponant, vt contra eos, qui alienas scripturas apud se retinent, vel qui contra conscientiam, & absque Dei timore veritatẽ occultant, tunc quidem signum est, non ferri nouum præceptum, sed monitorium ferri ad corrigendum peccatum, vel ad extorquendam executionem prioris præcepti, seu obligationis, vt communiter fit. Et eo in casu non obligat eum, qui prudenter occultat proprias scripturas, quamuis partim contineant ius aduersarij collitigantis, iuxta ea, quæ superius diximus, & ex Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 4. ar. 5. & Dec. in c. 1. de prob. nume. 36. probat Henriq. d. c. 18. & Suarez d. reg. 2.

## QVAESTIO II.

**An ob monitorium teneantur restituere, vel reuelare ij, qui ex vinea aliena tres, aut quatuor racemos vuæ surripuerint, & alij totidem, non tamen conscij alienæ subtractionis, atq; ita totam, vel maiorem partem vindemiauerint, & graue damnum in toto fecerint.**

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio contra furantes, aut non restituentes comprehendit tantum notabile damnum facientes.*

2 *Monit. ob furta leuia quando obliget ad rest. vel propalandum.*

3 *Excommunicatio ferri potest non solũ pro peccato mort. sed pro graui damno reficiendo.*

4 *Prelati non debent decernere monit. pro damno a multis seorsum facto.*

5 *Damnum leue inferentes seorsum quando peccent mort. & teneantur ad restit:*

6 *Furti exiguitas quando excuset a mortali.*

7 Ser-

7 *Seruus, vel alius interpolatim rem leuem sæpe accipiens ab eadem persona quando peccet mort. & teneatur ad rest. & incurrat excom.*

*Potest quis non peccare accipiendo, peccare tamen non restituendo.*

8 *Iurans rem paruam sæpe sine intentione perueniendi ad notab. summam si perueniat, an peccet mor. & teneatur ad restit.*

9 *Furto accipiens paruas rerum quantitates animo colligendi magnam, an peccet mor. & teneatur ad rest.*

10 *Pauper quando non excusetur a peccato, & a restit. de rebus paruis a multis personis furatis.*

11 *Seruus furans quibus pœnis sit plectendus.*

Cum excommunicatio generalis † contra eos lata, qui furantur, aut malè ablatum non restituũt, solum comprehendat auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta satis sit ad peccandum mortaliter, ob id in hoc casu nullum peccasse mortaliter, nec ad restitutioné teneri, eo quòd nullus eorum damnum notabile fecit, nec est causa, vt fieret, nec ad id consensit, docet Na. in man. ca. 17. ex num. 4. & nu. 130. cuius opinionem videtur sequi P. Nau. lib. 3. de restit. dub. 8. nu. 61. & Suarez ad D. Thom. to. 5. disp. 20. sect. 2. dub. 1. ante num. 2.
1

2 Contrarium tamen verius est, & magis receptũ; quia quãuis † vniuscuiusq; acceptio fuerit in se venialis, damnum tamen ab istis omnibus simul sumptis illatum est graue, & in conscientia habita illius notitia reficiendum, vnoquoq; suam partẽ restituente, & non restituente in tali casu est mortale, quia censura ista in sta est, respectu totius damni, & fertur pro peccato mortali non restaurandi graue damnum proximi, potest † enim ferri non solum pro peccato mortali, verum etiam pro graui damno reficiendo: tenebitur ergo vnusquisq; horum sub peccato mortali, & sub pœna excommunicationis id, quod abstulit, restituere, præsertim cum non possit alio modo istius damno prouideri, nisi tamen tam paruum sit, vt pro nihilo reputetur, aut partem suam prius restituisset, tunc enim non incurreret excommunicationem: ita Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. Cordub. tract. de casibus consc. q. 70. in puncto. 1. Ludo. Lopez in instr. consc. par. 1. cap. 93. & par. 2. c. 13. in prin. Tole. in sum. lib. 1. c. 9. num. 5. Sair. de censur. lib. 1. c. 9. nu. 9. post Arrag. in 2. 2. q. 62. ar. 7. contr. 1. Henriq. in sum. lib. 13. de excom. ca. 17. §. 4. Couar. lib. 1. var. resol. ca. 3. nu. 12. & communiter receptam esse hãc opinionem testatur Suarez loc. cit. prax. Archiep. Neap. cap. 1. not. 2. Rodriq. in sum. par. 1. c. 79. nu. 16. vbi ex P. Nau. d. lib. 3. de rest. c. 1. num. 58. addit Prælatos
3

4 iuxta suum iudicium † non debere cócedere monitoria in hoc casu, sed certè hoc suum iudicium procedere posset, quando petens monitorium sciret furtum fuisse tali modo factũ, Prælatoq; significaret, & casus iste rarò continget.

5 Et dicta conclusio procedit præsertim, quando tales vineæ deuastatores † sciuerint de damno ab alijs illato, & si seorsum perrexerint, omnes

nes enim peccarunt mortaliter,& tenentur ad restitutionem illo modo sciéter cooperando ad vineam spoliandum, vt tradit Gregor. Sair.d. tract.de censur.lib.1. cap.9.num.9. Rodriq.in sum.par.1.ca.150.nu.7. Verum tamen est, quòd in hoc casu non tenetur vnusquisq;, restituere damnum insolidum, quod factum est,sed solum partem suam,quam cæpit, quòd si vnus restituat insolidum,tenentur reliqui restituere huic partes suas. Rodriq. ibid.

6 Quod autem dici solet † exiguitatem nempe furti reddere ipsum veniale,intelligi debet, quando non notabiliter damnificatur dominus. Ludou. Lopez in d. instr.consc.par. 2.c.13.vbi ex Adrian.tract. de resti. & Caiet. in summ. verb. furtum,& Nau.in man.ca.17.nu.139. subdit,

7 quòd † seruus, vel alius interpolatim per menses quolibet mense, aut hebdomada vel sæpius aliquod modicum,& rem leuem eidem personę furans, si sic in fine trium, vel quatuor annorum compleat summam notabilem, sub pæna peccati mortalis tenetur ad restitutionem; aliter si fulminaretur monitorium pro tali re, in excommunicationem incideret: potest enim quis non peccare mortaliter accipiendo ob materię leuitatem, & peccare postea mortaliter retinendo, vel non restituendo Imo secundum Rodriq. d.c.150.n. 8.non solum tenetur ad restituendũ sub pæna peccati mortalis dictam notabilem quãtitatem, sed peccauit mortaliter tales res frequenter furando, licèt ipsæ singulæ sint pauci valoris ob complacentiam,& voluntatem faciendi dictum damnum, quam habet interpretatiuè frequentando dicta furta. Et hoc procedit

8 quod restitutionem etiam si † a principio animum accipiendi in tanta quantitate non habuerit, nec præuiderit ex singularibus acceptionibus coalescere graue damnum. Suarez d.disp.20.tom.5.sect.2.dub.1.vers. in hac re. & præsertim si non solum modus, sed & factum inuito domino fuerit,vt quando famulus non ad vescendum,vt solent aliqui, sed panem,vinum,aut triticum,vel similia ad donandum acceperit, Sair.in claui lib.9.cap.15.num.22.in fi.

9 Imo furari † paruas res multorum, tamen cum intentione faciẽdi ex eis omnibus notabilem cumulum est mortale peccatum, & obligat ad restitutionem, vt concludunt Sot. & Cordub.loc.cit. Nec obstat,quod ex multis capitur parum, quia quantitas in se est notabilis; & hic habuit intentionem furandi eam; & tanto magis,si omnes vicini alicuius villę, aut oppidi aggregant triticum suum in cumulum vnum,certum quidem est,quod qui furaretur quantitatem prædictã de eo peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem: quare ergo non eodem modo tenetur, qui ex multis cumulis capit illam quantitatem; & quidem si contrariũ admittatur,esset aperire portam amplã cauponarijs,& reliquis, qui vendũt res minutim, vt possent capere parum ex singulis sine peccato mortali, & absque obligatione restitutionis,quod nullo modo dici debet.

Notandum quoque est, quòd
10 † supradicta habent locum,licet qui com-

committit furtum, sit pauper, quia paupertas, quæ non est extrema, aut magna, non dat facultatem capiendi aliena, vt dicūt Sot. & Cordub. loc. cit. quos sequitur Rodriq. d. ca. 150. in fin.

11 Quibus verò pęnis † plectendus sit talis seruus furans, vide D. Ioan. Baptistam Magonum in lucerna morali par. 2. c. 5. vbi pulchrè tradit, pecuniaria, seu corporali pęna, etiā vsque ad vitam inclusiuè, vltra rei furatæ restitutionem, talem seruum esse afficiendum, iuxta textum in l. qui ea mente. ff. de furt. & ibi Barto. Sair. in claui d. c. 15. nu. 34.

## QVAESTIO III.

**Si Petrus bona fide emit vestem a fure, quam retinet bona fide, & Antonius sciat esse vestem Lazari furto sublatam, an possit, aut teneatur Antonius Lazaro reuelare virtute monitorij.**

*SVMMARIVM.*

1 *Monitorij virtute tenetur quis ex officio propalare.*

2 *Tacens furtum, quod reuelare tenebatur, ad restitutionem tenetur.*

3 *Emens aliquid bona fide a latrone, vi monit. obligatur illud domino restituere.*

4 *Sciens aliquid fuisse ablatum, an debeat dominum rei monere.*

5 *D. Tho. Aquinatis Doctoris Angelici laus.*

Occurrit multoties, vt furto subtracta fueræ (verbi gratia,) vestis non parui momenti, Lazari, cuius causa ipse monitoriales litteras obtinuit contra detinentes, & conscios, Antonius autem nouit Petrū bona fide emisse huiusmodi vestem; modò dubitatur, an Antonius teneatur id propalare. Ratio difficultatis est; tum quia monitoriales diriguntur contra indebitè detinentes, at Petrus bona fide retinet; tum quia si Antonius reuelauerit veritatem, Petrus incurrit sine culpa iacturā pretij; si autem non manifestet, Lazarus carebit veste sua, in hoc quidem casu dicendum est, quòd, cum Anto-

1 nius † stante monitorij excommunicatione, per quod præcipitur, vt qui nouerint, quisnam vestem illam habeat, reuelare debeant, ex officio teneatur propalare. glo. sing. in c. a nobis. el 1. de sent. excom. nisi ob maiora damna vitanda excusetur, iuxta declarata in superiori q. 14. 2. sect. ad illud manifestandum, siue reuelandum proculdubio est obligatus; aliàs excommunicationem incurrit, & ad restitutionē ipse tenetur. Sair. in claui regia lib. 10. tract. 2. ca. 15. num. 17. Rodriq. in sum. par. 1. cap. 152. nu. 15. in princ. vbi expressè ex Nauar. in man. capit. 17. num. 134.

2 inquit † quicunq; ex superioris pręcepto tenetur denuntiare, aut accusare, si tacet, & dissimulat veritatem, tenetur restituere totum id, quod fur debebat in cōscientia restituere, &c.

3 Imo verò, si ipse Antonius † vestem illam Lazari haberet, quam bona fide a latrone emisset, publicatis litteris monitorialibus hac de causa, illam manifestare teneretur, reddendo illam Lazaro, quia bona fides, & igno-

ignorantia excusat ementem quoad pœnam,& peccatum;secus autem quoad restitutionem, vt traduut D. Menoch. de recuper. in 16. remed. nu. 32.& Greg. Sair. in claui regia lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 17. tit. de bonę fidei possessore. quod latius declarabitur infra sect. 3. q. 2.

Vbi verò non feratur monitoriũ,
4 quamuis† simpliciter tutius sit reuelare, vt Lazarus vestem suam recuperet; si tamen tacet, ad restitutionem aliquam non obligatur, quia tunc ex officio propalare, siue manifestare nõ astringitur. vt tradit ex doctrina
5 D. Thomæ Aquinatis † Doctoris Angelici, fideique catholicæ defensoris, ac sacrosanctæ ecclesiæ Romanę columnæ firmissimæ, qui fuit vir spiritu sancto repletus, & nunc in cęlis eternæ gloriæ gaudio fruitur, Christi Iesu meritis, in quem credidit, & a quo eius scripta viuæ vocis oraculo fuerunt comprobata, in 2. 2. q. 62. art. 7. Greg. Sair. in claui regia lib. 10. tract. 2. d. cap. 15. nu. 17. & Rodriq. in sum. d. par. 1. cap. 152. num. 15. ante fi.

## QVAESTIO IIII.

**An reuelare teneantur illi, quibus amicus manifestauit se habere centum aureos, quos Titius eundo ad bellum, vel alium locum penes se deposuit relinquendo ei illos, vt suos, si ibi moreretur, ipsosq; certos de hoc reddidit per schedulam eisdem ostẽsam, subscriptam manu ipsius deponentis, cuius charácteres illi benè norunt; si post Titij mortem, conditionemque impletam, defuncti hæredes obtinerent monitoriũ contra retinentes bona occulta Titij defuncti.**

### SVMMARIVM.

1 *Edictum monitorium contra detinentes intelligi debet de iniustè detinentibus.*
2 *Scientes, vel credentes aliquem rem iustè detinere non tenentur vi monitorij propalare.*
3 *Voluntatem qui habet defuncti pro se, licèt non solenuem potest, sibi relicta retinere.*
4 *Voluntas defuncti ob non seruatas solennitates, quando nulla, etiam in foro consc.*
5 *Casus cuiusdam sacerdotis, cui certa pecunia fuit ab amico relicta, vt in quasdam pias causas erogaret post eius obitum, an teneatur vi monit. reuelare.*

NEgatiuè respondet in hoc casu doctiss. Franc. Ripa Papiens. in suo eleganti tract. de peste titu. de remed. ad curan. pestem §. sed quia nu. 118. & seqq. qui dicit hoc practicasse; pro cuius sententia, quã approbat Greg. Sair. in claui lib. 12. capit. 14. nu. 31. circa princ. fol. mihi 970.
1 facit, quia edictum † monitorium contra detinentes intelligi debet de iniustè detinẽtibus, aliàs esset notoriè iniquum, & contineret manifestum iuris errorem; quo casu non ligaret. ca. per tuas. de sent. excomm. cap. cum contingat. vbi Pan. in pen. not.

not. de offi. deleg. sed cum iste, in cuius potestate fuerunt deposita illa cētum, ea retineat bona voluntate defuncti, ergo vi monitorij nec restituere, nec reuelare tenetur, nec pariter scientes propalare astringuntur,
2 † scientes enim, vel probabiliter credentes aliquem iustè, & debito iure rem detinere, non tenentur vi monitorij reuelare: ita Nauar. cons. 7. nu. 3. de sent. excom. vbi citat dictum Rip. vbi supra. idem Nauar. cons. 3. de censib. Greg. Sair. in claui regia loc. cit.

Nec obstare potest, quod huiusmodi scriptura fortè non probet in foro fori, quia in foro poli, & con-
3 scientiæ, de quo quæritur, † omnis, qui habet defuncti voluntatem pro se, licet non solennem, potest sibi relicta retinere, secūdum Inno. & omnes in c. quia pleriq;. de immun. eccle. quem sequuntur Bart. Alex. Ias. & alij in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in puncto tenent nouissimè Ant. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. vt nemo inuitus. super decreto nullus. nu. 8. Ioan. Baptista Baiard. ad prax. Clari §. fi. q. 27. num. 4. quod intel-
4 lige, † nisi ob defectum talis solennitatis huiusmodi defuncti voluntas irritaretur a lege super rationē præcipuè fundata, vt in seq. quæst. 23. latius declarabitur.

Et ex prædictis colligi potest, me in facti contingentia rectè respon-
5 disse cuidam Ven. sacerdoti, † penes quem amicus in eum multum confidens sine scriptura fidem saltem faciente, certam pecuniæ quantitatem deposuit hac lege, vt post eius obitū de eisdemmet pecunijs quasdam pauperes puellas in matrimonio collocaret, & capellaniam in quadam ecclesia erigeret, cum certo in statū onere, iuxta amici intentionem eidē sacerdoti significatam; non teneri huiusmodi sacerdotem amico defuncto vi monitorij ad instantiam hæredum publicati contra detinentes bona, vel pecunias occultas talis defuncti, dictam nummorum summā restituere, vel reuelare, sed tantum adimplere sibi commissa absque manifestatione. Nec pariter scientes hoc ita esse ad denunciandum obstringuntur.

## QVAESTIO V.

**Vtrum, qui bona accepit donatione, vel testamento, & fidē donatori, vel testatori dedit, se illa bona filio spurio donatoris, vel testatoris redditurum, teneatur vi monitorij ad instantiam hæredum ab intestato publicati veritatem manifestare, ipsisque heredibus restituere, vel fisco, aut filio spurio, vel possit sibi ea retinere.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Pater nec per se, nec per interpositam personam potest aliquid relinquere filio spurio.*

2 *Hæres, vel donatarius, qui secretè promisit restituere spurio an iudice interrogante teneatur propalare veritatem, & nu 9.*

3 *Hæres institutus data fide de rest. hæreditate spurio, quibus restituere te-*

*teneatur, & num seq.*

4 *Hæres vel donatarius data fide institutus cur possit tutò hæreditatem sibi retinere ante iudicis sententiam.*

5 *Spurius accipiens hæreditatem patris cur eam restituere teneatur, non verò alius hæres, etsi tacita fide institutis.*

6 *Spurius an possit præscribere hæreditatē paternam, & quando.*

7 *Spurius quando possit licitè accipere, & retinere bona patris sibi restituta ab eo cui pater sic illa commisit.*

8 *Bart. opinio in l. vlt ff. de his, quib. indig. reprobatur.*

9 *Veritatem fateri coram iudice quando quis non teneatur.*

10 *D. Io. Baptista Costa in tract. de portione rata q 4. nu. 2. declaratur.*

11 *Fiscus potest auferre bona ab eo, qui fidem dedit de eis restit. spurio.*

12 *Fiscus cur auferat bona ab eo, qui fidē dedit de eis restit. spurio, secus si pater illa intentione palam spurio relinquat.*

13 *Hæres, qui fidem accomodauit de resti. incapaci, an perdat totum, vel pro rata.*

14 *Hæreditas in casu manifestationis fidei datæ de eis rest. incapaci an ad secularem, vel ecclesiast. fiscum pertineat.*

15 *Hæres secretè grauatus restituere bona incapaci, si hoc deferat, consequitur tertiam hæreditatis partem.*

16 *Fidicommissarius incapax seipsum deferens consequitur dimidiam bonorum omnium.*

17 *Legatum vxori factum per interpositam personam, si ipsa hoc fisco deferat, quid lucretur.*

18 *Notificans iura, & bona fisco deuoluta quid consequatur per const. nou. Mediolani.*

19 *Deferenti seipsum post delationem ab alio factam, vel post iudicis interpellationem nihil debetur.*

20 *Institutus sine pacto, sed spe, quod restituet spurio, an possit sibi retinere bona, vel spurio restituere.*

21 *Hæres grauatus restituere bona arbitratu suo, tunc spurio restituere potest.*

22 *Fraus fidei accommodatæ ex quibus probetur.*

23 *Legitimatus potest a patre hæres institui, idem est in nepote ex filio, num. seq.*

24 *Spurius cur institui possit hæres a fratre suo, vel ab alijs transuersalibus.*

25 *Spurijs filijs debentur alimenta de iure canonico.*

26 *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. declaratur.*

27 *Presbiter an alimenta præbere, & relinquere possit tuta conscientia filio suo spurio.*

28 *Clerici filias suas spurias dotare possunt.*

29 *Filiis spuriis relinqui possunt alimenta a patre, si aliunde non habent, quo se alant, &c.*

30 *Alimenta cur spurio defuncto non transeant ad eius hæredes, sed ad patrem spurij.*

31 *Dos data spuriæ ea mortua, etiam cum filiis restituenda est patris spuriæ, & cur.*

32 *Dos data spuriæ succedit loco alimentorum, quæ vita finiuntur.*

33 *Maritus sciens vxorem suam spuriàm cur teneatur reddere patri, vel eius hæredibus residuum præter alimenta, secus ignorans.*

34 *Ma-*

34 *Maritus sciens vxorem, quam ducit, spuriam, quando lucretur bona dotalia.*

35 *Dos spuriæ quando debeat reuerti ad hæredes partis etiam ipsa viuente.*

DVbia, & difficilis est apud scribentes quæstio, ad quid teneatur ille, cui relicta sunt bona vel per testamentum, vel per donationẽ, data fide de eis restituẽdis filio spurio:
1 certum quidem est, quod † pater nec per se, nec per interpositam personã iure potest aliquid relinquere filio spurio. l. is qui ex bonis. ff. de vulga. & pupil. substitu. vbi Bar. & Iaf. nu. 10. Boer. decis. 127. num. 8. & 14. & in pũcto firmat D. Menoc. de arbr. cas. 459. nu. 27. Rim. iun. cons. 447. nu. 32. & 33. vol. 4. vbi reddit rationem, quod limitandum est, nisi aliquid relinquat pro necessariis alimentis, vt infra dicemus. Bart. in l. vlt. ff. de his quib. vt indig. inquit, puto salua Theologorum ratione legaliter loquendo, quòd hæres ita institutus teneatur dare fisco secundũ conscientiam, neq; possit dare spurio, vel sibi retinere; quod patet, quia retinendo est possessor malæ fidei; id autem, quod non est ex fide peccatũ est: sic ille: idem affirmant alij, quos refert Couar. in epit. de matr. par. 2. cap. 8. §. 5. nu. 9. & videtur hæc sententia communis Iurisconsultorum; Imo addit Bar. ibidem, quem multi sequuntur iurisperiti, teste Couaruuia, quòd si † talis hæres, vel donatarius fuerit a iudice legitimè interrogatus, num fidem præstiterit testatori, vel donatori de reddenda hereditate, vel donatione filio illi spurio, cogitur veritatem confiteri, vnde secũdum Bart. ad monitorium veritatem propalare cogitur.
2

Sotus autem lib. 4. de iust. q. 5. ar. 1. in 4. argum. ad fi. sentit ante vllã iudicis sententiam, & condemnationem delicti † talem hæredem debere restituere legitimis hæredibus ab intestato, & sic ad monitorij interpellationẽ teneri restituere, vel propalare, & subdit, quòd si hæredes ab intestato non extarent, pauperibus restituere teneretur: & ratio est; quia hæres sic institutus hæreditatis capax non est; fisco autem dare minime debet, nisi condemnetur, quia ante condemnationem fiscus ad illa bona ius non habet. ita Ludou. Lopez in instr. consc. par. 2. c. 19. q. 2. vbi tamen intelligunt de bonis amico datis a clerico sub tali pacto, vt ea redderentur filio spurio.
3

Sed longè verius existimo cum Azor. par. 2. inst. mor. lib. 2. c. 10. q. 4. quod tradit Couar. in d. epit. de matr. c. 8. §. 5. n. 8. communem secutus opinionem, nempe † talem hæredem, vel donatarium posse tuta conscientia sibi hæreditatem, vel donationẽ retinere ante iudicis sententiam, qua fisco illa addicatur: nam in illa dominium quæsiuit per institutionem sibi factam, licet possit ea priuari in pœnã criminis, vt pulchre sentit Bald. in l. si quis presb. C. de Episc. & cler. quem cit. & sequitur Naua. consi. 8. num. 5. de testam. at pœna non debetur, nisi secuta delicti condemnatione. gl. solen. & recep. in ca. fraternitas. 12. q. 2. Na. ibid. Nec tenetur consanguineis defuncti, aut succedentib. ab intestato
4

Pet. Ant. Lazario Papien.

Q ea

ea bona restituere; nec minus filio
spurio, quamuis, si ea sibi accepisset,
posset postea spurio vti extraneo li-
berè donare, vel testamento ei relin-
5 quere, vt infra dicemus. Vnde † non
idem iuris est de hærede, quod de fi-
lio spurio, si hæreditatem accepisset,
spurius enim hæreditatis capax non
est. Auth. licet. in fi. C. de natura. lib.
& §. fi. Auth. quib. mod. na. effic. sui
iu. Natta cons. 302. per tot. ita vt nec
etiam per fideicommissum ei quic-
quam relinqui possit. §. 1. Instit. de
fideicom. hæred. & ideo debet eam
restituere legitimis hæredibus testa
6 toris ante iudicis sententiam. Nec †
prodest ei, si lungissimo tempore eã
possedisset, quia præscriptionis præ-
sidio nõ fruitur, nisi ex iusto errore,
& ingnorantia suorum natalium
ductus possederit per 40. annos, quia
tunc tutus est omni tempore, vt ex
Peregr. de fideicom. ar. 23. tradit D.
Costa tract. de fact. sc. & ign. cent. 2.
dist. 19. nu. 1. hæres verò institutus
per leges non est factus inhabilis ad
hæreditatem, etsi grauiter peccaue-
rit, quia promisit se hæreditatẽ spu-
rio traditurum volendo fraudare le-
gem bonam per illam tacitam fidẽ.
ita Azor. loc. cit. & Nau. d. cons. 8.
num. 3.

Dicit tamen Lud. Lopez d. par.
7 2. c. 18. q. 2. quod † si pater commit-
tat aliquid amico data fide, vt illud
tribuat suo filio ex adulterio susce-
pto, amicus hic tenetur ius naturale
seruare, hoc est dare filio, & filius po
test licitè tunc accipere, & retinere,
perindè atq; si esset extraneus, & sic
omnia bona sua dare potest pater,
filijs, si careat legitimis; sed si filij ex-
tant legitimi, non potest eos exhære-
dare, nisi vsq; ad quintam partem:
neq; hic interuenit peccatum, & ra-
tionem adducit; quia cum lex sit in
odium filiorum, non est dilatanda
vltra id, quòd sonat, sed lex tantum
prohibet illum esse hæredem, ergò
extra testamentum pater sua bona
donãs adulterinis filijs hac via non
agit cõtra rigorem legis, neq; in eius
fraudem, quia lex pęnalis tantum
ad id obligat, quod sonat. Verum
quidem est, quòd si fiscus petierit,
standum erit foro exteriori: ita etiã
tenet Corrad. sequens Lopez in
respons. cas. consc. par. 2. q. 255. in
fine. quam opinion. Lopez declara.
iuxta ea, quæ infra dicemus.
8 Nec obstat, quod dicit † Bar. in d.
l. vlt. illum hæredem esse malæ fidei
possessorẽ, quia tutò possidet, quo-
usq; iudicis sententia condemnetur,
crimine verò condemnato retrotra-
hitur sententia vsq; ad diem cõmis-
si sceleris, & aufert ab eo fiscus hæ-
reditatem, & omnes fructus hære-
ditatis extantes. Azor loc. cit. d. q. 4.
9 Nec obstat, † quòd teneatur corã
iudice fateri veritatem, quia si occul-
tum est crimen, nec vlla infamia,
vel semiplena probatio antecessit,
nullo iure cõpellitur ad id confiten-
dum, cum contra, vel præter ius de
crimine interrogaretur, vt docent
Couar. & Azor loc. prædic. & sic in-
10 telligi debent † tradita per D. Costã
in tract. de port. rata q. 4. n. 2. dum
inquit, in praxi receptum esse, vt for-
mentur positiones contra fiduciariũ
hæredem, an accommodauerit fidẽ
de dando incapaci, quibus cogitur
per iuramentum credulitatis respon
dere,

dere, aliàs habetur pro confesso, modò tamen, vt ipse declarat, positio cõtineat tempus præcisum, alioquin iustè detrectabit reus respondere positioni.

Vbi tamen probari posset, quòd
11 † illi defuncto fidem accommodasset, tunc fiscus posset illud auferre tanquam ab indigno, vt in casu, in quo consuluit Socin. cons. 84. lib. 4. vt refert Clar. §. fi. q. 79. in fin. & in §. testamentum q. 31. nu. 3. vbi inquit, quod secus esset, si pater in testamento, & palam filium spurium hæredem institueret, quia cum relictum nihil valeat, & pro non scripto habeatur, fisco nõ applicatur, sed illud defertur venientibus ab intestato, vel hęredibus institutis, si qui extant. Bar. in l. fi. nu. 8. ff. de his quib. vt indig. Nau. cons. 8. de testam. nu. 3. D. Io. Baptista Costa tract. de fac. sc. & ign. cent. 2. dist. 19. n. 7. Decis. Auenion. decis. 14. optime Rimin. iun. cons. 380. vol. 4. nu. 47. ex l. non intelligitur. in princ. ff. de iur. fisci. & est communis conclusio, vt testatur Clar. loc. cit. & ratio differentiæ
12 est, quia † quando relinquit filio spurio relictum, habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax, vnde fiscus non habet, a quo auferat, sed quando relinquitur alteri, qui fidem accõmodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax; sed quia fidem dedit in fraudem, fiscus ab eo aufert tanquam ab indigno: quare iste fideicõmissarius sibi cauere debet, ne id per ueniat in notitiam fisci, quia si id veretur, consultius est fisco patefacere, rationibus infra dicendis.

13 Sed quæritur † an hæres accommodata tacitè fide de dando, seu restituendo incapaci perdat totum, vel duntaxat illam ratam partem, quã clam restituere spopondit? Respõdeo cum D. Costa d. trac. de port. rata q. 4. nu. 5. per text. in l. ex facto §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. tantum ratã sibi vindicare fiscum, detecta fraude, vt pęna commẽsuretur delicto. l. rescriptum. ff. de his, quib. vt indig. & facit optimè simile apud Afflict. decis. 69. nu. 8. & late probat D. Costa loc. cit.

14 Rursus dubitari potest, an † in casu manifestationis accomodatę fidei præfata hæreditas ad ciuilem, & secularem, vel ad ecclesiasticum fiscũ pertineat. Resp. secundum communẽ sententiã testib. Couar. & Azor. loc. cit. ad fiscum secularem pertinere, si talis hæres sit laicus, quamuis testator, & filius spurius clerici sint; quia talis hæres est iam factus dominus illorum bonorum.

15 Quid si talis † grauatus restituere bona incapaci denunciet, siue deferat fisco dispositionem hanc: Naua. cons. 8 de testam. n. 8. & D. Menoc. de arbr. cas. 198. num. 37. & seqq. tradunt, quòd talis hæres tertiã partem totius hæreditatis consequitur, sicuti Constantinus statuit in l. vnica in princ. C. de his, qui se defer. lib. 10. cuius verba hæc sunt Is, cuius tacitæ fidei commissa fuerit hęreditas, statim officio grauitatis tuæ nũciet, & gesta prodat, & continuo quod actum fuerit, renunciet, & post hanc fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. ita admittit Bart. in l. senatus. ff. de iure fi-

sci.quod procedit in quolibet alio tale factum denunciante, secundum Nau.loc.cit.

16 Quando verò ipsemet † fideicommissarius, siue spurius, cui relinqui non potuit, seipsum fisco denũciat, in hoc casu consequitur delator iste dimidiam partem ipsorum bonorũ sibi relictorum, vt in d.l.vnica, vers. quod si.& l.senatus.§. senatus.ff. de iure fisci. Naua. & Menoch. d. cas. 198.nu.38.& hoc procedit, quando ipsemet fideicommissarius incapax seipsum defert, antequam sibi restituta fuit ipsa hæreditas; secus si post, tunc enim nisi quartam partem, siue dimidiam dodrantis, non autem totius assis consequitur, vt habetur, in l.cum tacitum.ff. de iure fisci, & declarat D. Menoch.d.cas.198.nu. 42.

17 Quod quidem habet locum † in legato facto a marito alicui, qui tacita fide restituat vxori contra ciuitatis statutum, de qua re infra in hac sec.2.q.26.latè egimus; nam si ipsa, cum sit incapax talis legati. D. Menoch.de atbr.cas.459.nu. 28. (redditur enim inhabilis quoad hoc ab ipso statuto) deferat fisco hanc testatoris dispositionem, ipsa dimidium lucratur, si alius, vt legatarius, tertium, quod vxori donare potest, reliquum vero accipit fiscus.d. l.cum tacitum.& expresse tenet Naua.loc. cit.& ita fuisse declaratum Bononię audiui:& hæc procedunt in alijs casibus in quibus bona, vel iura fuerint deuoluta, & applicata fisco, quia in huiusmodi casib. præsertim

19 † in dominio Mediolani ex iure nou.constit.in tit.de præfect. annonæ.c.in omnibus. quicunq; detulerit, vel notificauerit fisco bona, vel iura ad fiscum spectantia, de quibus notitiam non habeat, tertiam partẽ eorum bonorum, & iurium notificatorum lucratur in notificationis præmium, modo id faciat intra sex menses a die, quo acquisitum sit ius fisco, & si secretò voluerit, tenebitur: ita etiam tradit D. Menoch. d. cas. 198.nu.6.& seq. vbi plures casus in dicto Dominio in praxi secutos refert, & declarat.

19 Prædicta tamen intellige † quando hæres, vel fideicommissarius aut vxor statim, & spõte deferunt; secus si ab alijs prius fuerit hoc negotium delatum, vel vi monitorij denunciauerint, vel ob iudicis interpellationẽ præcedentibus indicijs detulerint, hoc casu premium nullum seipsum deferenti datur.l.edicto.§.cum ante ff.de iure fisci, & notat D. Menoch. d.cas.198.n.44. vbi latè, & pulchrè explicat hunc art.

20 Quid autem sit dicendum † quando pater bona sua reliquit extraneo absq; vlla conditione, & pacto, vt ea vel partem filio spurio restituat, concepta tamen spe, quia credit, & sperat ipsum ea bona restituturum. Respõdet Conat. loc. cit. quem sequitur Azor.d.p.2.lib.2.c.10.q.5.tuta conscientia illum posse sibi retinere, ac tutò etiam posse ea filio spurio tradere; quia non tradit ex debito bona patris, sed gratis, ac liberaliter donat vt sua, & hoc locum etiam habet in eo, qui ea bona acceperit, sciens sub ea spe esse sibi relicta, facit Hie. Laur. in decis. Auenion.decis. 42.num. 5. dum inquit spurium (cessante fraude)

de) institui posse ab herede patris, & in paternis bonis.

Imo secundum Bal. cons. 242. in 2. vol. Corn. cons. 236. vol. 2. quos referunt, & sequuntur Couar. loc. cit. nu. 5. & Cardinalis Paleot. trac. de noth. & spur. cap. 44. quando

21 † testator instituit hæredem, & rogat eum, vel fidem accipit ab eo, vt restituat hæreditatem arbitratu suo, cui, & quibus voluerit, tunc hæres potest hereditatem restituere filio spurio testatoris, & hoc habet locum in conscientiæ foro, secundum prædictos, & etiam in iudiciali, si talis hæres sic institutus hereditatem sibi peruentam ipsi spurio in testamento relinquat, quia tunc non præsumitur factum in fraudem; nec fiscus ipsa bona ab eis auferre potest. Bart. in l. is qui. num. 3. vbi Alex. num. 6. ff. de vulga. & est communis sententia. Clar. in §. testamentum q. 31. n.

22 5. Quod intellige, vt procedat † nisi aliquæ coniecturæ fraudis concurrerent, puta quia ille institutus, dum viueret, permisisset istum filiū spurium huiusmodi bona possidere, vel similes, vel quando is, cui pater bona sua donauit statim, vel ex paulo temporis interuallo ea spurio reddiderit. ita Couar. d. num. 5. & Clar. num. 5. & pulchrè declarat D. Io. Baptista Costa tract. de portione rata q. 4. num. 11. vbi inquit, quòd cōsistit institutio, aut legatum ad fauorem patris, vel fratris vxoris non obstante statuto, quod prohibet, ne maritus possit hæredem instituere vxorem, nec eidem legare, cum non sufficiat suspicio simplex, nisi aliunde constet de fraudulentia; & sic declarari potest stat. 90. in ciuilib. Papiæ.

23 Scias tamen, quòd prædicta † omnia intelligenda sunt, primò, vt procedant in filio spurio nō legitimato; nam si esset legitimatus, posset etiam a patre hæres institui, & ei quocunque titulo relinqui; quinimo si esset a patre in testamento præteritus, illud rumperet ad instar legitimi. Clar. d. §. testamētum q. 31. nu. 6. & q. 84. & ratio esse potest, quia legitimatio est primaria institutio ad primæuum statum naturæ. c. tanto. qui fil. sint leg. & ideo illa conditio, si decesserit sine filijs legitimis & naturalib. impletur per legitimatum, vt de communi, & probabiliori opinione testatur Rol. a Valle cons. 83. num. 19. vol. 3. & latissimè Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 79. facit D. Io. Baptista Costa tract. de fact. sc. & ign. tom. 1. dist. 17. cen. 1. nu. 5. post Peregrin. de iu. fisci tit.

24 18. Secundo, vt nō procedat † si spurius instituatur a fratre suo, vel ab alijs transuersalibus, quia quoad eos non est spurius, nec reperitur prohibitum, omnia namque licēt, quę expressè non sunt prohibita. Rolan. a Val. consi. 87. num. 18. & seq. vol. 3. Rimin. iun. cons. 447. nu. 7. & seqq. vol. 4. Tertiò limita non procedere in nepote legitimo, & naturali ex filio spurio, qui institui potest, modò absit contemplationis ratio, fraudisque suspicio cesset. Crauet cōs. 868. in fi. vol. 5. Clar. in §. testamentum q. 32. D. Menoch. de præsump. libro 4. præsump. 96. nume. 19. & seq. D. Costa tract. de fact. sc. & ign. cent. 1. dist. 61. nu. 12. facit opt. Sair. in floribus.

rib.decis.cas.consc.l b.1.titu. 11. de fil.presb decis.9. vbi refert per Rot. Rom.decisum fuisse, quòd filij legitimi filiorum presbyterorum non excluduntur ab eorum beneficijs, & alijs: quàuis filij spurij omnino excludantur. Conc. Trid.sess. 25. cap. 15.de refor. Quartò limita, si pater aliquid reliquerit spurio sub conditione, si legitimatus fuerit, vel cum fuerit legitimatus. Bald.consil. 146. nu.3.vol.1.Durant.de art.testan.ti. 1.caut.vlt.nu. 15. Claud.Bertaz.in addit.cōs.437.crim.lib.2.lit.a Bart. cius, patris vbi latè. Aduertas tamē, quòd spurius a testatore patre vsufructuarius relictus, donec Rex Fráciæ hæres institutus ab eo venerit ad adeundam hęreditatem, non potest dictam hæreditatem habere, nec etiam donec impleatur prædicta conditio, cum præsumatur in fraudem legis facta, quia cum spurius sit omnino incapax, illa conditio dicitur adiecta per testatorem in fraudē, vt spurius fruatur bonis, vt præclarissimè consuluit Corn.cōsi.217.per tot.vol.3.

25 Adde etiam, quòd licet † ex iure ciuili spurijs filijs ex incestu, adulterio, sacrilegio susceptis alimenta non debeantur, vt in auth. ex complexu. C.de incest.nupt.l. licet patri. C. de naturalibus liber.ad fi.iure tamen canonico, quod in hac parte potius, quàm ciuile est seruandū, teste Couar.in epitom.par.2.cap.8. §.6. nu. 7.vbi testatur ita vsu receptum esse, & hanc esse communem doctorum sententiam, alimenta debentur, quę per naturale ius denegari minimè possunt, vt latè probat Rimin. iun. consi.380.a num.12.& seqq.vol.4.

26 Nec ius † ciuile in dicta authentica ex complexu. priuat filios spurios alimentis simpliciter vitæ necessarijs, quæ iure naturali filijs quibuslibet debentur, nec possunt lege, aut potestate humana tolli, secundum communem opinionem, sed voluit adimere filijs spurijs in odiū criminis paterni alimenta, cum possint aliūde ali, præter quā a patre. Azor.par. 2.inst.mor.lib.2.c.12.q.47. Molin. de iust.tract.2.disp.168.vers. obserua. Lel. Zecch. in sum. mot. theol. par.2.c.57.§.licet tamen.tit. de success.ad intestat. D. Io. Baptista Costa tract.de fact.sc.& ign. distin.17. cent.1.nu.5.tom.1.

27 Quod procedit etiam † in filio spurio presbyteri, cui alimenta præstare potest, & debet pater tuta conscientia non obstantibus duab. cōst. Pij V.in quib. videtur omnino decernere, & prohibere, ne patres hisce filijs alimenta præbeant, quia vt docet Nau.in tract. de spolijs cleric. §. vlt.nu.9.& seqq. dictæ constitutiones Pij V. ius commune non abrogāt, quod habetur in c.cum haberet. de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult. & est cōmunis opinio in illo cap.idem habet Rot. Rom.in nouis par.1.decis.505.Dec.in c.clerici.nu.2.de iudic. & hæc sententia, secūdum Azor. par.2.inst. mor.lib. 2.cap.12.q.4.citra periculum teneri potest, ita vt liberum sit patri nō solū ex bonis patrimonialibus, & prophanis; sed etiam ex redditibus ecclesiasticis filio spurio alimenta relin-
28 quere. Imo filias † spurias dotare, quia dos succedit loco alimentorū, secūdum communem, & Bart.in his

term.

term. in l. vxorem. §. pater naturalis ff. de leg. 3. & in puncto ex communi sententia concludit Cardin. Palæot. tract. de noth. & spur. c. 49. vbi citat Abb. cons. 50. & 115. lib. 2. Ripa in l. 1. ff. solut. matr. nu. 66. Boer. decis. 127. nu. 11. idem tenet Azor. d. c. 12. q. 5. D. Costa tract. de facti sci. & ign. tom. 1. cent. 1. dist. 61. num. 10. Nau. loc. cit. post Rimin. iun. consi. 380. a nu. 38. & seqq. vol. 4. vbi inquit, quòd causa dotis non est minus fauorabilis, quàm causa alimentorũ, vide Claud. Bertaz. loc. cit. vbi tradit, quænam quantitas possit relinqui in hoc casu pro dote.

Sed hæc omnia declara procede-
29 re primo in filijs † qui aliunde non habent, quo se alant. l. si quis a liberis. §. sed si filius. & §. solet. ff. de lib. agnosc. & tradit Nau. in d. tract. de spolijs cler. §. 19. num. 10. & scribit post alios D. Io. Bapt. Costa tract. de fact. scien. & ignor. cent. 1. dist. in. 22. nume. 13. tom. 1. & latè declarat Aym. Crauet. cons. 199. per tot. par. 1. & superius notauimus. Secundò vbi legatum alimentorum modum non excedat, quia aliàs fraus præsumeretur, si in magna quantitate darentur. Bald. nouel. in tract. de dote par. 6. priuil. 16. col. 4. Rolan. a Val. cons. 74. nu. 40. Bald. cons. 258. vol. 1. & cons. 75. vol. 3.

31 Vnde infertur † ex Rimi. iun. cõs. 380. nume. 44. & seqq. vol. 4. quòd cum alimenta solum debeantur in vita, & morte finiantur. l. cum hi. §. constat. ff. de transact. l. nulla. ff. de alim. & cib. lega. & ideo respectus alimentorum, vt inquit Dec. consil. 311. num. 4. non attendatur mortuo
30 filio spurio, † quòd defuncto spurio non transeunt ad eius hæredes nec ratione proprietatis, quia non valeret legatum, nec ratione alimẽtorũ, quæ cum vita finiuntur, sed talia bona reuerti debent ad patrem spurij. Dec. loc. cit. vbi concludit, quòd patris bona, quæ apud spurium reperiuntur ad hæredes patris reuertuntur. Rimin. iun. d. consi. 380. nu. 53. & seqq. & citat Azon. in sum. C. de natural. liber. col. 1. dicentem, quicquid pater dedit filio per se, vel per alium totum retractum legitimę soboli reddendum est, idemq; sequuntur Bald. & Salic. in l. 1. C. de natur. liber.

Ex quibus pariter infertur, quòd,
31 † dos data filię spurię cedens in causa alimentorum, ea mortua, ad maritum non pertinet, nec ad eius filios, sed ad eius patrem reuerti debet. Rimin. loc. cit. num. 53. quod ante eum tenuit Ripa in l. 1. nu. 70. Alciat. nu. 24. Bologn. num. 114. in fi. ff. solut. matr. post Abb. cons. 50. & plenius repetit cons. 115. par. 2. vbi in terminis tradit filium relictum superstitẽ ex filia spuria nupta prædefuncta marito, non succedere matri, sed hæ-
32 redes patris filiæ, quia † dos data fuerat filiæ spuriæ loco alimentorũ, & alimenta solum debentur in vita, & per mortem terminantur. d. l. nulla. Surd. tract. de alim. ti. 5. q. 7. nu. 1. & 2. Claud. Bertaz. in addit. consilio 457. crim. lib. 2. in fin. Bart. eius patris, vbi dicit sic obtinuisse. D. Ioan. Baptista Costa tract. de fact. scien. & ignor. cent. 1. dist. 61. nu. 9. & seqq. tom. 1. vbi dos data spuriæ de bonis fideicommissi post eius obitum debet

bet restitui fideicommissario, & declarat quando.

Hoc tamen procedit secundũ Io. Lup. in c. per vestras. sub nu. 3. §. 24. de don. inter vir. & vxor. & Rimin.
33 d. consi. 380. nu. 68. † vbi maritus sciuit ante contractum matrimoniũ mulierem in vxorem acceptam esse spuriam, quia sibi debet imputare, qui cum tali contraxit, debuit enim cautius negotiari. arg. cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & ideo prẹter aliméta totum residuum tenetur reddere patri, vel eius hæredibus; secus verò vbi maritus ignorauit eam esse spuriam, vel aliàs illegitimam, quia ex quo de fraude non participauit, iustum est, quod ab eo non auferatur; quam distinctionem nouissimè comprobauit egregiè D. Costa d. dist. 61. nu. 6. & 16. scientia autẽ in marito non præsumitur, cum mulier est forensis; secus verò inter cõpatriotas. Riminal. iun. d. conf. 380. in fin. D. Costa d. num. 6. qui nu. 16.
34 limitat † pro marito sciente, si adest pactum in instruméto dotali de dote lucranda; vel nisi in mariti patria, & domicilio extiterit statutum de dote lucranda prẹmortua vxore, vt habetur Papię in ciuilibus stat. 121. quod etiam prius notauit Rolan. a Val. consi. 74. nu. 53. cum seq. uol. 1.

Addit quoque Claud. Bertaz. vbi supra, & citat Abb. d. conf. 115. nu. 2. & Io. Lup. d. num. 3. Paleot. in d. tract. de noth. cap. 50. num. 3. & D. Menoch. conf. 60. nu. 10. quòd cum
35 † huiusmodi dos verè debeat habere alimentorum naturã, si post mortem viri ad spuriam dos reuertatur, potest per hęredes, vel successores patris ab ea auocari, ita vt ipse habeat tantum alimenta in bonis patris. ita Rolan. a Val. d. consil. 74. nume. 49. & consi. 85. num. 13. lib. 3.

## QVAESTIO VI.

**Si Titius sponte, & actu donauerit Caio prędium donatione inter viuos, quam insinuare iuxta leges, & statuta oblitus est, an possit Caius tuta conscientia prædium illud possidere, vel teneatur per monitorium hæredibus Titij restituere, vel releuare, cũ talis donatio lege humana sit nulla: & sic latè declaratur, an contractus in foro exteriori nullus ob defectum solennitatis, sit validus in cõscientiæ foro.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuri naturali standum est in contractu minus solenni, si fraus abest, declaratur. nu. 30.*

2 *Testamentum minus solenne an debeat in foro conscientiæ obseruari, vide nu. 10 & seq.*

3 *Legatarius, vel hæres, qui ex testamento minus solenni consequi nequit, an res hæreditarias furari possit.*

4 *Contractus iure ciuili nullus in conscientia est nullus, quod procedit in testamento, & declaratur nu. 10. & 13.*

5 *Potestas condendi leges inutilis foret nisi subditi eisdem legib. in foro cõsc. obedire tenerentur.*

6 *Matrimonij forma, & materia quanam sit.*

7 *Na-*

7 *Naturæ maximè consentaneum est, vt fraudes tollantur.*

8 *Lex quæ præsumit fraudem ex defectu solennitatis, etiamsi constet de veritate in ipso actu minus solenni, cur annullet etiam in foro consc. ipsum actum, declara, vt nu. 12. & seq.*

9 *Solennitates requisitæ in alienatione bonorum eccl. vel minorum si omittantur, nullam reddunt ipsam alien. in foro consc.*

10 *Lex, quæ in contractu, vel vltima volũtate requirit certam solennitatem, quando obliget in foro animæ.*

11 *Contractus ab vxore constante matr. sine licentia viri, vel a minore factus sine solenn. requisitis, an sit nullus in foro conscien. etiam iuramento confirm.*

12 *Lex super præsumptione fundata, quæ præsumit ob defectum probationis non obligat in conscientia illos, qui de veritate certi sunt, & nu. 37.*

13 *Contrahentes, quando obligentur ex contractu a iure prohibito ad restitu. acquisitorum, & nu. 15.*

14 *Lex prohibitiua semper intelligitur habere clausulam derogatoriam, & annullatiuam.*

15 *Fraus, & dolus excepti in actu semper intellig.*

16 *Legatum, vel hæreditatem ex testamẽto minus solenni quis retinere potest, donec per legitimos hæredes petitum fuerit.*

17 *Venientes ab intestato non obstante testamento minus solenni possunt tutò hæreditatem petere, & retinere.*

18 *Hæredes ab intestato tutò possident bona ante iudicis declarationem, idest testamentum esse nullum.*

19 *Hæredes ab intestato cur non peccant scienter contraueniendo voluntati testatoris minus solenni.*

20 *Possidens titulo minus solenni quando hæredibus legitimis, etiam non petẽtibus restituere teneatur in foro cõsc. & nu. seq.*

21 *Leges irritantes cõtractus, vel vltimas voluntates non sunt pœnales, sed præceptiuæ.*

22 *Hæres extraneus institutus in minus solenni testamento omissis consanguineis indigentibus ad quid teneatur.*

23 *Hæres, qui non confecit inuentarium, cur teneatur in foro iudiciali vltra vires hæreditarias, secus in foro animæ.*

24 *Hæres in foro conscientiæ non tenetur ad plus, quam defunctus tenebatur.*

25 *Debitor non tenetur vltra eius vires ad soluendum creditoribus.*

26 *Aduocatus creditoris an iustè possit vrgere hæredem sine beneficio inuentarij, vt soluat vltra vires hæredit.*

27 *Hæres ab intestato in foro iudiciali legata in minus solenni testamento relicta soluere non tenetur. & numero 29.*

28 *Solennitates iuris ciuilis cur fuerint inductæ in vltimis voluntatib. & contractibus.*

29 *Hæres ab intestato cur legata in minus solenni voluntate relicta soluere non teneatur in foro animæ.*

30 *Actus omnis tribus adhibitis conficitur.*

31 *Obligatio naturalis an oriatur ex contractu, vel testamento minus solenni.*

32 *Legata ad pias causas in minus solenni testamento hæres ab intestato præstare tenetur, & quando, & numero seqq.*

33 *Hæres ad pium legatum præstandum ex minus soleñi actu compelli potest excommunicatione.*

34 *Testamentum coram duabus, vel trib. personis cū interuentu Parochi quando, & vbi ualeat.*

35 *Textus in c. cum esses. de testam. vt intelligendus.*

36 *Schedula a patre scripta continens eius ultimam uoluntatem valet, quoad eius filios, & ad pias causas.*

37 *Sententia iudicis quando non obliget in conscientia.*

38 *Furto rem suam consequi quando liceat.*

39 *Opinio Molinæ, quod tantum contractus sine debitis solennitatibus sint nulli etiam in foro consc. affertur, & declaratur nu. 41.*

40 *Testamenta, & aliæ vltimæ voluntates in foro exteriori nullæ cur valeāt in foro consc secundum Molin.*

41 *Opinio Molinæ in hac quæstione vt intelligenda.*

42 *Legumlatores noluisse actum sine debitis solennit. irritare, sed fraudes tollere, vt cognoscatur.*

43 *Lex vlt. C. de fideicom. explicatur.*

44 *Hæres ab intestato dubitans de voluntate testatoris &c. quid agere debeat.*

45 *Hæres ab intestato quando, & quomodo cogi possit soluere legata in minus solenni testamento relicta.*

46 *Principes in suis regnis quid constituere deberent pro quiete conscientiarū subditorū ratione cōtract. & testam. minus solen.*

47 *Hæres ex inualido testam. ob defectū solennitatum cur non teneatur restituere ante iudicis condemn. & quando.*

48 *Hæres ex testamento ipso iure irrito cur ante hæredum petitionem non teneatur restituere.*

49 *Consuetudo inducere potest, quicquid inducit priuilegium, vel lex.*

50 *Hæres in minus solenni testamento scriptus an teneatur in foro consc. legatarijs in eod. testamento nuncupatis res legatas tradere.*

IN hac graui, difficili, quotidiana, & perutili quæstione, quam post alios ad vtranque partem disputant Couar. in cap. cum esses. de testam. a nu. 6. D. Menoch. de præsump. libro 1. q. 80. Molin. tract. 2. de iust. disp. 81. tom. 1. affirmatiuam partem tuētur Adrian. quolib. 6. conclu. 2. Syluest. verb. hæredit. 3. q. 7. Medin. de rest. q. 23. ad finem Panor. in c. quia plerique de in integrum restitu. Ripa, Alciat. & alij iurisperiti in l. nemo potest. ff. de leg. 1. cui opinioni fauet Gregor. Sair. in claui lib. 3. c. 7. nu. 8. circa finem, & aiūt, Caium posse prædium illud ex tali donatione in foro exteriori ob defectum solennitatis inualida incolumi cōsciētia possidere ea potissimum ratione, 1 quia † vbi fraus deest, & dolus, standum est iuri naturali, & contractus tenet, etiam lege ciuili, vel canonica obstante, & secus faciētes propriam lędunt conscientiam. Abb. loc. cit. & in c. cum omnes. de testam. Ripa in l. nemo potest. ff. de leg. 1. nam quos natura ligat, hos etiam conscientia obligat. Bald. in l. 2. C. de vectig. cōmiss. lex enim ciuilis fundata super præsumptione reijcitur in foro conscientiæ, in quo sola veritas attenditur. c. tua nos. & c. is qui per fidē. de sponsal. Nau. in man. c. 23. num. 42.

Pro vera huius quęstionis intelligentia vide omnino par. 2. nostrarū canon. qq. sect. 4. q.

Quod

2 Quod procedit † in vltima voluntate, quæ etsi minus solennis sit, in foro tamen conscientię est obseruanda cessante fraude, & dolo; & proinde relicta in tali minus solenni dispositione in eodem foro debentur, & qui ea hoc titulo possidet, est tutus in cõscientia, secureq; retinet, ita post prædictos intrepidè tenet Fran. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. titu. 14. nu. 10. cum seqq. affirmans hanc esse magis communem, & veriorem, & pro ea affert quatuor fortissima fundamenta; hanc quoque sententiam videtur sequi Sot. libro 4. de iust. & iu. q. 5. ar. 3. & plura argumenta pro hac parte adducit nouissimè Molin. d. disp. 81. in prin. tract. 2. de iust. to. 1. vbi sequenda esse in foro conscientiæ profitetur, vt refert etiam ac probat Ala in trac. de aduoc. christ. par. 1. q. 66. Hinc Bald. & Iaf. in l. 1. nu. 7. C. de testam. tenent, quòd legatarius † vel hæres institutus in testamento minus solenni, quod probare nequit ob detectam inhabilitatem testium, dato, quòd in iudicio contentioso obtinere non possit; nihilominus potest quocunque ingenio in foro conscientiæ furari res hęreditarias; idem tradit Alex. consil. 13. incip. viso. lib. 1. And. ab Exea in repe. c. canonum statuta. nu. 334. de cõst. quod quidem erroneum esse demonstrat D. Menoch. de præsump. d. lib. 1. q. 80. nume. 34. post Couar. lib. 1. var. c. 2. nu. 15.

3

Partem verò negatiuam tenent Couar. lib. 2. in reg. peccatum. par. 2. §. 3. num. 10. de reg. iu. in 6. & in ca. cum esses. de testa. a nu. 6. Victor 2. 2. in prin. de rest. Ledesm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 12. quam septem fundamentis suffulcit Mantic. vbi supra nu. 1. cum seqq. licet ipse priorem probet: hanc etiam negatiuã sequuntur D. Menoch. de præsump. d. q. 8. per tot. vbi pulchrè. Gutierr. lib. 2. can. qq. c. 25. num. 11. vers. secunda opinio. vbi latè ex Ancha. & alijs; & hanc esse tutiorem, probabiliorem, & veriorem tradũt Michael Salon, 2. 2. q. 61. ar. 4. & Petr. Arrag. ibi q. 62. de dominio, vbi pluribus argumentis, & rationibus eam comprobant, asserendo † contractum donationis, vel testamentum iure ciuili nullum in conscientia nullum esse, & deficiẽtibus iuris solennitatibus, quæ in instrumentis dicuntur substantialia, secundum D. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 82. num. 1. illum, qui ita possidet, teneri ad restitutionem: ita etiam ex magis recepta, & magis tuta opin. in animę iudicio concludit, & pluribus rationibus, & fundamentis cõprobat Hier. Cæual. in specul. comm. opin. q. 71. post nu. 8.

4

Et ratio est, quia cum Respublica ciuilis præter ius naturale, ac diuinum potestatem habeat leges iustas condendi, quæ sanè † potestas vana, & inutilis foret, nisi subditi huiusmodi legibus in conscientia obedire tenerentur, vt pulchrè probat ex D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 1. Sair. in claui lib. 3. ca. 6. nu. 12. post Card. Bellar. contr. 5. lib. 3. ca. 11. per tot. & leges humanas iustas vim habere in foro conscientiæ confitentur Pan. & cęteri, cum quibus disputatur: possitq; Respublica; & Princeps naturalem voluntatẽ ciuiũ cohibere in suis di-

5

R 2 spen-

ſpectandis rebus, & modũ eis præſcribere, ſicut fecit per Conc. Trid. circa matrimonia, quæ niſi fiant cum certis ſolennitatibus, irrita ſunt, licet
6 † forma matrimonij eſſentialis ſit ſolus mutuus conſenſus; hoc eſt materia matrimonij eſt expreſſio mutuæ traditionis, qua quilibet ſponſorum tradit alteri ſui corporis poteſtatem: forma verò eſt expreſſio mutuę acceptationis, qua quilibet acceptat traditionem ſibi per alterum factã, vt rectè docent Thom. Sanchez de matr. to. 1. lib. 2. diſp. 5. Alex. Peſan. ad D. Tho. 3. p. quęſt. 42. diſp. 2. de matr. conſequẽs eſt, vt eiuſmodi cõtractus, & teſtamẽta minus ſolennia legibus humanis inualida nullam vim in conſcientiæ foro ad dominiũ transferendum habeant.

Errant ſanè dicentes huiuſmodi leges eſſe contra naturã, ne quis poſſit diſponere de ſuis rebus, cum nihil naturalius ſit, quàm bonorum propriorum communicatio; quia quàm
7 † maximè eidem naturæ conſentaneum eſt, vt fraudes tollantur, & deceptiones, quas in contractibus, & vltimis voluntatibus humana fallacia extruere t. Io. Baptiſta Corrad. d. q. 84. par. 1. & Salon d. artic. 4. facit Ant. Matius de Canib. conſil. 2. nu. 432. in mater. feu. in cauſa Epiſcopi Papienſ. vbi inquit, quòd malitijs & malignantibus prorſus eſt obuiandum: vide D. Menoch. d. q. 80. nu.
8 16. vbi concludit, quòd quando † lex præſumit fraudem ex defectu ſolennitatis, etiam ſi tunc conſtet de ipſa veritate; attamen actus ille minus ſolennis non debet obſeruari etiam in foro animę, cum lex illa poſitiua habeat actum illum pro non confecto & confirmari poteſt primo, quia ſi contractus iure canonico, vel ciuili ob defectum ſolennitatis nullus eſſet validus in foro conſcientiæ, nullius ſanè momenti eſſet lex, quæ illũ nullum efficeret, imo verò eſſet iniqua, cum vi illius nullus talis cõtractus eſſet in ſeipſo, & in conſcientiæ foro inualidus, & in exteriori foro abſque culpa mortali peti nõ poſſet, vt iuxta eam canonicam, aut ciuilẽ legem nullus pronunciaretur. Vnde cum hæc abſurda ſint, dicendum eſt abſque dubio eiuſmodi contractus nullos re ipſa eſſe non minus in conſcientia, quàm in foro exteriori. Secundò comprobatur eo exẽplo, quòd
9 † ſi lex ſtatuat obſeruari debere certas ſolẽnitates in alienatione bonorum eccleſię, vel pupillorum, & minorum, & id quidem ob ſuſpicionẽ deceptionis, & doli, etiam ſi conſtet nullum dolum, nullam deceptionẽ interceſſiſſe; attamẽ alienatio facta non ſeruata ſolennitate, etiam in foro conſcientię valida non erit. c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. & in ſpecie Bar. & alij in l. cum ij. §. eam trãſactionem. ff. de tranſact. Felyn. in c. cauſam. nu. 6. de iudic. & alios refert, & ſequitur D. Menoch. loc. cit. vbi diligenter ſatisfacit rationibus, & argumentis contrariæ partis: vide Azor. par. 1. inſt. mor. lib. 5. c. 16. q. 17. §. ſed contra. vbi diſtinguit de factis contra legem, vel in fraudem legis. Facta autem contra legem, vt alienationis bonorum eccleſiæ, vel minorum ſine ſolennitatibus, ſiue cõditionibus legis irrita ſunt, & pro infectis habentur.

In

In quorum opinionum controuersia licet vtraque habeat grauissimos auctores, & vtraque sit probabilis,& videatur tuta,mihi tamen pace tantorum virorum, quorum certè discipulus esse vix mereor,distinguẽdum sic videtur. Primò, aut
10 † lex, quæ in contractu, vel vltima voluntate requirit certam solennitatem,fundatur, & condita est principaliter ob solam rationem, & non ob solam præsumptionem, aut e contra. Primo casu,si vsu recepta est,sine dubio obligat in foro cõscientiæ. Coua.lo.cit. vbi inquit,quòd lex iusta, nec a præsumptione fraudis præcipuam,& vltimam, ac finalẽ rationem habẽs, sicut in exteriori iudicio seruanda est,etiamsi constet nullam subesse in actu contractus, vel testamẽti fraudem, ita etiam in interiori animæ iudicio, vt etiam colligitur ex adductis a Borgn.decis.21. num. 64.par.3.

Vnde expressè tenet Couar.ibidẽ
11 † contractum ab vxore constante matrimonio sine licentia viri, siue a minori sine solẽnitatibus a iure, vel statuto requisitis esse nullum in foro animę,nec ex eo rem acquisitam posse alteram partem iustè obtinere, aut retinere in eodem etiam foro animæ,vt pulchrè declarat D.Menoch. d.q.80.num.37. vbi falsum dicit huiusmodi mulierem, aut minorem teneri in foro conscientię ad ipsius contractus obseruationem, etiã cessante omni fraude & dolo: vide Io. Gutierr.d.lib.2.can.qq.c. 25. num. 10.vers. contrarium.tamen vbi de magis communi,& veriori authorũ sententia concludit, quòd cõtractus factus ab vxore sine licentia viri nõ firmatur iuramento,etiamsi eius religio magna sit,in pręiudicium viri; iuramentum enim nõ est seruandũ, quoties vergit in alterius pręiudicium,vt in c.cũ contingat.de iureiu. & in c.quamuis pact.cum similibus de pact.in 6.sine tamen viri pręiudicio sustinetur ratione iuramẽti etiãsi aliter disponeret statutum. Azor. par.1.instr.mor.lib.5.ca.26.q.9.secus deficiente iuramento l.Lanc.in consuet.Alex.verb.vxori q. 5.num. 25.Non poterit tamẽ ipsa vxor agere aduersus cõtractum ab ea iuratũ, vt ex Imol.& Alciat.in d.c.cum contingat.resoluit Gutier.loc.cit. faciũt adducta per Ferrar.in prax.Papien. in for.lib.in act.real.in glo. veris ac legitimis, nu.44.vbi Theod. Meda in addit.quod verum est,si statutum procedat ipso iure annullando; aliàs non: & sic conciliari potest opinio Alę tract. de aduo. christ.p.1.q.67. & aliorum contrarium tenentium, vide,vt infra nu.13.

12 Vbi verò lex † super sola pręsumptione fundatur, & pręsumit ob defectum legitimę probationis, non obligat in conscientia illos, qui de veritate in contrarium certi sunt; & sic intelligendi sunt Pan.in c.canonum statuta.nu.10.de const. Angel. in sum.verb.lex, nu.4. Syluest.eod. q.9.Tabien.eodem nume.28.q.27. circa med. Alph. de Castr. lib. 1. de potest.leg.pen.cap.5.docum.1. in fi. & ita loquitur tex.in d.c.is,qui fidẽ. de spons.vt declarat Couar.in ca. cũ esses.de testam.num.9. & in epit.de spons.c.4.§.1.nume.5.& 6.& docet D.Menoch.d.q.80.nume. 15.& in hoc

hoc casu monitorium nõ obligat ad restituendum, vel reuelandum.

Secundò aut lex, quę per rationẽ pręcipuè condita est, resistit, & prohibet omnino actum fieri annullan-
13 do ipso iure, aut non. Primo casu † ex tali prohibito contractu, vel vltima voluntate nõ potest quis in vtroque foro retinere bona acquisita, vel legatum post legitimam interpellationem hęredum venientium ab intestato, vel aliorum, quorum de iure interest. Io. Petr. Ferrar. in prax. Papien. in for. lib. quo pet. hęre. ex test. in glo. ac etiam nume. 7. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 33. nume. 2. & ideo virtute monitorij restituere, vel reuelare tenetur. Hoc tamen ve-
14 nit notandum, quod † lex prohibitiua simpliciter loquens semper intelligitur habere clausulam derogatoriam, & annullatiuam actus, vnde non est necesse, quod vltra annullet, quia prohibendo satis dicitur annullare. §. si aduersus. inst. de nup. l. non dubium. C. de legib. vbi Ias. qui hoc declarat: pulchrè Azor. par. 1. instit. mor. lib. 5. c. 16. q. fin. vbi dicit regulam illam iuris vtriusque, multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent, procedere, quando ex alia lege, iure, vel ratione certa, & manifesta constat illa rata esse, & firma. & sic soluuntur obiectiones glo. in c. vides dist. 10. & cap. quę contra. de reg. iu. in 6.

Quando autem non prohibet in totum, sed cum certa solẽnitate permittit, eo in casu non tenetur ad restitutionem, nisi postquam in iudicium vocatus fuerit, & cõdemnatus: intellige tamen in vtroq; casu, dum-
15 modo † omnis fraus, & dolus cessauerit, quia semper in actu intelligũtur, dolus, & fraus excepti. l. creditos. §. lucius. ff. mand. quod procedit etiã stante monitorio, quia nisi ex indicijs, & propalationib. virtute ipsius monitorij forsan in iudicio factis, vel fiendis probabiliter credat se a iudice condemnari posse, restituere, vel reuelare non tenebitur; quia cum non teneatur ad talem restitutionem, nisi post iudicis cõdemnationem, non tenebitur quoq; reuelare, nisi possit ad hoc probabiliter conuinci, & condemnari, vt si nullã iustam litigandi causam vel se tuendi habeat, quia per monitorium, vel litis contestationem constituitur in mala fide, ac proinde peccaret mortaliter, & ad restitutionem cum expensis teneretur defendendo causã iniustam, & vexando aduersarium: & sic credo esse intelligendum D. Menoch. loc. cit. nu. 3. vbi dicit sufficere, quòd hæres, vel legatarius huiusmodi sit conuentus, vt ad restitutionem in foro animæ teneatur. & hæc distinctio colligitur ex Curt. sen. cons. 71. incip. Princeps. n. 14. & seqq. Bertazol. cons. 25. li. 1. Lancel. Gallia in consuet. Alex. rubr. vt maritus nõ poss. relinq. vxo. D. Menoch. de præsump. d. q. 80. num. 31. Borgn. d. decis. 21. num. 64. circa fi. Gutierr. lib. 2. can. qq. ca. 25. nu. 11.

Hinc infertur primò, quòd quis
16 potest † sibi retinere legatum, vel hæreditatẽ ex testamento minus solenni, vt tradit Mathes. sin. 4. incip. nota mirabilem. & Capic. decis. 81. quousq; fuerit oppositum contra tale testamentum per uenientes ab intestato.

testato. D. Menoch. d. num. 31. post Sot. d. lib. 4. de iust. & iu. q. 5. art. 3. vbi inquit, si nuncupatus hæres in minus solenni testaméto forte hæreditatem possidet, dummodo omnis fraus, & dolus absuerit, non tenetur hæredibus ab intestato restituere, quousq; in iudicium vocatus, & cõdemnatus fuerit, & eodem modo de legatario, vel donatario dicendum est, ita in puncto concludit, & probat ex veriori, & magis communi sententia Gutierr. lib. 2. can. qq. ca. 25. nu. 11. vers. rursus. Lud. Carbo de rest. q. 45. in 2. concl.

17 Veniens† autem ab intestato stãte testamento minus solenni possunt & ipsi cum bona conscientia hereditatem petere, & retinere: & licet hæres in tali testamento scriptus habeat pro se voluntatem defuncti, isti tamen sunt tuti legis præsidio aduersus talem voluntatem, vt notatur in ca. quia pleriq;. de immun. eccles. vnde per dictum hæredem nulla potest exceptio obijci contra eos, qui muniuntur legis præsidio, posteaquam nulla videatur nasci ciuilis, & naturalis obligatio; cum testamentum dicatur nullum, & perinde sit, ac si nunquam fuisset confectum. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in puncto notant D. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 80. n. 32. & seq. Bertrand. cons. 212. nu. 20. vol. 1. quem referendo sequitur Borgn. d. nu. 64. ita conclu dunt pro indubitato Gutierr. & Lu. Carbo. locis cit. qui cum D. Menoc. optime diluunt fundamenta contraria huic sententiæ, & præcipue illud, quod magis vrgere videtur, nempe non esse possibile, eundem animæ forum pati hæredem ab intestato posse iustè petere, atq; retinere eandem hæreditatem, similiterq; & hæredem, & legatarium in testamento minus solenni scriptos eandem hæreditatem, resq; legatas possidere tuta conscientia posse, cum sint duo contraria, & repugnantia contra tex. in l. si vt certo. §. duob. ff. commod. quia cum vnum est bonum, contrarium est malum. c. hospitalium. 32. dist. respondent namq; duo contraria diuersis respectib. procedere iure posse. Naua. in ca. inter verba. concl. 1. num. 5.

18 Quare si venientes † ab intestato bona possiderent ante iudicis sententiam, tutò possiderent, imò cum primum iudici constiterit de defectu talis testamenti, vel cõtractus, tenetur illum declarare nullum, & rem veris dominis restituere. Salon. in 2. 2. q. 61. art. 4. Nec huiusmodi hæredes

19 ab intestato † scientes talem fuisse testatoris, siue donantis voluntatem, propriam lędunt conscientiam, nec peccant mortaliter impugnando tale testamentum, vel donationem, vel possidendo huiusmodi bona, contra Alæ opin. tract. de aduoc. christ. par. 1. q. 66. & alios ab eo citat. primo, quia cum talis voluntas minus solennis, voluntas non sit, nimirum lege eam annullante, propterea non lędunt conscientiam, si iure existimant se non teneri, & in dubio debent conscientiam scrupulosam deponere. D. Menoch. d. q. 80. nu. 30. Quando autem durat, & remanet conscientia læsa, quid agendum, vide infra in hac q. ante fin. nu. 44. Secundò

cundò facit, quia voluntas disponentis adaptatur ad possibilia, & præsumitur voluisse, quod iura volunt, vt rectè docet Ant. Marius de Canib. I.C. Papiens. excellentiss. in cons. 2. nu. 32. in mat. feud. in causa Episcopi Papiens. ex Bart. & doct. in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. Alciat. de præs. 3. reg. præs. 32.

20 Vbi vero e conuerso retinens † bona ex contractu minus solenni ita animo conciperet, & iudicaret primam opinionem falsam, tūc statim quicquid per talem contractum, vel testamentum obtinuerit, restituere teneretur, nisi eam deponeret, aliter enim ageret contra propriā conscientiam, & ędificaret ad gehennam. ita glo. in c. inter hæc. 33. q. 2. Menoch. d. q. 80. nu. 29. Io Gutier. lib. 2. can. qq. c. 25. num. 11. post Alex. in l. nemo potest. circa finem. ff. de lega. 1. & sic limita primam illationem nu. 16. secus vbi vtramq; iudicaret probabilem, quia tutò illa possideret, nec teneretur restituere, donec iudex præciperet, vt diximus, petentibus legitimis hæredibus.

Secundò limita illationem d. nu. 16. quòd si hæres ab intestato petat coram iudice sua bona, & institutus in hæredem per testamentum minus solenne, & nullum ipso iure, defendat se fraude, & dolo, occultando testes, vel scripturas, vel inducendo falsas, tenebitur proculdubio ipsi hæredi illa bona reddere sine alia iudi-
21 cis sententia, quia † leges irritantes contractus, vel istas vltimas voluntates, non sunt pęnales, sed præceptiuæ, ideo si retineat alienum, retinet inuito domino, quod est mortale, vt tradit Salon 2. 2. d. q. 61. ar. 4. quem refert, & sequitur. Corrad. d. q. 84. par. 1. D. Menoch. d. q. 80. nu. 7. vers. potest etiam. & facit, quod diximus nu. 15.

22 Tertiò limita, vbi hæres † institutus in minus solenni testamento sit extraneus, omissis a testatore consanguineis indigentibus, quibus in cōscientia subuenire tenebatur, quia tunc ante omnem iudicis condemnationem talis hæres restituere tenetur, vt latè probat Burgos de Paz quem citat, & sequitur Gutierr. loc. cit. nu. 11. ante fi. facit Nau. in man. c. 26. nu. 36. & Lud. Beia in resp. cas. consc. cas. 3. vbi concludunt, quòd testator descendentib. & ascendentib. carens, si habeat consanguineos in grauì recessitate constitutos, tenetur illis subuenire præcepto caritatis, præsertim quando magnum scandalum excitaretur ex ipsorum præteritione: ita etiam tenet Ala tract. de aduoc. christ. par. 1. q. 68. circa fin.

Secundò infertur ex prædicta di-
23 stinctione, quòd licet hæres † qui nō confecit inuentarium, teneatur creditoribus hæreditarijs vltra vires hereditarias in foro iudiciali. l. fin. C. de iure delib. & not. in auth. de hæred. & falci. in foro tamen conscientiæ non tenetur: ratio est, quia lex fundata est super præsumptione, & præsumit plus fuisse in hæreditate; & quòd hæres fraudauerit bona, ex quo non confecit inuentarium: quare ex quo constat in foro cōscientię de contrario, non habet locum iuris dispositio. sic tenēt vltra Pan. Angel Siluest. loc. cit. Rodriq. in sum. par. 1. cap.

1.c.194.concl.30.Graff.lib.2.decis. par.1.c.10.num. 30.D.Menoch.in consi.37.nu. 56.lib. 1. vbi alios adiungit, quem refert, & probat Ala tract.de aduoc. christ. par. 1. q. 61. Fachin.lib.6.contr.iuris.ca. 24. vbi
24 inquit, quòd † hæres in foro consciẽtiæ non debet in plus teneri, quàm defunctus teneretur; est enim hæreditas successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit.l.nihil aliud. ff. de verb.sign.& hæres dicitur defuncti personam solummodo pro rata repræsentare. §.1.in auth.de instru. a morien.præstit. & ex eius persona dicitur obligari. l. ex qua persona de reg. iur.vbi Marc. Antonius Rouescal.in addit. ad Dec. D. Costa tract.de port.rata q.45.nu. 7.Berer. consi.82.nu.16.

Sed defunctus in foro consciẽtiæ
25 † non tenebatur ad creditoribus soluendum vltra vires suas, quia nemo tenetur ad impossibile.c.si res.16.q. 6.D.Thom.2.2.q.62.arr. vlr. ad 1. Couar.in regul. peccatum. in 1.par. nu. 2. ergo neque hæres in foro conscientiæ erit obligatus. D. Menoch. consi.89.vol.1.num.160.& de præsumpt.lib.1.d.q.80.nu.3.post med. (vbi tamen addit, quòd si creditores in iudicio, & foro exteriori experiantur, & hæres ille condemnatus fuerit, tunc etiam in foro conscientiæ parere tenetur.) Vnde notandum est
26 † quòd si re vera hæres nihil occultauerit, & creditores hoc verisimiliter scire possint, veluti quia hæreditas, & patrimonium cõsistat in immobilibus, non poterit aduocatus in iudicio animę defendere creditorẽ, qui vellet sibi satisfieri vltra vires hęreditarias. vt rectè docet Ioan. Petr. Ala in tract. de aduoc.christ. par. 1. q.60.vide Ias.in rub.ff.de acqu.hæred.circa & Graff.loco cit.vide Abbat consi.73.nu.11.par.2. vbi addit, si ecclesia sit hæres, licet non confecerit inuentarium; nihilominus nec etiam in foro fori tenetur vltra vires hæreditarias, quia hæreditas intelligitur delata ecclesiæ, inquantum nõ sit onerosa.



27 Quartò infertur, quòd † hæres in foro iudiciali legata in minus solenni testamento relicta soluere non obligatur.l.fin. C. de fideicom. Et quamuis secundum Pan.in d.c.quia plerique.num.42.& seq. Ias.in l.nemo potest.in 1.lect.col.9. Fran.Ripa ibid.col.19.ff.de leg. 1. Andr. ab Exea in d. c.canonum statuta.num. 337.concl.8.Adrian.quolib.6.ar. 1. concl.2.Sebast.Medi. in tract.mors omnia soluit.par.2.concl. 58. num. 169.Guilier.Bened.in repet.c. Raynutius.in verb. si absque liberis el 2. de leg.& fideicom.nu.208.talis hæres, si certò nouerit nullam fraudem in huiusmodi testamento minus solenni interuenisse, voluisseque testatorem tale testamentum valere, teneatur in foro cõscientiæ talia legata soluere: sic etiam tenet Rebuf. tom. 1.const.regal.tit.de sent.prouis.in præfat.nu.85.& num.86.refert horrendam visionem cuiusdam non adimplentis voluntatem defuncti, quam tradit etiam Guil.Bened.loco citato.

Ea ratione, quia, vt iam dictum
28 est superius † solennitates iuris ciuilis fuerunt inductæ ad falsitates euitandas, & de rigore; si ergo constat

in foro animæ, quòd nulla falsitas interuenit, cessare debet dispositio iuris positiui, & seruari æquitas, & obligatio naturalis, quę oritur ex dispositione defuncti, arg. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de re iud.

Tamen prędictos doctores in hoc errasse rectè tradit, & probat Doctiss. D. Menoch. de præsump. d. lib. 1. q. 80. num. 13. & 32. ex Sot. lib. 4. de iust. & iu. q. 5. ar. 3. Couar. in d. c. cum esses. num. 9. de testam. & alijs doct. & nouissimè hãc Menoch. sententiam sequuntur, & probant Io. Gutierr. lib. 2. can. qq. ca. 25. nu. 11. §. denique. Lud. Carb. de testi. q. 45. in 3. conclus. qui communiter con-
29 cludunt, quod † hæres legitimus ab intestato succedēs etiam in foro animæ non teneatur restituere hæreditatem, nec soluere legata relicta in minus solenni voluntate hęredibus, & legatarijs in ea scriptis, sed securè in conscientia sibi retinere possit; quam quidem conclusionem multis comprobant rationibus, & pręci-
30 puè, quia omnis † actus tribus conficitur, voluntate, potentia, & modo, siue forma adhibitis. c. cum super. de offic. deleg. & apertiùs Afflict. decis. 305. nu. 7. quibus non concurrentibus actus nullus est, nec consequitur nomen ipsius actus. l. hac consultissima. C. qui testam. fac. possunt. non enim sufficit veritas sine solennitate. l. si veritas. C. de fideic. Nec satis est, quòd actus rectè hoc est cum iustitia, nisi ritè. i. cum solennitate fiat; nec sat est bonum agere, nisi &
31 bene agatur. Vnde † ex contractu, vel testamento minus solenni non oritur naturalis obligatio, quę ex vinculo legis oriri debet in casu nostro, cum verè tale testamentum, vel contractus sit nullus, & pro nullo habeatur, quod idem est quoad iuris dispositionem. Bart. in l. si maritus. §. ff. ad l. iuliam de adult. Curt. iun. cons. 55. num. & alij alleg. a D. Menoch. d. q. 80. num. 17. & 32. lex namque humana irritans eiusmodi contractus, & testamenta, lataque a potestate publica, cui testator, & bona illius subiacēt, impedit, ne ex ea obligatio naturalis oriatur, vt dictũ est: nec talis lex fundatur propriè in prę sumptione, sed irritat vniuersum testamentum minus solenne, quęcũque fuerit voluntas testatoris, idque quia ita postulat bonum commune, ne permissio testam. minus solennis occasio sit malorum in republica, & sic in contractibus.

32 Dicerem tamen, quòd in † legatis, donationibus, & alijs operib. ad pias causas, pręsertim vbi sine magno detrimento solui possint, teneretur hęres ex tali testamento minus solēni fauore animę cessante fraude, & dolo, prout sentiunt Syluest. verb. legatum. 4. q. 10. prope fin. Nau. in man. c. 17. num. 117. Lopez in instr. consc. par. 2. cap. 14. Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 84. & faciunt adducta per Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nu. 20. vbi ex Syluest. dicit, quòd si Petrus in extremis constitutus instituat hęredem Titium, quem rogauit testator, vt pro eius anima daret 20. Sempronio pauperi, quòd quidē relictum non fuit scriptum in testamento, hoc tamen nouerunt aliqui 5. defuncto Petro Sempronius petijt 20. a Titio, qui negauit relictum in hoc

hoc casu licet Titius non teneatur soluere in foro iudiciali ex defectu
33 probationum † tenetur tamen in foro cóscientię; & per monitorium, & excommunicationem cópelli potest ad tale relictum pium prętandum, quia voluntas testatoris, vt lex est seruanda in hoc casu, vt probat Surd. decis. 346. num. 25. lib. 2. Sublimita tamen, quod etiam ad legata pia hęres ab intestato non teneatur, quando testamentum ipsum, quo relicta fuere, iure solenne non fuerit, etiam quoad ea, nēpe quòd duos nō habuerit testes, sed vnum: ita Ioan. Gutierr. lib. 2. can. qq. ca. 25. nu. 11. aliàs secus est dicendum.

34 Cęterum vbi, † testamentum coram duobus, vel tribus personis cum interuentu Parochi in extremo spiritu sit factum. vt in c. cum esses. de testam. valet, non tam quoad pias causas, quàm quoad prophanas, & tam in foro ecclesiastico, quàm seculari; & ita Senis statuto cautū est, vt tres testes etiam non rogati sufficiant in testamento, vt refert D. Menoch. de pręsump. lib. 4. pręsump. 4. nume. 4. Cessante verò dicto necessitatis casu expresso in d. c. cum esses. licet in terris ecclesiæ validum esset tale testamentum etiam quoad legata nō pia, tamen in vtroque imperio tam Papæ, quàm Cæsaris seruanda erit dispositio iuris ciuilis, circa numerum
35 testium: & sic intelligendum † esse dictum textum in c. cum esses. tradunt Clar. in §. testamentum. q. 6. nu. 2. & q. 57. nu. 3. Guido Pap. deci s. 543. D. Menoch. d. q. 80. nu. 21. vers. quarto. Gabriel. lib. 4. concl. 8. de testam. Fachin. lib. 6. contr. iuris c. 47. Beret. consi. 64. num. 9. & vide Specu. cōm. opin. q. 220. & q. 700. vbi dicit, quòd fœmina potest esse testis in dicto testamento saltem quoad pia, ita probat Dec. in l. fœminæ. nume. 27. de reg. iu. vbi pulchrè D. Marc. Anton. Rouese post Bald. in l. 1. in 2. lect. nu. 12. C. de sacros. eccl. Felyn. in ca. quoniam. nu. 3. de testib. & loco presbyteri duo alij testes adhiberi possunt, secundū Pan. in d. c. cum esses.

36 Imò † schedula de manu patris scripta continens eius vltimam voluntatem a filijs recognita, non solū inter ipsos liberos valet in vim vltimæ voluntatis, & testamēti, licet nō interuenerint testes, nec subscripserint eidem, vt de magis communi te statu. Clar. in d. §. testamentum q. 7. & declarat D. Menoch. de pręs. lib. 4. pręs. 7. num. 3. sed etiam valet ad pias causas, vt tradit Bernar. Henric. in sum. magis com. opin. lib. 1. conclu. 76. ex Bonauogl. ad Ias. in l. publicati. col. 1. C. de test. & declarauit Rot. Rom. in nouissim. decis. 74. par. 2. D. Menoch. consil. 167. num. 10. lib. 2. & consi. 224. lib. 3.

Quartò infertur, quod dicta superius, nempe legem, vel statutum fundatum super præsumptione sola nó
37 obligare in conscientia procedunt † etiam in sententia iudicis, secundum Pan. Angel. Syluest. Tabien. loc. cit. & præsertim secundum Alph. de Castr. lib. 1. de leg. pen. ca. 5. docum. 1. vbi dicit, quòd iniustè condemnatus secundum veritatem ad restituēdum aliquid, quod non abstulit, aut non debet, seu ad possessionem rei relinquendam, iuste tamen secundū

S 2 alle-

allegata,& probata, puta conuictus per falsos testes,qui seruato iuris ordine repelli non potuerunt, non tenetur in foro conscientiæ soluere; quia sententia sustinetur sola præsumptione iustitiæ,ut no. in l. Iulianus.ff.de condit,indeb.

Vnde, qui sic iniustè per sententiam priuatur re sua, si aliter non potest damnum sibi illarum resarcire
38 † poterit postea ab illo,qui per iniustam sententiam rem suam abstulit, semoto scandalo, tantundem clanculo surripere, quãtum fuerit ab eo iniustè ablatũ, nec tenebitur ob monitorium reuelare:ut ex Innoc. in c. olim causam.n.8.de restit. spol. docet Sair.in claui lib.3.c.7. nu. 8.ubi addit,quod ubicunq; per alium rem suam,& ius suum prosequi nequeat, licitum est etiam furtiuè rem suam recuperare; dummodo ex tali furto nec malum, nec scandalum ualeat generari, ut superius q. 8.2.sect. dictum est.

Post hæc scripta vidi Molin.quæstionem hanc latè disputãtem tom. 1.tract.2.de iustit.disput.81. vbi circa med. distinguit inter vltimas voluntates, & contractus; & quoad
39 † contractus approbat opinionem Couar. Ledesmij, & aliorum supra cit. qui negatiuam partem defendunt,quia id sonant apertè iura, quę de inualiditate eiusmodi cõtractuũ vsu approbante sunt lata. Limitat tamen primo,quãdo esset omissio modicæ solennitatis, quia non viciaret actum, licèt solennitas illa esset de forma actus. Secundò, quando contractus esset onerosus, & vtrinq; æqualis, quia tunc vnusquisq; contrahentium expectare posset,vt alter si vellet,peteret illius reuocationem ob solennitatis defectum, neq; tunc ęquitas ferret,vt quando contractus rescinderetur,fructus percepti soluerentur, quia pręsumendum esset eos bona fide perceptos esse,& consumptos.

Quoad vltimas verò volũtates te-
40 net Molina testamenta † & alias vltimas voluntates minus solenniter factas in foro cõscientiæ valere,quia vt colligit ex l.etsi inutiliter.& l.vlt. C.de fideicom.& l.non dubium.C. de testam.mens, & intẽtum legumlatorum non fuit irritas reddere minus solennes testatorum vltimas voluntates,nec eis ullam vim adimere, vel impedire,ne ex eis naturalis obligatio oriretur, nec ex præsumptione falsitatis eas nullas pronunciare; sed duntaxat statuere, vt quę sine eis solennitatibus deinceps fierent, reputarentur nullæ ad fidem in foro exteriori faciendam, ipsosmet testatores eisdem legibus præmonendo,qualiter suas voluntates vltimas condere deberẽt,vt fidem facerent: hoc idem ex eodem Molin.affirmat Ala. trac. de aduoc.christ.par.1.q.66.

Cuius quidem sententia non ob-
41 stat supra per nos declaratis, † quia quoad contractus intelligi debet cũ distinctione superius adducta num. 13.nempe de cõtractibus a lege prohibitis,vel ipso iure annullatis ob defectum solennitatum; secus in aliis, in quibus certè vsq; ad reuocationẽ, & iudicis declarationem potest quis ex illo contractu bona retinere &c. vt clarè patet ex supradictis,& optimè facit Sanchez de matr. tom. 1. disp.

disp. 33. lib. 6. nu. 2. vbi inquit, quòd huiusmodi leges prohibētes, & quicquid gestum fuerit annullantes in vtroq; foro sunt receptæ, vt sonant, & ita in praxi seruari testatur.

Quæ quidem distinctio pari passu in vltimis voluntatibus procedit,
42 nec leges ab eodem † Molin. loc. ci. adductæ obstant, quia non prohibēt talem actum fieri, neq; secus factum irritant ipso iure, sed cum solennitatibus requisitis permittunt; quibus profectò solennitatibus voluerunt legumlatores in huiusmodi casibus tollere fraudes, non propriè irritare actum saltem quoad conscientiæ forum, vt apertè colligitur ex dicta l.
43 vlt. C. de fideicom. † vbi cum testator non adhibuisset requisitas solēnitates in suo testamento, eademq; de causa hæres neq; fideicommissū soluere vellet, neq; manifestare id fuisse a testatore fidei ipsius hæredis commissum, ad eam litem dirimendam, statuit Instinianus Imperator hæredem cogi posse iurare in foro exteriori, an absq; dubio sciret, aut sibi certò persuaderet eam fuisse testatoris voluntatem, atq; adeo se teneri in foro cōsciētiæ illi stare, quod si iurare renueret, uel confiteretur eā fuisse defunct uoluntatem, cogendum illi stare, & sic ob defectū probationis, quod certè non habet locū in ultimis uoluntatib. uel ipso iure, & facto ob defectum solennitatum annullatis, uel prohibitis omnino a legibus, uel statutis receptis, & super rationem præcipuè fundatis, ut de statuto prohibente, quod maritus aliquid uxori relinquere possit, de quo infra q. 26.

Addit etiam Molina d. disp. 81.
44 primò quod, ubi hæres † ab intestato dubitat, an possit petere, uel retinere hæreditaria bona, attenta testatoris uoluntate, uel dubitet, an fuerit uerè talis, uoluntas nempe hæredi in minus solenni testamento instituto sua bona deferendi, & ob id habeat læsam conscientiam in non adimplendo testamento, tunc quidem durante dubio, facta morali diligentia, tenetur facere compositionem cum hærede, legatariis, & fideicommissarijs, ita minus solenniter institutis pro dubij quantitate sibi accipiendo partem eorum bonorum, & partem alteram illis relinquendo: & sic intelligi debet Io. Gutierr. lib. 2. can. qq. c. 25. num. 11. §. hæc tamen. & declarat Sair. in claui reg. li. 1. c. 13. num. 11. circa med.

45 Secundò, quòd quando † hæres ab intestato petit hęreditatem in tali minus solenni testamento, non tamen a lege irritato, alteri relictā, vel renuit soluere legata, aut fideicōmmissa minus solenniter relicta, posse iuxta d. legem vlt. C. de fideicomm. & debere in exteriori iudicio cogi iurare, vt dictum est, an sciat, vel certò sibi persuadeat eam fuisse testatoris voluntatem, atq; adeo debitam illis in foro conscientiæ, quod si annuat, vel iurare renuat, adiudicanda esse hæredi, fideicommissario, aut legatarijs in minus solenni testamento, aut codicillo relicta, non quidem vi talis testamenti, aut codicilli, quasi fidem in foro exteriori faciat, sed vi propriæ ei cōfessionis formalis, quæ censetur sufficiens, & legitima probatio, nihil impediente pręsumptione in

ne in contrarium, & quòd tale testamentum, aut codicillus minus solennis fidem non faciant in foro exteriori. Ad quod benè aduertãtur aduocati, & procuratores, quia in praxi eis perutiliter deseruiet.

Non mediocriter quidem expedi
46 ret, vt scripsit Molina d.disp. 81. † christianos legislatores, quandoquidem res hæc tota ex eorum mente pendet, vt vnusquisq; in suo regno disertis verbis explicarent, an intenderent irritas omnino reddere minus solennes voluntates, impedireq; ne ex eis obligatio naturalis oriretur vt Coua. D. Menoch. & alii sentiũt; ita enim fieret, vt confessarii essent vnanimes, & multo melius consciẽtijs hominum consuleretur.

Adhuc autem grauis extat dubi-
47 tatio, cur † nuncupatus hæres per inualidum testamentum ob defectũ solẽnitatum, non tamẽ irritum ipso iure, non teneatur protinus absq; petitione, & iudicis sententia restituere hæredi ab intestato; & sic pariter legatarius possidens legatum per huiusmodi testamentum, vt concludunt doct. supra num. 15. & optimè facit Sanchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 38. num. 32. in fin. Cui dubitationi responderi potest talem hæredem non teneri ad restituẽdum ante iudicis condemnationem, ea potissimum ratione, quia cessante omni fraude, & dolo, iura humana nihil aliud volunt in hoc casu, vt ex Molina d.disp. 81. diximus, quàm quod tales vltimę voluntates, vel contractus habeantur nulli ad fidem faciẽdam in iudiciali foro, nõ autẽ quod statim ipso facto translatio sit nulla, vel ob talem solennitatis omissionẽ prorsus impedire dominij translationem; alioquin nimis rigorosum esset aliter intelligere huiusmodi leges, quarum præcipuus finis est fraudibus obuiandi. Sot. lib. 4. de iust. & iu. q. 5. ar. 3. optimè facit Tolet. in sum. lib. 5. c. 20. nu. 7.

48 Quod procedit etiam † quando absolutè, & simpliciter annullat actum, quia quamuis in hoc casu nõ liceat tali hæredi, vel contrahenti ex huiusmodi testamento, uel cõtractu ipso iure irrito ob omissas solennitates expectare iudicis sententiam; non tenetur tamen ante legitimam hæredum, uel quorum de iure interest, petitionem restituere, ut notant doctores supra allegati, ubi tradunt, quod sic obtinuit usus, & declarauit recepta consuetudo, optima legum interpres. l. 3. §. si de interpretatione ff. de legib. Beret. cons. 51. num. 10.
49 quæ † inducere potest, quicquid inducit priuilegium, vel ipsa lex. Nau. cons. 1. de reg. num. 13. & cons. 2. de cogna. spiritual. nu. 8. Tolet. loc. cit. facit Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. ca. 9. nu. 11. vbi inquit quòd pęnæ c. cum detestabile. de simon. in extr. comm. locum habent tantum in simonia reali, non verò conuentionali, quamuis aliter sonent verba ipsius extrau. quia stylus, & consuetudo Curiæ, & Rotæ Romanæ sic est interpretata quæ consuetudo excusat in consciẽtiæ foro: & optimè conferunt etiam adducta per Tolet. d. ca. 20. num. 7. Addè tamen quod licet in primo casu ante sentẽtiam, & in secundo ante interpellationem, restituere quis non obligetur, tamen bonum esset

presertim

præsertim in secundo casu ante interpellationem reddere; & confessarius consilium hoc debet, sed nõ sub præcepto imponere: vide Tolet. loc. cit.

Vlterius dubitari potest, an hęres
50 † in testamento minus solenni scriptus teneatur in foro conscientiæ legatarijs in eodem testamento nuncupatis res legatas tradere, vel eas retinere possit, vt hæredi ab intestato, cũ eas ab illo petierit, tradat, in vtranq; partem disserit Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 1512. cum seqq. & tandem de congruo concludit, vt refert, & probat Io. Gutierr. d. libro 2. can. qq. c. 25. nu. 11. in fi. quòd huiusmodi hæres in minus solenni testamento scriptus possidens hęreditatem tradat legatarijs in eodem testamẽto nuncupatis in foro conscientiæ res sibi legatas, si legatarij idoneos fideiussores pręstent, illum ab hærede ab intestato ab omni dãno deinceps ob hoc contingenti immunem, & liberum facturos, & quòd sic caueatur etiam publico instrumento. Pro vera huius principalis quæstionis intelligentia vide omnino par. 2. harum nostr. can. qq. sect. 4. vbi latè declaratur, vnde cognosci possit legem ita inualidare testamentũ, vel contractum aliqua carentem solennitate, vt in cõscientia sit nullus omnino, vel e contra.

## QVAESTIO VII.

Defuncto Titio eius hæres fuit statim interpellatus à Caio, qui erat Titij creditor de bis mille ducatis; quæ summa, cum totã exhauriret hæreditatem, fuit de cõsensu vtriusque redacta ad mille, condonatis alijs mille ipsi hæredi. Mox elapsis sex annis Seius reperto instrumento, ex quo constabat Titium fuisse debitorem eidem Seio de summa mille, & quinq; centum ducatorum, & eius creditum erat antiquius dicto Caij. Negãte autem hærede se aliqua bona possidere ipsius Titij, obtinuit Seius monitorium contra detinentes bona Titij. Modò quæritur, an hæres teneatur restituere, vel reuelare mille ducatos, quos obtinuit ex remissione, & condonatione Caij, & an Caius ad restitutionem aliorum 500. cum eius creditum esset posterius.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor in restituendo, vel soluendo debita quem ordinem seruare teneatur, quando omnibus soluere nequit.*

2 *Hæres eodem ordine debita soluere debet, quo defunctus soluere debuit.*

3 *Debitor ordinem in restituendo, vel soluendo non seruans cur mort. peccet, & ad rest. alijs creditoribus teneatur.*

4 *Debitor excusatur soluendo posteriori creditori valde indigenti, vel prius petenti.*

5 *Creditor posterior prius petens, & accipiens totum debitum non peccat, nec tenetur ad restitutionem & quando.*

6 *Gener,*

6 *Gener, & nurus accipientes de bonis socerrorum ob suum creditum quando peccent.*

7 *Remissio sponte facta ab eo, cui restituẽdum est, liberat debitorem in vtroq; foro.*

8 *Remissio debiti æquatur solutioni.*

9 *Creditor antiquior an sit præferẽdus inter alios creditores æquales, vel an bona sint diuidenda pro rata.*

10 *Debitor non potest integrè vni ex creditoribus æqualibus soluere, quando nequit omnibus soluere.*

11 *Constitutio noua Mediol. tit. de saluisc. cond. recensetur & declaratur.*

12 *Fraus in impetrandis debitorum saluisconductis, siue moratorijs valde detestanda.*

13 *Aduocati, & causidici quomodo se gerere debeant in saluisconductis debitorum quinquennalibus.*

14 *Creditorum maior pars quæ sit intelligeuda.*

SVpposito prius in hac quæstione satis dubiosa, & difficili vtrũque Titij creditorem nempe Caium, & Seium æqualem habuisse actionem, vel hypothecam expressam, vel tacitam, vel personalem respondetur, nec hæredem, nec Caium, neq; scientes restituere, vel reuelare teneri, quod probatur.

1 Primò, quia licet † debitor ordinem in restituendo, vel soluendo debita seruare debeat, quãdo omnibus soluere nequit, nempe vt soluat primò, quòd in propria specie debetur, vt depositum, vel commodatum, vel acceptum titulo oneroso, vt venditione, & nõdum solutum, si extat. Secundò ijs, qui bona habẽt expressè hypothecata, & prius prioribus, priusque habentibus specialem hypothecam, quàm ijs, qui generalem. Tertiò dotis debitũ, vel fisci. Quartò habentibus hypothecam tacitam, & prius prioribus. Quintò depositoribus rei non extantis. Sextò cæteris pro rata: sic docent ex Bald. in l. pro debito. C. de bonis iudic. aucto. poss. ex D. Antonin. par. 2. tit. 2. c. 7. §. 3. Syluestr. verb. restitutio 6. q. 5. Nau. c. 17. in man. nume. 47. & seq. P. Nau. lib. 4. de rest. c. 6. dub. 5. nu. 30. Tolet. in sum. li. 5. c. 25. in prin. Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 8. cõcl. 4. Bann. ibid. concl. 3. Saul. Episc. Papien. in interrog. promou. tit. de rest. in prin. D. Costa tract. de rata q. 56. Rodriq. in sum. par. 2. cap. 46. concl. 5. Sair. in claui lib. 10. tract. 2. c. 7. nu. 26. vbi alios refert, vide Ferrar. in prax. Papiens. in form. libell. in act. hypotheca. in glo. sub eadem nume. 9. & D. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 119. & 121. & faciunt adducta per eundem. de arb. cas. 150. nu. 10. vbi tradit quid obseruandum, cũ de bonis iacentis hæreditatis est creditoribus satisfaciendum.

2 Et dictum † ordinem hæres seruare debet, debita enim eodem ordine persoluere debet, quo defunctus soluere debuit, vt ex D. Tho. Sylue. & Petr. Nau. probat Sair. in claui d. lib. 10. c. 7. nu. 24. Huiusmodi verò

3 ordinem non † seruans debitor mortaliter peccat, & damnum alijs creditoribus resarcire tenetur, vbi sua sponte non coactus, neque requisitus soluit posteriori creditori, quia fraudat alios creditores partib. suis, & committit iniustitiam. ca. ea te. de iureiur.

iureiu. & latè declarat Nau. d. c. 17. nume. 51. & seq. post Sylvest. verb. restitutio 6. q. 7. Petr. Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 8. concl. 5. & vlt. & ibi Bann. dub. vlt. P. Nau. lib. 4. de rest. cap. 6. dub. 11. num. 51. & seq. Lud. Lopez par. 2. in instr. consc. c. 111. Gregor. a Val. tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 10. §. 8. Philiarc. tom. 2. lib. 6. ca. 29. sum. Coron. par. 2. c. 5. nume. 24. Sair. in claui d. c. 7. num. 92. Lud. Carbo. q. 92. de rest. concl. 13. & seq. Rodriq. in sum. par. 2. c. 46. concl. 13.

Tamen secundum praedictos do-
4 ctores loc. cit. † excusatur debitor sol uendo posteriori creditori valde indigenti, vel petēti in iudicio, vel extra ante alios, vt in casu nostro, tunc enim tenetur primo petenti, & diligentiori prius soluere, cum diligētia in petēdo faciat eum iure potiorem, illa enim regula iuris, qui prior est tempore, potior est in iure, intelligitur ceteris paribus, vt declarat ibi gl. creditor autem diligentior in petendo sibi debitum est potior in iure, vt not. Sair in claui d. nu. 92. & explicat D. Io. Baptista Costa in tract. de portione rata. q. 74. nu. 5. & q. 121. num. 4. Vnde dictus haeres iustè soluit, cum Caio primo petenti bona fide soluerit.

5 Secūdò, quia † creditor posterior petendo prius non peccat nec accipiendo totum debitum, etiam quando debitor non est soluendo omnib. quibus debet, nec tenetur ad restitutionem accepti; ratio est quia petēdo vtitur iure suo, ergo non peccat, & qui accipit quod suum est solum, nō alienum, non tenetur ad restitutionem. Hoc tamen intelligendum est secundum Greg. de Val. d. punc. 10. modò reliqua sint paria, vt supponimus in casu nostro, nempe quòd creditor alius non sit magis priuilegiatus, aut habeat ius ad rem illam ratione pignoris, aut hypothecae, tunc enim regulariter minus priuilegiato non licet prius petere, aut accipere, alijs manentibus insolutis, sic enim violaret iustitiam, quae praescribit, vt illis prius, quàm sibi satisfaciat. D. Io. Baptista Costa tract. de portione rata. q. 74. in princ.

Vnde inferunt praedicti doctores, vt refert Sair. in claui lib. 10. ca. vlt.
6 num. fin. † peccare generos, & nuros accipientes, & retinentes de bonis socerorū, scientes eorum bona alijs magis priuilegiatis deberi, & ad restitutionem acceptorum, & detentorum obligari: at in casu nostro, cum creditores sint aequales: haeres iustè persoluit, vt probauimus, Caius quoque iustè accepit mille aureos, & alios mille sibi debitos tuta conscientia accipere poterat, quos cum haeredi condonauerit, iustè heres eos retinere potest; nec per monitorium restituere, vel reuelare tenetur, cum nulla bona Titij defuncti possideat,
7 condonatio enim † siue remissio spōte facta debitori ab eo, cui restituendum est, liberat debitorem in vtroq; foro. glo. in c. peccatum. de reg. iu. in 6. Caiet. verb. restitutio. Adrian. de rest. q. 2. Nau. consil. 6. de pact. & in man. c. 17. num. 44. & facit c. veniēs de testib. & l. si mulier. ff. de cōd. causa dat. & declarant Sair. in floribus. decis. lib. 1. tit. de pact. decis. 6. Marches. de commiss. pat. 1. commiss. 4. super dilat. morator. c. 1. nu. 32. cum

seq.& cap.2. per tot. quia paria sunt dare,vel remittere,vt probat Dec.in l.siquis.ff.de reg.iu.nu.2.vbi Marc. Ant.Rouese.in addi.|Vnde sumitur regula generalis ab omnibus inter-
8 pretibus, quòd † remissio debiti æquatur solutioni, exceptis aliquot casibus,vt tradit Nauar.cons. 14.de vsur.& consi.2.de censib.

Sed dubitatur circa hanc materiã, an vbi nullum extat priuilegium, aut ratione dominij,aut hypothecæ, aut personalis priuilegij; sed omnes sint ex æquo personales actiones, sint pro rata inter creditores bona diuidenda,necne? Respõdetur,quòd licet secũdum Io.Medin. C.de resti. q.2.dub.5.concl.5.Salon.2.2.q.62. ar.8.concl.2.& Gregor de Valen.d. tom.3.disp.5.q.6.puncto 10.§.7.vi-
9 deatur † præferẽdum esse antiquiorem,ita vt illi totum debitũ persolui debeat; verius tamen est, eo in casu inter illos bona esse diuidenda pro rata secundum proportionem debitorum.ita Sylue.P. Nau. Arragon. Bann.Rodriq.post S.Antonin. Angel.Nauar.locis cit. Ioseph Angl.in flor.in 4.sent.q.2.de rest.art.3.cõcl. vlt.Lud.Lopez Philiarc. Lud. Carbo.loc.cit. Sair. in claui d. libro 10. tract.2.cap.7.nu.27. qui omnes docent licitum esse debitori ob cumulum creditorum facere deteriorem causam creditorũ; modò tamen dominium,vel hypothecam, vel priuilegium legale non habeãt iuxta tex. in l.priuilegia.ff.de priuil. credit.& ibi Ripa:& pulchrè declarat nouissimè D. Costa tract. de port. rata q. 74.nu.1.vbi inquit,quòd in hoc casu licet creditoribus non habentibus hypothecam, vel priuilegium solui debeat pro rata,non tamen præferendos esse posteriores creditores prioribus,seu anterioribus. Gail. obser. 25.lib.2. Vnde Sair & alij supra cit.
10 doctores concludunt non † posse tuta conscientia debitorem integrè vni ex huiusmodi creditorib. soluere,quando nõ habet,vnde soluat omnibus: hoc enim cederet in fraudẽ,& iniuriam aliorum. Quid verò in hoc casu creditores tuto agere debeant, debitore bonis cedẽte optimè docet D.Costa d.q.74.nu.2.& seq.

Quamobrem aduertendum censeo,quòd cum ex nouis consti.huius Dominij Mediolani in tit.de saluis
11 conductis† caueatur,si tres partes ex quatuor omnium creditorum cum debitore conueniant, quod illa conuentio per reliquos creditores, qui non conuenerunt obseruari debeat, modò tamen præmissi creditores,& debitor, coram iudice ordinario citatis reliquis creditoribus iureiurando affirmauerint,ipsam conuentionem non fecisse,nec facere per malitiam, neque dolum, neque in fraudem alicuius, grauiter, & sæpe hac in re peccari,vt notat Io.Pet. Ala tract.de
12 aduoc.christ.q. 57. par. 1. nam † si fortè aliquis creditor magnæ summæ nolit saluocõductui, siue dilatio ni quinquennali,quam moratoriam vocitant, Cucch.tract.de morat.præscrip.D. Costa loc.cit. q. 139.nu. 1. cõsentire eidem creditori tacitam fidem accommodat debitor de illi soluendo certam summam menstruam: quo fit, vt ad speciem talis creditor videatur concurrere cum alijs in concedenda dicta dilatione quin-

quen-

quennij, re ipsa autem creditum suũ consequitur, quod certè in maximã fraudem cæterorum creditorum cedit, & violatur iuramẽtum ex latere tã debitoris, quàm creditoris. Quare
13 aduocati † & causidici, quorum cõsilio, teste Io. Petr. Ala d. q. 57. vt plurimũ in hoc peccatur, hortari debẽt creditores, vt bona fide conueniant, neque sint illis auctores fraudis, & periurij.

Hac in re etiam aliud fraudis, & malitiæ genus sæpe vsurpatur, vt animaduertit præfatus Io. Petr. Ala in dicto suo tract. pietate, & religione referto q. 57. circa fi. nempe, quòd cum ex eadem constit. quam expendit D. Menoch. de arb. cas. 203. nu.
14 15. & seqq. requiratur † consensus maioris partis creditorum tam respectu numeri, quàm summæ iuxta l. maiorem. ff. de pact. & ita explicat D. Costa d. q. 139. nu. 3. accidit multoties vnum creditorem habere instrumentum v. g. librarum mille, & re vera iam exegit libras quingentas; sed vt conficiatur maior pars creditorum respectu summæ, talis creditor edoctus, & inductus a nonnullis malitiosis, qui non timẽt Deum, in maximum damnum reliquorum creditorum iurat, siue potius peierat super tota summa librarum mille, hoc est totam summã adhuc sibi deberi, & hæc sunt grauissima peccata.

Ex superius autem dictis pro resolutione principalis quæstionis, & infra dicendis in quæst. fin. huius 3. sect. deduci potest, quid sit dicẽdum in casu, de quo nunc dubitari contingit, & egregiè consuluit admodum R. D. Ludouicus Somascus, peritissimus, & acutissimus I. V. Doctor, & collegiatæ ecclesiæ Sancti Inuentij Papiæ præpositus, multis nominibus obseruandus, videlicet. Iãdiu A. quandam certam pecuniarum quantitatem B. mercatori in societate contulit cum pactis licitis iuxta solitum talis societatis, quã pecuniæ quãtitatem dictus B. vt creditur, nomine C. & D. consobrinorum recepit; & præfatus C. nepos dicti A. tũc temporis erat maior, & D. filius præ dicti A. minor. Defuncto autem A. qui dederat pecunias dicto B. mercatori, & vt fertur, rogato instrumẽto, præfatus mercator restituit totam pecuniæ quantitatem dicto C. nepoti prædicti A. iam in plena pubertate, siue in maiori ætate constituto; filio quidem nihil reddidit, cum esset minor, & viueret in domo contubernali; de prædicta verò restitutione rogatum fuit instrumentum. Postmodum præfatus D. filius duxit vxorem, voluitque diuidere, & dictus mercator eos cõcordauit, nẽpe dictum C. & alios ex vna parte, & dictum D. minorem ex altera, cui (comprehensa dicta pecuniæ quantitate, vt supponitur) promissum fuit certum quid dãdum a præfato C. & de hac re confectum fuit chirographum a tribus testibus subscriptum, quod adimplendum erat termino quindecim dierum, dũmodo minor pronunciaretur maior; sed dictus D. nihil vnquam obtinuit, & dictus C. decoxit. Quæritur, an vigore monitorialium ipse mercator teneatur manifestare dicta instrumenta, non obstante, quòd, vt apparet, agatur de eius interesse.

## QVAESTIO VIII.

An filij, vel vxores, præter casus licitos; aliquid a parentibus, vel maritis subtrahẽtes comprehendantur in monitorio a patre, vel marito obtento, in quo præcipitur sub excommunicationis pena, vt qui furta commiserint, teneantur illa restituere, vel manifestare.

### SVMMARIVM.

1 *Filij, vel vxor subtrahentes aliquid a patre, vel marito quando comprehẽdantur in monit.*

2 *Consanguinei regulariter non præsumũtur includi in monitorio, nisi exprimantur, & cur.*

3 *Filius, vel vxor dubitans se monitorij excommunicationem incurrisse ob furtum patri, vel marito factum, quid agere debeat.*

4 *Filius sufficienter prouisus a patre accipiens aliquid ab eo, vt nimis se pomposè ornet, excommunicationem monit. incurrit, & quid aget.*

5 *Filius obtinens remissionem a patre de furto liberat etiam a restit. complices.*

6 *Filius, si de subtracto a patre remissionem non obtinuerit, ad quid teneatur.*

7 *Vxor ad quid obligetur de re furata marito, & qua pena puniri possit.*

8 *Filiusfa. qui aliquid tertiæ personæ furatus est, quando possit de bonis pa. restituere.*

9 *Filiusfam. vel minor lucrans in ludo ab eo qui est sui iuris, an sibi retinere possit.*

10 *Ludo acquisitum a minori, vel filiofa. vel ab alio, qui alienare nequit, an sit restituendum.*

SI in monitorio exprimatur, quod omnes quantumuis sanguine cõiuncti manifestare, siue propalare teneantur, vel addatur clausula, nullo

1 excepto, proculdubio † filij, vel vxores, præter casus licitos, aliquid a parentibus, vel a maritis accipientes comprehenduntur, quia tunc re vera est furtum; si res sit notabilis, & per huiusmodi verba indicatur, quòd animus, & eius, qui instat, necnon superioris esse illius instantis domesticos etiam obligandi; quod procedit etiam, vbi furti quãtitas est adeo notabilis, quod præsumendum sit, hoc eum velle, vel ex qualitate rei id colligi possit. Et facit, quòd etsi communiter in clausula generali nõ veniant requirentia speciale mandatum; tamen comprehenduntur, cum ex verbis appareat talem esse concedentis intentionem. Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. num. 32. & probant in term. infra citandi doctores, & faciunt optimè adducta per Io. Baptistam Magon. in lucerna moral. p. 2. c. 3. tit. de fidelit. monitorio[illegible]

Vbi verò proponantur furantes in genere, tunc non videntur obligari; tum quia odiosa sunt restringenda. vulg. iuribus: faciunt tradita per Caroc. tract. de re furtiua. q. 23. tum quia cum monitorium solum vertitur illa generali clausula, nec adhibetur

2 † alia exprimens coniunctos, quæ po-

potuit, & ſolet aliquando adhiberi,
non eſt credendum patrem, aut ſupe
riorem os tam grauiter, & acriter
ob huiuſmodi furta excommunica-
tionis cenſura innodare. Tolet. lib. 1.
c. 10. num. 7. poſt Sot. de iuſt. & iur.
lib. 5. q. 3. art. 1. quem citat, & ſequi-
tur. prax. Archiep. Neapolit. capit. 2.
not. 8. Quamuis teneantur ad reſti-
tutionem, quando grauе eſt damnũ;
ſecus ſi vxor, vel filij accepiſſent ali-
quid pro ſuo decenti ornatu; quia
tunc non tenentur reuelare, vel reſti
tuere, ad hoc enim tenetur pater, vel
maritus.

3 In dubio tamen † ſecurius, & ſa-
lubrius erit abſolutionẽ petere, vbi
enim filius, vel vxor crederet, aut du
bitaret eam incurriſſe ex eo, quòd de
patris, vel mariti intentione, cui iu-
dex monitorium concedens ſolitus
eſt ſe conformare, nihil certi habeat,
an voluerit, nec ne in hoc caſu eos li-
gare; tunc impetrata condonatione
a patre, vel a marito poterit abſolui,
quia pars eſt ſatisfacta: vide F. Bern.
Buſt. par. 2. roſar. ſerm. 37. in §. pen.
in fin. 3. p. vbi inquit, quòd in dubio
melius eſt viam tutiorem eligere, &
ſe excõmunicatum reputare, & abſo
lutionem petere.

Et hoc præcipuè locum habet, &
probabiliter dubitari poteſt, filium
excõmunicationem huiuſmodi in-
4 curriſſe, quando † ipſe ſufficienter
eſſet prouiſus a patre iuxta ſtatum
ſuũ, & ſub patria poteſtate accipiat
clanculo, quod poteſt, vt nimis pom
poſè ſe ornet, cultioribus indumen-
tis; tunc enim melius, & ſecurius eſ-
ſet impetrare a patre remiſſionem
illius quantitatis diſtractæ, & abſo-
lutionem obtinere, & ſi ante lapſum
termini in monitorio præſignati di-
ctam condonationem obtinuerit,
excommunicationis ſententiam eui
tabit: ita concluditur ex Sot. lib. 5. de
iuſt. & iu. q. 3. art. 1. Michael Salon.
2. 2. q. 66. art. 3. Petr. Arragon. ibid.
P. Nauar. lib. 3. de reſt. cap. 1. par. 2.
dub. 5. nume. 81. Greg. Sair. in claui
lib. 9. c. 16. nu. 19. Graff. par. 1. deciſ.
lib. 4. c. 3. nu. 11. Emanuel Rodriq.
in ſum. par. 1. c. 79. nu. 15. poſt Lud.
Lopez par. 2. inſtr. conſc. c. 12. & 23.
5 in h & † vbi filius obtineat remiſſio-
nem a patre de furto liberat quoque
a reſtitutione ſocios, & cõplices fur-
ti, vtpura familiarem, qui ſcienter
auxiliatus eſt filium ad tale furtum,
& emptorem, qui in rigore teneban
tur ipſi patrifam. reſtituere. Rodriq.
in ſum. par. 2. c. 47. num. 17. circa fi.
vbi latè hæc declarat.

Adduntque citati doctores, quòd
6 † niſi remiſſionem obtineat a patre,
tenebitur filius vt dictum eſt, ſi bona
habet caſtrenſia, vel alia libera, reſti-
tuere patri, non minus, quàm extra-
neo; & ſi nihil horum præſtitit, mo-
riente patre ex parte ſuæ hæreditatis
alijs fratribus accepta compenſare
7 obligatus erit. Similiter vxor † ſi ha-
beat bona paraphernalia, vel libera;
ſin minus, quãdo locus fuerit de ſua
dote, vt inter alios tradit Lud. Lopez
d. c. 12. Mortuo autem marito hære-
dibus viri de re mariti furata de fur-
to tenetur. l. 3. ff. de act. rer. amot.
Aret. tract. de malef. verſ. veſtem in
fi. Io. Baptiſta Magon. in lucer. mor.
p. 2. tit. de fidel. notar. c. 3. nume. 20.
Viuente autem marito negatur ad-
uerſus eam furti actio in honorem

ma-

matrimonij, sed ab ipso marito puniri potest, & debet moderata castigatione arbitrio boni viri. D. Menoch. de arb. cas. 580. per tot.

Aduertendum quidem est, quod
8 † si filius aliquid furatus sit, & illud expẽderit in vtilitatem patris, potest de patris bonis restituere, itidemq; vxor de bonis viri, vt colligitur ex prædictis doctoribus loc. cit.

Et hic incidenter addas vnum sa-
9 tis notabile, quòd † sicut vincens ludendo filiumfamilias tenetur restituere, ita filius, vel minor vincens etiam hominem sui iuris tenetur ei restituere, vt æqualitas seruetur. Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 4. sub num. 4. vers. deinde. quem referendo sequitur Caroc. tract. de re furt. q. 21. nu. 17. quod limitari debet, nisi qui potuit ludere, cognouerit illum, cũ quo ludebat, esse minorem, cui prohibita est alienatio bonorum suorũ, quia in hoc casu nõ tenebitur minor restituere, quod est lucratus & ratio est, quia volenti, & assentienti nõ fit iniuria: & licet minori sit prohibitũ alienare, non est tamen illi prohibitum recipere: ita aduertũt Angles in flor. in 4. de ludo. dub. 1. Rodriq. in sum. par. 1. c. 189. nu. 3. Sair in claui lib. 11. c. 12. nu. 9. Potest quidem talis, qui perdidit cũ minori, illud postea lucrari, & se reparare, vt cum Syluest. tenet Lopez in instr. consc. par. 2. c. 33. & Rodriq. d. nu. 3. cõtra Armi. Sunt, qui probabiliter asserũt
10 ludo † a minori obtentum non esse restituendum vsque ad condemnationẽ iudicis, si nulla intercedit iniustitia; quia licet non sit translatũ dominium ciuile, est tamen trãslatum naturale eius, & ius accipiendi, & vtẽdi, donec reperiatur, quod limitandũ puto in obtento in ludo a filiosamil. sub potestate n graue patris prẹiudicium, & notabile damnum, vt colligitur ex Nau. in man. c. 17. num. 12. & hoc restitui debet in conscientia patri, & non ipsi filio. Rodriq. in sum. par. 1. c. 153. nu. 8. Sair. in claui. d. lib. 11. c. 12. nu. 7. vbi latè declarat, & extendit in lucrato a religioso, a maritata, a seruo, a fure, & etiã a minore, si est notabilis quantitatis.

## QVAESTIO IX.

### An vi monitorij teneatur vxor restituere, vel reuelare sibi secretè donatum a marito in mortis articulo.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter cõiuges causa mortis, vel in tempore finiti matrimonij valet, declaratur nu. 30.*

2 *Donatio si excedat 500. aureos insinuationem requirit, & sine insinuatione excessus tantum annulatur.*

3 *Donatio inter coniuges in Hispania elapso anno a contracto matr. si filij non nascantur valet, & ratio huius legis.*

4 *Donatio inter coniuges cur regulariter prohibita.*

5 *Donatio inter coniuges cur etiam per interpositam personam prohibeatur, & nu. 24.*

6 *Marito volens donare, & vir mandet, vt vxori donet, an valeat donatio.*

7 *Donatio inter coniuges an sit contra bonos mores.*

8 Do-

38 *Vxor*

38 *Uxor, cui maritus aliquid donauit, uel ipsa accepit ex bonis mariti, quando restituere per monit. nō teneatur et ā stante in contr. stat.*

39 *Maritus nedum integram dotem, sed quæ benè, uel malè impendit de bonis parapbernis tenetur uxori restituere.*

40 *Uxor non potest sibi retinere aliquid ex bonis mariti pro fructibus bonorū parapher. a marito percept. & quando.*

41 *Statutum Papiæ 87. in ciuilibus quod mul. non poss petere fructus bonorum paraphr declaratur.*

42 *Uxor potest de bonis mariti soluere debitum ipsius, etiam contra eius expressam voluntatem, & quid aduertere debeat in hoc.*

43 *Donatio remunerationis causa uxori facta a marito quando teneat.*

44 *Donatio remuneratoria propriè donatio non est.*

45 *Merita, quę dicantur æquipollentia donationi.*

46 *Uxor non potest sibi aliquid ex bonis mariti retinere ob ordinaria obsequia marito exhibita.*

47 *Vxor tenetur ad obsequia mariti, etiam uilia.*

48 *Maritus, cui uxor aliquid de suis bonis parapher. donauit, an teneatur ob monit. restituere, uel reuelare.*
*Et quid non seruata forma statuti, nume. 51.*

49 *Statutorum uerba strictè, & propriè sunt accipienda.*

50 *Statutum Papiæ 98. in ciuilibus, ne mulier maritata possit sine consensu &c. declaratur.*

Contingit, & sæpissimè quidē, vt vxores paulò ante, quàm decedant eorum mariti, faciant sibi relinquere, siue secretò donare, & aliquando per interpositam personam, torquem auream, vel aliquem pecuniæ summam, vel alia bona, de quibus etiam mariti dicunt, nolle vxores teneri ad aliquam rationem hæredibus reddendam, vel ea manifestare. Hæredes autem suspicando de huiusmodi bonorum occultatione, post mortem viri, impetrant generale monit. contra detinentes, & scientes bona occulta talis defuncti: modò quæritur, ad quid teneantur tales mulieres, & sciētes. Hęc questio est quotidiana, grauis, & vlde controuersa.

Quod huiusmodi mulieres non teneantur restituere, vel reuelare illud sibi a marito donatum, facit primò, quia † donatio facta inter coniuges causa mortis, vel etiam constante matrimonio, modo protrahatur in tempore finiti matrimonij, vt scilicet res fiat viri, vel vxoris, cum mors fuerit secuta, tenet, vt habetur in l. sed interim. ff. de don. inter vi. & vx. & in l. cum vxori. §. vlt. & in l. quia. eo. tit. Petr. Duen. in reg. 221. lim. 2. nisi fiat, quod nullo modo reuocetur, quia non valet. glos. in d. l. sed interim. 1

Imo donatio aliàs nulla inter cōiuges aliquo modo facta morte donantis, & non reuocantis tacitè, vel expresè validatur. l. 1. & 2. C. eo. tit. c. donatio. eod. tit. & ratio est, quia eo tempore cessat ratio prohibitionis, ne scilicet mutuo se amore spolient. ita latè probat Sanchez de matr.

matr. par. 1. lib. 6. disp. 14. num. 1.
2 † dummodo non sit vltra quingentos aureos, quia si excedit, insinuationem requirit. l. sancimus. iuncta l. pen. C. de donat. Roland. a Valle cons. 93. nu. 15. lib. 1. Sanch. d. disp. 14. n. 24. & seq. vbi dicit, si excedat, solum excessum annullari, reliquam autem summam morte confirmari vide Gabriel com. concl. lib. 3. tit. de donat. concl. 1. & hæc indistinctè tenent glo. & Io. Andr. in d. c. donatio Le. Zecch. in sum. mor. theol. par. 2. cap. 33. num. 19. & citat Couar. & alios. Intellige tamen prædicta procedere, modo nō fuerit simplex promissio, sed secuta fuerit vera traditio, nō ficta. Castr. in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possess. Mansuet. in prax. iudic. §. item donatio facta. Polyd. Ripa tract. de act. in mor. art. c. 12. num. 3. quamuis secundum communem, vt testatur Sanchez d. disp. 14. nu. 7. & 12. sufficiat ficta traditio, quocunq; tempore vitæ fiat.

De iure Reg. Hispan. etiam habere in 3. tit. 12. lib. 3. fori, & refert
3 Duen. d. reg. 221. in fi. † quod elapso anno a tempore contracti matrimonij ualet donatio inter coniuges, si filios non habent; si tamen filii postea nascantur, reuocatur donatio, quinta parte excepta. Palat. Rub. in repet. rubr. de don. nu. 11. ubi dicit esse menti tenendum, & alibi non reperiri: & ratio dictæ l. 3. fori est, quia transacto anno cessat amoris feruor, qui initio ipsius matrimonij causa esse posset, ut coniuges ipsos permissa donatione se spoliarent. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 1. nu. 5.

Pet. Ant. Lazario Papien.

Nec obstare uidetur primo, quod
4 † donatio inter coniuges regulariter sit prohibita. tot tit. ff. & C. & extr. de don. int. uir. & ux. & primo quia sit contra bonos mores. l. 2. & 3. e. ti. secundo nè mutuo amore inuicem se spolient. l. 1. eod. res enim inter uirum, & uxorem cōmunes esse oportet. tertio ne coniugū concordiam dicatur pretio reconciliari, & matrimonia esse uenalia. l. 3. eod. Couar. in rubr. de test. par. 2. nu. 10. D. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 23.

Et ideo tantum prohibeatur talis
5 donatio, ut neque ualeat † etiam si fiat per interpositam personam, uel per modum remissionis debiti, vel assignationis, quia omnia habent rationem donationis. l. si spōsus. ff. eo. Nau. cons. 1. de diuor. & in man. ca. 17. nu. 149. D. Menoch. de arbr. cas. 459. num. 30. prohibetur enim inter eos pendente matrimonio donatio directè, & obliquè. l. 1. & 2. l. creditor. & l. pen. C. eo. Sanchez. de mat. tom. 1. disp. 1. lib. 6. nu. 8.

6 Vnde si quis † vellet viro donare causa mortis, & vir mandet, vt donet vxori, donatio non valet, quia idem videtur, ac si donaret vxori. l. idemq;. ff. eod. secus si volenti legare mihi, mādo, vt leget vxori meę. l. sed si vir. §. quod legaturus ff. e. quod intelligitur, quādo iam donauerat causa mortis, secus si disposuerat tantū donare, quia valebit, si mutato proposito, ad instantiam viri donet vxori. Siluestr. verb. donatio 2. q. 3. Lel. Zecch. in sum. mor. par. 2. c. 33. nu. 15. in fi.

Quia respondetur primò non re-
7 ctè dici † eam donationem esse con-

V tra

tra bonos mores, quia moribus receptum est, ne valeat donatio, vt inquit Vlpian. l. 1. ff. eo. tit. non autem dicit bonis moribus repugnare, vt Socin. iun. adnotauit cons. 44. num. 34. lib. 2. Fach. lib. 3. contr. iu. c. 81. Nec minus rectè dici, ne se inuicem spolient; & præcipuè ne maritus ob vxoris amorem spolietur, quia hoc potius militare posset in concubina, quæ blandior, & rapacior esse solet, quàm in pudica, & legitima vxore, vt not. in addit. cons. Dec. 195. Nec obstat, quòd talis donatio sit prohibita, & quòd oporteat rem esse communem inter ipsos coniuges, quia cum huiusmodi donatio regulariter efficax non sit, nisi donator prædecedat, vt superius diximus, res ergo communis esse non desinet.

Secundò respondetur illa procedere constante matrimonio, secus in donatione causa mortis, vel si respiciat tempus finiti matrimonij, vt tradit Duen. d. reg. 221. limit. 2. Vnde
8 † & donatiò facta inter eos, quo tempore coniuges non sunt, relata tamē in tempore nuptiarum valet. l. 1. l. quod sponsæ. C. de don. ante nupt. l. cum hic status. §. sponsus. ff. de don. inter vir. & vx. & hæc donatio ante nuptias, vel propter nuptias dicitur, quam sposus, vel alius eius nomine facit sponsæ, vel alteri nomine sponsæ in recompensatione recipiende dotis, quod fieri potest, etiāsi vir dotem non accipiat. c. nuper. eo. tit. & dicitur donatio ob causam, & remuneratoria, non simplex. l. fi. C. eod. vocaturq; donatio ob nuptias, quia propter eas fieri potest. §. est aliud. inst. de don. & fit plerunq; a sponso ante contractum matrimonium, dum tamen est in fieri † quā-
9 uis teneret etiam post contractum matr. d. l. fin. Zecch. d. cap. 35. n. 17. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 28. nu. 1. & talis donatio, & dos in omnibus æquiparantur. datur enim in præmiū dotis vxoris, & est quasi dos uiri. D. Io. Baptista Costa tract. de sc. & ign. dist. 12. cen. 2. num. 51. tom. 1. Nec requirit insinuationem, etiamsi excedat quingentos aureos, cum non sit donatio simplex, sed ob causam. auth. eo decursum C. de do. ante nupt. & Zecch. ibid. ex Abb. in c. fin. de don. inter vi. & vx.

Hoc quidem notādum est, quod licet hæc donatio ob nuptias sit a iure communi proculdubio permissa,
10 in aliquibus tamen ciuitatibus † vt Papiæ, & in eius principatu obstant statuta, vt 85. in ciuilibus, vbi habetur, quod in aliquo instrumento dotali de cætero non fiat, nec fieri debeat aliqua traditio alicuius tertiæ, vel quartæ, nec sponsalitij, hoc est donationis propter nuptias, quod permittebat lex Lombarda, & stat. 121. vbi disponit, quod mortua
11 † uxore in matrimonio maritus lucretur dotem in totum, nisi existant liberi, quia tunc maritus, nisi usumfructum lucratur, reseruata proprietate ipsis liberis; quod procedit etiā, si liberi essent primi matrimonij. Paris. cons. 91. num. 8. & seq. & cons. 110. nu. 21. uol. 5. mortuo autem uiro in matrimonio uxor lucretur tertium plus dotis de bonis uiri, & non plus loco tertiæ, & quartæ antiquitus debitæ, seu donationis propter nuptias, quod quidem tertium

ascen-

ascendere non potest ultra libras cẽ-
tum monetæ currentis soluti matri-
monij, ut constat ex stat. 88. in ciuil.
12 Vnde ab aliquibus † notarijs Pa-
piensib. hæc cautela sæpè usurpatur,
nempe quod in instrumento dotali
minimè exprimant talem donatio-
nem factam a sponso ob nuptias, sed
eam una cum dote computando, di-
cant sponsum confiteri se recepisse
talem, ac tantam pecuniarum sum-
mam pro dote, & ratione dotis ante
illud instrumentum, quæ quidem
confessio, licet sit loco traditionis
Siluestr. uerb. donatio 2. q. 5. Lud.
Lopez de contract. lib. 2. c. 47. tamẽ
non est tuta cautela ob periculum
periurij, ad quod aduertere debent
notarij, qui in huiusmodi instru-
mentis deferunt partib. iuramẽtum,
quo iurant supradicta omnia con-
tenta in instrumento esse uera, quia
cum nihil ante instrumentum fuerit
13 receptum † contrahentes mortalem
periurii culpam incurrunt, delibera-
tè iurãdo super re falsa, etiamsi esset
minima. Graff. lib. 2. decis. par. 1. c.
16. num. 3. Arrag. in 2. 2. q. 89. ar. 3.
ubi firmat pro indubitato, quod om
ne iuramentum assertoriũ, cui deest
ueritas, semper est mortale peccatũ,
& ipsi notarij huius rei conscij iu-
ramentum deferẽdo peccant quoq;
mort. c. ille. 22. q. 5. Ala trac. de caut.
14 fid. christ. q. 55. & ideo melius, † &
securius esset, seruando huiusmodi
usum, quod sponsus ipse, uel alius
eius nomine pecuniam talis aug-
menti, siue donationis sponsę dona-
ret paulò ante stipulationem instru-
menti dotalis, & sponsa in ipsius sti-
pulationis actu una cum alia pecu-
nia dotali eam sponso numeraret, et
sic iustè posset uterq; tunc iurare de
data, & recepta dote in tali, ac tanta
quantitate; uide Sanchez de matr.
tom. 1. lib. 6. disp. 1. & 9. & melius
disp. 28. & sequenti, ubi etiam dicit
talem donationem, quam arras hi-
spani vocant, non posse excedere in
Regno Castellæ decimam partẽ bo-
norum mariti: facit etiam Fachin. li.
8. contr. iur. ca. 67. & quãuis tutius
esset seruare dicti statuti dispositio-
nẽ, nõ tamen vxor restituere tenetur
sibi donatũ a marito ob nuptias in
conscientiæ foro, donec aliter a iudi
ce esset declaratum, cum dictũ stat.
non procedat in hoc annullando,
nec reddat ipsam incapacem quoad
hoc, secus autem est de stat. 90. in
ciuil. quod mari. non poss. relinq.
vxo. vt infra dicemus.

Vbi vero non obstet stat. in mul-
15 tis casibus etiam † constante matri-
monio tenet donatio inter virum,
& vxorẽ, & primo si est iurata. Nau.
cons. 1. de diuor. Fach. d. lib. 8. c. 81.
& de magis communi opin. testatur
Rol. a Valle cons. 77. nu. 2. & 9. lib.
1. clar. in §. donatio q. 9. nu. 3. Poly.
Ripa tract. de actis in mor. art. c. 12.
num. 2. circa fi. Secundo, pro restau
randis rebus igne consumptis. l. si
quod vis. ff. eod. Tertio cũ sit causa
mortis, vt in casu nostro d. l. sed in-
terim. ff. eo. Quarto, cũ sit causa cõ-
sequendi aliquem honorem, vel ob
aliam piam, & honestam causam. l.
quod adipiscendæ. ff. eo. & ibi Cyn.
& Bald. & l. si constante. de don. ãn-
tẽ nup. Quinto, si sit Imperator, vel
Rex. l. pen. C. eod. & alios casus vide
apud Nau. in man. ca. 17. num. 149.

Gabriel. com. concl. de don. concl. 1. & 2. Petr. Duen. d. reg. 221. Thom. Sanchez de matr. tom. 1. disp. 3. lib. 6. Zecch. in sum. mor. p. 2. ca. 33. nu.
16 19. vbi nu. 20. tradit † qualiter talis donatio reuocetur.

Nec obstare videtur secũdo, quia vxor possit sibi secreto a marito donatũ retinere eo, quod in multis ciuitatibus per statutum prohibeatur, ne maritus possit vxorẽ ipsius hæredem instituere, legare, vel relinquere in vltima voluntate vxori suæ nisi libr. 50. Imperial. vel vsumfructum, vt habemus nos Papię sta. 90. in ci-
17 uilib. his verbis, † Statuimus, quod de cætero aliquis maritus non possit vxorem ipsius instituere, vel legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate vxori suæ, nisi vsumfructũ; proprietatem autem alicuius rei relinquere non possit, sed dicto vsufructu uti nõ possit, nisi honestè, & in viduitate manendo, & thorum uiri sui honestè custodiẽdo: alimẽta autem possit ipso maritus relinquere dictę uxori suæ, lectum uiri sui honestè in uiduitate custodiendo uendere uerò, nec alienare uxori, uel alteri pro ea constante matrimonio non possit, & si secus factum fuerit non ualeat, nec teneat ipso iure. Hęc
18 bi. Quod † quidem statutum cum aliis Papiæ fuit compilatum, & editum a peritissimo Baldo Perusino, ut referunt Franc. Curt. iun. cons. 5. num. 12. & D. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 343.

Quia respondetur, quòd licet tale statutum ualidum sit, ut probat Lãcel. Gallia in consuet. Alex. rubr. ut
19 maritus non possit &c. † procedit tamen in ultima uoluntate, prout loquitur, & non habet locum in donatione causa mortis. Bald. in l. hac cõsultissima. C. qui test. fac. poss. Alex. in l. 2. ff. de lega. 1. & in consi. 116. animaduersis. & cons. 76. uisis dubitationib. lib. 5. & in terminis tenet Dec. cons. 195. num. 4. & facit, quia
20 tale statutum † contra ius commune dicitur odiosum, & strictè, & propriè debet interpretari, ut not. And. Sicul. cons. 12. lib. 1. Alex. cons. 43. uiso. lib. 5. & ideo cum tale statutũ loquatur de relictis, non habebit locum in donatione, quæ morte confirmatur, ut firmat Dec. loc. cit. ubi addit hoc procedere, etiam si donatio causa mortis fiat in testamento sub illa clausula, & si non valet iure testamenti, valeat iure donationis causa mortis, & sufficere, quòd notarius stipuletur, nec ob id fraus fieri videtur tali statuto, vt no. Bal. consi. 160. quem refert. & sequitur Dec. d. consil. 195. Et tanto magis si iuramento confirmetur talis donatio. c. cum contingat. de iureiur. Alex. cons. 54. in casu. lib. 7. arg. l. cum hi. ff. de transl. Dec. in l. 1. col. 5. C. de secun. nupt. Et hoc quia donatio causa mortis non est mera vltima voluntas, vt plenè notatur in l. fin. C. de don. caus. mor. & in l. 2. in princ. ff. de dot. præleg. & institu. de don. in princ.

Quibus tamen non obstantibus cõtrarium vti verius, & probabilius, atque in foro conscientiæ tutius est
21 asserendum, & tenendum, nempe † quòd mulier tenẽs bona sibi relicta a marito contra mẽtem, & formam statuti peccat, & tenetur ad restitu-

tionem

tionem nulla iudicis expectata sententia, sed tantum petentibus ipsis hæredibus, & ideo virtute monitorij ligatur, & si excommunicationis sententia feratur, remanet excommunicata non restituendo, aut se cum hęredibus componendo intra terminum in monitorio præfixum, vt in púcto tenet Borgn. Caualc. decis. 21. par. 3. nu. 75. & seqq. post Bertazol. cons. 25. in ciu libus. lib. 1. in primo dub. Lancel. Gallia in consue. Alex. in rub. vt mar. non pos. relinq. Ioan. Bapt. Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 215. in addit. Cassan. in consue. Burg. tit. de droiest. §. 7. glo. 13. vers. quidam mercator. Pulchrè D. Menoch. de pręsumpt. lib. 1. q. 80. num. 38. & citat Perr. Pecch. tract. de testam. coniug. lib. 4. c. vlt. Nau. consi. 8. de testam.

22 Et ratio est, quia † de validitate talis statuti etiam in foro cóscientiæ non est dubitandum; tum quia per rationem, & non per solam pręsumptionem est conditum. Borgn. d. decis. 21. nu. 64 nam vt not. Bart. in l. 1. q. 6. in vers. vel pone statutum est C. de sum. trin. tale statutum conditum fuit, ne maritus propter vxoris amoré depauperetur, siue spolietur, & pro conseruáda agnatione, & familijs, quas conseruare Reipublicæ interest. l. 1. §. denunciare. ff. de vétr. inspi. l. super. C. de quæstionibus, & præsertim ne depauperétur filij, qui sunt columnæ familiarum, vt dixit Euripides Poeta Græcus, & refert Azor par. 2. inst. mor. lib. 2. c. 27. q. 7. in fi. ita Alberic. par. 2. stat. q. 112. Lácel. Gallia loc. cit. pulchrè D. Menoch. d. q. 80. nu. 37. vbi inquit conditum etiam fuisse tale statutum ob præsumptam fraudem, & malitiam mulierum, quæ maritos blandicijs alliciút ad sibi relinquendum, & sic in odium vxorum, & fauorem maritorum. Socin. consi. 74. vol. 3.

23 Tum quia leges † hæc omnino prohibentes, & quicquid contra gestum fuerit ipso iure annullantes, vt disponit dictum statutum, inhabilitant personas contrahentium, inualidantque dominij translationem, vt in par. 2. can. qq. sect. 2. dicemus, & in vtroque foro tam conscientiæ, quàm exteriori sunt receptæ, vt sonant, & ita vsus ipse testatur: sic expressè tradit Sanchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 33. nu. 2. & in terminis nostris tenet Lácel. Gallia in cósuet. Ale. in rub. vt mar. non poss. relinq. vxo. in præfat. & in verb. non possit. q. 6. & 14. post Præpos. in c. quoniá. dist. 18. nu. 12. Curt. senior. 71. incip. princeps. nu. 9. & seq. Vnde retentio ex tali mala donatione furtú est. Rolan. a Val. consi. 98. num. 35. lib. 1. Imo ex adductis per Sanchez loc. cit. nu. 1. colligitur maritú scienter contra dispositionem talis statuti facientem grauiter peccare: quod intellige, nisi aliqua existente iustá causa, prout infra nu. 38. & seqq. declarabitur.

24. Quod procedit, etiamsi † per interpositam personam maritus relinquat vxori, vt quando donat Titio, vel eum hæredem instituit, tacita fide, vt ipse postea reddat vxori: ita in term. Nau. cons. 3. de testa. Alber. in l. si is qui. & eum refert ibi Ias. num. 5. ff. de vulg. & pupil. D. Menoch. de arbi. cas. 459. nume. 28. & seq. vbi expres-

expresse ita interpretatur dictū stat. quia paria sunt per se, vel per alium facere. vulg. iur. Quo in casu cum relictum sit factum incapaci tacita fide locum habet dispositio l. cum tacitū. ff. de iure fisci, nēpe quod fisco applicatur. D. Menoch. de arbit. cas. 198. nu. 37. & latè declarauimus supra q. 22. huius sect. 2. nume. 17. vbi docuimus etiā, quid agere possit talis mulier, vt huiusmodi rei per tertium sibi reddendæ dimidium lucrari iure queat.

Quòd extende, etiamsi testator extra territorium statuētium ita di-
25 sposuisset, quia † statutum ciuitatis factum in fauorem personarū porrigit effectum extra territorium statuentium, vt tradit Bar. ponens exēplum de stat. quo prohibetur coniux legare. in l. 1. nu. 52. C. de sum. Trin. quem Ias. ibi & alij ab eo cit. sequūtur. & in his terminis explicat Nau. d. cons. 8. nu. 2. & latè explicat Paris. consi. 99. a num. 59. & seq.

Quare animaduertere debent huiusmodi mulierculæ, quæ in hac re sæpè imperitos consulunt, & remanent hoc laqueo illaqueatæ cum
26 † suis consultoribus, qui certè nō solum peccant mor. sed tenēturad omne damnum subsecutum, si nesciūt, quod scire tenentur, & ignoranter malè consulunt, vt sunt aduocati, confessarij, medici, & huiusmodi, quibus fides adhiberi solet. Ioan. Baptista Corrad. in resp. cas. consc. par. 2. q. 128. Sair. in claui. lib. 10. tract. 2. cap. 8. num. 11. Rimin. iun. consi. 455. nu. 63. vol. 4. Et quamuis tuta
27 conscientia † possint directè mulieres retinere huiusmodi bona, & fructus, donec fuerint interpellatæ ab hæredibus. Borgn. d. nu. 64. & demōstrauimus supra q. 23. circa fin. licet bonum esset si ante interpellationē redderent, & confessarius consilium hoc dare debet, sed non sub precepto imponere, iuxta tradita per Tolet. in
38 sum. lib. 5. c. 20. in fin. secus† tamen post monitorij interpellationem, in cuius termino, vbi restituere nequeant, non sunt liberatæ ab onere reuelādi, vt tenet Borgn. d. decis. 21. nu. 76. & not. in c. nouit. de iudic. & sylua nupt. libro 3. verb. monitorię num. 36. & colligitur ex Alberic. de Maletis Papien. in tract. de testibus c. 6. num. 19. & seqq. Hęc tamen in-
29 tellige, nisi† maritus obtinuisset dispensationem a Principe, vt non obstante tali statuto, vxori relinquere possit, quam dispensationem legitima existente causa, & nisi in graue agnatorum præiud. cium tendat, cōcedere iure potest. Rolan. cōsi. 3. nu. 16. vol. 1. quo in casu aliquando dispensat Excellentiss. Mediolani Senatus.

Nec obstant in contrarium adducta, & primò, quòd donatio causa
30 mortis valeat &c. quia resp. † illa procedere de iure communi, & habere locum, vbi non extat huiusmodi statutum, & in tali casu loquitur Rodriq. in sum. par. 1. cap. 79. num. 11. circa med.

Secundè non obstat, quòd statutum loquatur in vltima voluntate, & non in donatione causa mortis, vt probat Dec. in d. cons. 195. quia re-
31 spond. talem † donationem habere vim relicti, & dicitur relictū, prout disponit statutum, aliàs statutū reddere-

deretur elusorium, quod non est dicendum, quia vt fraus tollatur, etiã in materia odiosa fit lata interpretatio.glo.fin.in c.quamquam.de vsur. in 6.facit text.in c. si ciuitas.de sent. excom.in 6.& in c. quanto.de priui. & l.1.§.pecuniã.ff. de calum. Rim. iun.consi.450.nu.69.vol.4.pulchrè Camil. Gallin.de verb.sign. lib.2.c. 21.nu. 4. & declarat Marc. Anton. Rouese.in addit.ad Dec. in l.foemi-nae.ff.de reg.iu.nu.59. Hinc friuolũ
32 patet esse,quod † asserit Dec. d.cõs. 195.nempe quòd talis donatio causa mortis teneat,etiamsi fiat in testamento apponendo clausulam codicillarem;quia sic de facili posset fieri fraus statuto. Vnde non miror,si cõtra illud Dec. consil. fuit pluries iudicatum,vt ex Alciat.lib.2. de verb. sign.refert additionator illius consilij lit. B.vide D. Menoch. consi. 39. noua excitatur dubit.nu. 53. lib. 1. vbi de magis commune concludit donationem inter virum,& vxorem factam in testamento ab eo,qui esset constitutus in mortis articulo etiam iuramento firmata nõ tenere de iure communi, sic etiam refert Polyd. Rip.in tract.de actis in mort.art.ca. 12.nu.5.

Nec obstare potest,quod si haeres
33 † certò sciat talem fuisse testatoris voluntatem, vt eius vxor haberet illud relictum,peccet mortaliter contrauueniendo ipsius testatoris voluntati,vt aiunt Abb.in ca. cum omnes col.4.de testam. Rip. in l. nemo potest.nu.101.ff.de leg.1.quia resp.nõ peccare;cum illa voluntas non solet nis voluntas non sit, ex quo lex eam habet pro non voluntate, dum eam annullat: & ideo talis haeres non peccat,nec habet cõscientiam lęsam, si iure existimat se non teneri, & si dubitaret, & ob id haberet conscientiam scrupulosam,eam deponere potest.c.per tuas.de simon.& tradit D. Menoch.de praesump.q. 80. nu.30. & diximus supra q.23.nu.15.huius 2.sect.

Nec obstare potest, quòd sicuti
34 † per legem pęnalem priuatus ipso iure, & facto ob delictum bonorum dominio non tenetur in foro cõscientiae ante iudicis condemnationem restituere bona fisco,vt post alios de communi,& veriori sententia testatur Azor.par.1.inst.mor.lib.2. cap. 11.& li.5.c.7.q.1.& seqq. Gorrad. in resp.cas.consc.par.1.q.209.ita in casu nostro non teneatur dicta vxor restituere,nisi secuta iudicis cõdemnatione,quia respõdetur,quòd licet dictus reus sit priuatus bonorum dominio, illorum tamen possessione, & administratione nõ est priuatus, vnde obtinuit vsus, teste Azor. loc. cit.q.3.vt nisi post iudicis condemnationem locum habeat talis priuationis pęna: Sed in casu nostro lex potius impedit, ne vxor acquirat, quam priuet, siue spoliet acquisitis; nec propriè,& simpliciter dicitur pęnalis, sed potius legalis sententia,& praeceptiua, qua ipsa inhabilis redditur ad illud tale acquirendum,vt inquit Sot.lib.1.de iust.q.6.ar.6. Corrad.in resp.cas.consc.q.84.p.1.facit
35 etiam, quia in casu nostro † agitur de lucro captãdo, cum bona directè spectent ad haeredem; sed in reo priuato agitur de damno vitando, quo in casu iura plus fauent,vt ex l.is cui

§.fi.

§.fi.ff.de furt.& l.2.§.portio.ff.ad l. Rhod.de iactu. concludit Nauar.in man.c.24.nu.22.circa med.

36 Nec obstare potest, quòd sicuti † non cogitur quis ad restituendũ malè acceptum ab eo, qui sponte bona dilapidat in epulis, ludis prohibitis, & luxurijs ante iudicialem sententiam, ita in casu nostro non teneatur &c. Quia primo respondetur, quòd ibi non annullatur actus; sed datur tantum aliquando in foro iudiciali repetitio. Sanchez de matr. tom. 1. lib.6.disp.38.nu.32.in fin.ex Auth. aliarũ.C. de relig. & ibi addit, quod ille dilapidans non potest in cõsulto iudice compensatione vti, secus in casu nostro, in quo est specialis ratio propter speciale ius, quod obstat acquirenti, vt diximus. Secundò, quia

37 † restituẽdi necessitas oritur ex trãgressione legum, & in speciali iustitiæ, non autem ex trãgressione legis charitatis secundum communem opin. sed acquirẽs ludo ab huiusmodi dilapidatore, etiãsi ludus sit probitus, nisi ab eo, qui donare non põt, aut dolo, fallacia, simulatione, metu &c. sint extorta, nihil contra legem iustitiæ committit, ergo restituere non tenetur, nisi fortè aliqua de causa a iudice ad id cogatur, vt ex Do. Tho. Alex. Adrian. Pan. & communi tradit Nau. in man.ca.20.nu.19. Tolet. in sum.lib.5.c.27.nu.5. Sair. in claui lib.11.c.12.nu.7. Sanchez d.nu.32. quod non procedit in casu nostro, vt ex superius adductis patet.

Aduertendum tamen est primò,

38 quod † si maritus aliquid sic donauerit, vel vxor de bonis mariti aliquid propria authoritate occultè acceperit pro satisfactione suæ dotis, vel arrarũ, vel bonorum paraphernalium per maritum receptorum, de quorũ receptione nihil appareat, & aliàs commodè eam, vel ea recuperare nequeat, non tenetur ipsa restituere, nec id scientes reuelare, dummodo suum creditum non excedat, caueatque, ne iterum sibi tale debitũ soluatur, vel quod in eum euentum sublatum restituat. Cordub. tract. de cas.consc.q.126.in prin. Gutier. lib. 1.can.qq.c.11.nu.69. Nau. in man. c.17.num.153.& seqq. vbi ait, quòd

39 † maritus accipiens sibi, vel alteri aliquid notabile ex bonis, quæ vxor præter dotem habet, peccat mor. & tenetur restituere nedum integram dotem; sed etiam ea, quæ benè, vel malè impendit de illius bonis paraphernis. vide Capic.decis.183.nu.8.

40 Non potest autem † vxor aliquid accipere, & sibi retinere ob fructus bonorum paraphernaliũ, siue extra dotem, vel receptitiorum, hoc est bonorum constante matrimonio sibi datorum, vel ex successione delatorum, quos maritus perceperit ipsa sciente, patiente, nec reclamante, vel contradicente, siue de eius expressa voluntate, quia eos petere, vel prætendere non potest, vt notat Decian. consi.84.per tot. volum.4.post Dec.

41 consi. 521. & † Papiæ extat statutũ 87. in ciuilibus sub rubr. quod post mortem mariti mulier non possit petere fructus bonorum paraphernalium, quod latè, vt pulchrè declarat D. Io. Baptista Costa in trac. de fact. sc. & ign. dist.46. cent. 1. tom. 1. & vide D. Menoch. de præs. lib.3. præs. 9. Potest quidem accipere, & sibi retinere

tinere ei donata uti sponsæ per consanguineos sponsi, quia huiusmodi cedunt commodo ipsius sponsæ, & sua efficiuntur, Rolan.consi.10.nu. 8.vbi declarat. & Sanchez de matr. tom.1.lib.6.disp.26.

42 Poterit quidem † occultè, & sine scandalo de bonis mariti soluere debitum ipsius, etiam contra expresſá eius voluntatem, quia est socia adiutrix. Genes.1. & hoc faciendo adiuuat eum ad seruandam animam suá, secundum Gabr. in 4. dist. 15. q.1. & sequitur Nau. in man.d.c. 17.nu. 117.vbi hoc temperat, dummodo prouideat, quòd maritus, vel hæredes intelligant se illi non debere, recepta schedula remissionis ab eo, cui soluit, aut alio modo.

43 Secundò, si † maritus aliquid vxori donauerit remunerationis causa, vt puta, quando maritus vel eius pater, seu mater diù ęgrotasset, eisq; vxor studiosè, & diligéter inseruisset, & instante mortis periculo secretè donet 25. aureos, vel alia mobilia in signum beneuolentiæ, & ob merita diuturnæ seruitutis vxori, quæ tribulationum, & infortuniorum eius particeps, & adiutrix fuit, nec affectum mutauit ob eius diuturnam ęgritudinem, vt dicit D. Io. Baptista Costa in tract. de fac. sc. & ign. tom. 1. cent.2. dist.12.nu.37. in hoc quidem casu crederem, quòd huiusmodi mulier nó teneatur restituere, nec reuelare virtute monitorij, nec pariter scientes; præsertim, si hæredes extranei succedant, vel si filij succedát, graue, & notabile damnum eis non inferatur ex huiusmodi re donata.

Pet. Ant. Lazario Papien.

44 Tum quia † huiusmodi obsequia sunt remuneratione digna, vt cum Dec. & Paris. docet Tiraqu. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 108. C. de reuoc. don. Sanchez de matr. tom.1. libr.6. disp.6. nu. 14. in fi. vers. similiter; & talis donatio remuneratoria propriè donatio non est, sed talium officiorum merces, & huiusmodi debiti naturalis restitutio. vt tradit Roland. a Val. cons. 98. nu.48. lib.1. & probatur in l.1. ff. de don. D. Menoch. de præsumpt. libro 3. presſ.29. nu.9. & hanc esse communem sententiam tradit Fachin. libro 3. contr. iu. ca.82. tum quia donatio inter virum, & vxorem, cum sit ob benemerita, & remunerationis gratia, sine dubio valet. D. Menoch. de arb. cas. 132. nu.3. & de præs. lib. 3. præs. 11. nu. 13. Roland. a Valle cós. 5. nu. 11. & cons. 98. num.44. lib. 1. vide Fran. Rip. in l. si vnquam. q. 14. C. de reuoc. don. & ibi Bald. & Ang. & præsertim, vbi donatio non excedat valorem meritorum. Gab. com. concl. tit. de don. concl. 2. nume.46.

45 merita † autem, quæ dicantur æquipollentia donationi, arbitrio prudentis relinquendum est, attenta donantis qualitate, an diues sit, vel nobilis, cum soleant nobiles multo maioré referre gratiam. cap.1. de don. ita D. Menoch. cum alijs, quos refert de arbit. lib.2. d. cas. 132. num.7. & seqq. & optimè explicat D. Costa in tract. de portione rata. q.75. vide Cardin. Tuschum tom.2. pract. conclu. iuris lit. D. concl. 636. & tom.1. lit. B. conclu. 87. vbi inquit benemerita multa habere specialia. tum quia huiusmodi donatio, ex qua donans non

efficitur pauperior, licet donatarius efficiatur ditior, inter cōiuges valet, vt latè probat Sáchez de matr. tom. 1. lib. 6. disp. 4.

46 Non poterit tamen † vxor aliquid sibi retinere propter obsequia ordinaria ipsi marito in eius vita impensa, quia gratis ex debito iustitiæ ad ea exhibenda erat obligata. Angel. verb. vxor. nu. 2. vbi dicit vxorem teneri ad obsequia viri etiam vilia

47 vxor † namque quasi ad vsum viri dicitur esse. Paul. Castr. consil. 124. incip. super primo. & Salic. in l. cum te. C. de donat. ante nupt. Io. Baptista Magon. in lucerna morali par. 2. tit. de fidel. notar. c. 3. num. 3. & ideo acceptum, etiam de mariti licentia, tenebitur restituere per monitoriū. Io. Baptista Corrad. in resp. cas. cōsc. par. 1. q. 215. in addit. vers. Maria vxor. post Lud. Lopez. in instr. cōsc. par. 2. c. 12. vers. porro. Non punitur tamen vxor alliciens virum blanditijs, vt eum nummis, aut alia re emungat. D. Ioan. Baptista Costa de tract. de fac. sc. & ign. inspect. 29. nu. 12. tom. 1. vide Farin. tract. crim. par. 1. q. 18. nu. 70. & seq.

48 Tertiò aduertendum est, quòd † si vxor de suis bonis paraphernalibus reliquerit, vel donauerit causa mortis aliquid marito, non tenebitur maritus virtute monitorij ad instantiā hæredum vxoris publicati restituere, vel reuelare; tum quia, vt supra probauimus, donatio causa mortis inter virum, & vxorem de iure communi tenet; tum quia statutum loquens in marito erga vxorem non habet locum in vxore erga maritū, vt tradit Anchar. q. 27. par. 1. Rolā. consi. 60. nume. 37. vol. 1. Curt. iun. consil. 6. circa primum, vbi loquitur etiam in socero. Roma. consi. 39. latè Cephal. consi. 408. vol. 3. Lancel. Gall. loc. cit. q. 4. & hæc opinio ve-

49 rior † videtur, quia verba statutorum strictè, & propriè intelligi debent. Surd. deci s. 329. nu. 10. lib. 2. & D. Menoch. de arb. cas. 321. num. 11. & præsertim, vbi statutum extaret, quòd verba statutorum ad litteram, & sine interpretatione intelligantur, vt ex D. Menoch. consil. 11. num. 3. vol. 1. & Iacob. Berret. consi. 22. tenet Borgn. d. decis. 21. par. 3. nu. 78. & tale statutum habetur Papiæ in criminal. stat. vlt.

50 Quod quidem sublimitandum est, nempe, quando vigeat aliud † statutum, per quod prohibeatur, ne mulier maritata possit sine cōsensu propinquorum cōtrahere, vel alienare, vt habetur Papiæ stat. 98. in ciuilib. quod declarat D. Menoch. de arbit. cas. 185. num. 34. & cas. 211. num. 1.

51 quia tunc maritus † accipiens pecuniam ab vxore, non adhibito tali propinquorum consensu, non videtur tutus in conscientia; & ideo tenetur vi monitorialium restituere, vel propalare, licet ipsa vxor secretè hoc illi prohibuerit: ita in puncto tenet Cassan. in consuetu. Burg. titul. des droiets. §. 7. glo. 13. vers. quidā mercator. & colligitur ex Couar. in reg. pecc. p. 2. §. 3. nu. 10. de reg. iu. in 6. quòd intellige quando apparet, vel maritus probabiliter credit se a iudice condemnari posse ex indicijs, & propalationibus factis, vel fiēdis virtute monitorij, aliàs potest sibi retinere dictam pecuniam cessante frau

de

de, & dolo, donec a iudice condemnetur; quia tale statutum non procedit annullando actum ipso iure, vt diximus supra in hac sect. q. 6. num. 13. & seqq.

Et ex supradictis facilè colligi potest resolutio illius casus, qui nuper euenit, nempe de muliere illa A. quę mutuò dedit aureos ducentum B. cũ quo illinc ad annos quatuor matrimonium contraxit, nullo confecto dotali instrumento; post verò nõnullos annos maritus cõfessus fuit a dicta A. sua vxore se recepisse aureos mille in dotem, comprehensis illis ducentum aureis. Decessit autem postea præfatus B. condito testamento, in quo legauit omnia domus suppellectilia C. sub fide, vt ea restitueret dictæ A. vxori, & ita factum fuit; Accidit, quòd, viuente dicta A. sępe, & sępius dixit se velle dicta mobilia bona tempore eius mortis legare D. eius amico, sed morte pręuenta diem suum intestata obijt, nullis ex se relictis affinibus. Nunquid incolumi conscientia possit dictus D. frui pręfatis mobilibus.

## QVAESTIO X.

### An vxor, quæ occultauit bona mariti ob ęs alienum, vel ob delictum ab eo commissum, ne a fisco, vel a creditoribus sequestrarentur, teneatur ob monitorium propalare.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor occultans bona mariti, ne ob eius delictum sequestrentur, vel in fraudẽ creditorum, ob monit. reuelare tenetur, declar. nu. 4. & seqq.*

2 *Aduocati, & causidici cur delinquenti consulere non possint, vt abscõdat bona mobilia metu futuræ confiscationis.*

3 *Delinquentes, qui passi sunt bonorum publicationem, paucos saluari probabiliter suspicatur.*

4 *Vxor sciens maritum occultasse sua bona, ne a fisco describantur, per monit. propalare quando non teneatur.*

5 *Maritus, & vxor dicuntur socij diuinæ, & humanæ domus, & sunt vna, & eadem caro.*

6 *Vxor metu confiscationis potest occultare bona mariti ad compensandũ debitum dotis.*

7 *Vxor in casu confiscationis bonorum mariti per necessaria suppellectilia abscondere potest, nec ob monit. tenetur reuelare.*

8 *Casus cuiusdam mercatoris, qui donauit vxori mille aureos in fraudem creditorum, an vxor teneretur propalare.*

9 *Donatio quando præsumatur ficta, & simulata, & sit nulla ipso iure.*

10 *Donatio facta a reo in fraudẽ fisci, quando teneat, vel non.*

11 *Reus criminis, in quo bona ipso iure perdũtur, an teneatur reddere bona fisco, ante declaratoriam.*

12 *Donans bona sua, si intra biennium delinquat, talis donatio non attenditur in dominio Mediolani.*

13 *Bona confiscata in statu Mediolani censentur incorporata fisco a die patrati criminis.*

14 *Fiscus in bonis occultatis ad eum spectantibus quid seruet pro recuperatione.*

1 NOn minus † vxor bona mariti occultans, timens ne a creditoribus sequestrentur, vel a iudice cõfiscentur, siue describantur ob delictum, ab eius marito perpetratũ, vi monitorij propalare tenetur, quàm quilibet alius cognatus, vel affinis eiusdem delinquentis bona sic abscõdens; quia huiusmodi occultatio nõ habet vim conferendi dominium; sed benè habuisset vera donatio nullo alio in contrarium obstante. Nau. consi. 1. de don. inter vir. & vxo. nu. 5. & in man. ca. 17. nume. 135. Lud. Lopez in instruct. consc. par. 2. c. 12. Iacob. Graff. in 1. par. decis. lib. 4. ca. 8. nume. 14. Io. Baptista Corrad. in respons. cas. consc. par. 1. quæst. 215. in addit.

Vnde cauere debent, vt not. Ioan. Petr. Ala in tract. de aduoc. christ.
2 par. 1. q. 58. aduocati, & causidici †
qui simul, atque aliquis delictum patrauit, per quod publicetur bona, statim consuluntur, quid agendũ sit, ne consilium præbeant celandi cuncta, quæ celari possunt, vel corrumpendi notarium, si fortè venalis sit, qui nomine fisci descripturus est, atque apprehensurus bona publicanda, vt prętermittat ea, quę delinquẽs voluerit; quo fit, vt secuta condemnatione fiscus non assequatur bona dolosè non descripta, quia certè post condemnationem retineri non possunt sine mortali peccato, secundum communem Theolog. sent. D. Tho. 2. 2. q. 62. artic. 3. & 16. & ibi Caiet. Salon. Petr. Arrag. Azor. par. 1. inst. mor. lib. 5. c. 8. q. 1. & infra dicetur, & ipsi sunt auctores horum scelerum.

3 Quamobrem probabiliter † suspicatur Io. Petr. Ala in d. tract. q. 58. in fin. paucos delinquentes, quorum bona fuerunt publicata, & confiscata, assequi salutem animæ, cum nunquam auditum fuerit factam fuisse aliquam restitutionem fisco huiusmodi bonorũ occultatorum, in qua naui nauigãt etiam cooperatores nõ restituentes, vel non denunciantes.

4 Declara tamen primò, quando †
maritus ipse occultat bona sua, quia timet fortè sequestranda ob eius delictũ, quòd vxor eius occultationis conscia non tenetur ad mandatum iudicis excommunicantis ea reuelare nisi facta prius condemnatione, vt diximus: tum quia vxor est persona priuilegiata in hoc, vt contra maritum testificari cogi nõ possit. l. Iulia. ff. de testib. l. Cornelia. ff. de iniu.
5 Corrad. loc. cit. maritus † enim, &
vxor dicuntur socij diuinæ, & humanæ domus, & sunt vna, & eadem caro, vt probant D. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. nu. 63. Surd. lib. 2. decis. 330. num. 20. ex c. debitum. de bigam. & declarat Hortens. Caualc. tract. de testibus, par. 2. secundæ par. num. 56. & seqq. quod intellige iuxta dicenda in sequenti quæst. tum quia regulariter quoties cunque principalis non tenetur reuelare; vel restituere ex aliqua iusta causa, nec accessorij tenentur, cum accessoriũ sequatur naturã sui principalis. vulg. iur. ita tenet Graff. d. c. 8. nu. 14. in fi. post Medin. C. de restit. quęst. 11. in fi. vers. respondetur.

Secundò declara non procedere
6 † vbi dicta bona abscondita pertineant ad compensandum debitum dotale,

dotale, vel aliud aliàs legitimè contractum. Nau. in man. d. c. 17. num. 135. Graff. loc. cit. & latè declarauimus in præcedenti quæst. nu. 38. & sequ.

7 Tertiò declara, quando † vxor in tali casu abscondisset tantummodo mobilia domus, quæ essent sibi prorsus necessaria, sine quibus vitam transigere non potest, vt lectum, mensam, & reliqua pernecessaria suppellectilia, nec tenetur vi monitorij ea restituere, vel reuelare, secundum Io. Baptistam Corrad. d. q. 215. par. 1. post Ludou. Lopez in instruc. consc. d. c. 12.

Quę quidem respectiuè procedũt in occultatione bonorum in fraudẽ creditorum facta, vt colligitur ex Corrad. & Lopez loc. cit. & Graff. in d. par. 1. decis. lib. 4. cap. 8. vbi nu.
8 15. refert casum de † quodam mercatore, qui cum plures haberet creditores, quibus omnibus cum fortè non posset satisfacere, dedit mille aureos, quos habebat vxoris suæ hac lege, & cõditionę, vt si excommunicationis sententia per monitorium contra occultantes bona eiusdem mercatoris fulminaretur, præfatos aureos ex tunc donaret vxori, quo facto fugã arripuit, postea fuit publicatum monitorium; & dubitabatur an vxor, & alij, qui huius rei noritiam habebãt, tenerentur factum propalare, & conclusum fuit teneri; cum re vera non posset vxor prætendere vllo modo dictos mille aureos, vti suos per illã donationem, quæ non fuit valida; tũ quia in fraudem creditorum facta fuerat, vt tenet Graff. d. c. 8. num. 15. tum quia huiusmodi donatio facta vxori constante matrimonio est ipso iure nulla, præsertim vigore stat. vt latè in præcedenti quæst. demonstratum fuit.

9 Et talis donatio, † quæ fit vxori vel alij in fraudem creditorum, uel post delictum commissum, pro quo bona fuerunt confiscata, uti ficta, & simulata est ipso iure nulla, quando facta est sine vero animo donandi. l. 1. C. plus ualere, quod agitur. Naua. consi. 14. num. 1. de don. inter uir. &
10 potest quidem † reus criminis donare (nisi sit crimen, per quod bona, vel administratio eorum ipso facto perduntur) antequam in iudicio deducatur, & valet ipso iure huiusmodi donatio, si personis non prohibitis, & vero donandi animo sit facta, etiam in fraudem fisci, donec reuocetur. l. post contractũ. ff. de don. Nau. cons. 3. de don. inter vi. & vxo. num. 2. Reuocata tamen per iudicem, tenetur donatarius ad relaxanda bona sibi donata in foro consc. glo. celeb. in c. fraternitas. 12. q. 2. D. Tho. 2. 2. q. 62 ar. 4. vbi Bann. ar. 3. Nau. cõsi. 5. de vsur. nu. 4. Azor. p. 1. inst. mor. lib. 5. c. 8. q. 1. Non tenetur autẽ reus
11 † manifestare fisco bona sua, quæ occultauerat in eius fraudem, eaque reddere in foro consc. nisi post sentẽtiam latam, & criminis condemnationem. Bann. d. ar. 3. quod procedit etiam in crimine, quo quis ipso iure & facto bonorum dominio, & adminĩstratione priuatur. Azor. d. par. 1. lib. 5. c. 7. q. 3. & 7. ita nec illi, quibus donata sunt ab eo in hoc casu vsque ad sententiam restituere tenentur. Angel. verb. donatio. 1. §. 4. vbi Syluest. q. 1. §. 8. Nau. in man. c. 17. nu. 106.

106. Verùm publicato monitorio ad instantiam fisci, in crimine, in quo perditur dominiũ ipso facto, statim post sententiam declaratoriam tenẽtur donatarij restituere fisco, vel propalare; secus in alijs delictis, in quibus donatio tenet, quia nisi legitimè reuocetur, tanquam fraudulenta, nõ obligantur donatarij restituere, faciunt adducta supra q. 23. nu. 13. & seqq.

Declara tamen prædicta primò,
12 ✝ in dominio Mediolani si quis donauerit bona sua, & intra bienniũ delinquat animo deliberato, talis donatio non attẽditur in præiudicium fisci, vt cauetur const. de iure fisci. §.
13 si quis vnã Secundò quòd ✝ in omnibus delictis, in quibus bona confiscantur censeri incorporata fisco a die patrati criminis, etiam si per ignorantiam, vel negligentiam, vel aliter nõ fuerint descripta, & apprehensa, vt cauetur in const. eiusdem Dominij d. titu. de iure fisci. §. omniũ. quo casu confiscatio retrotrahitur ad tẽpus delicti, vnde secuta condemnatione fisco debentur huiusmodi bona donata, vel occultata in pœnam delicti commissi, vt diximus, & tradit nouissimè Ala tract. de aduoc. christ. par. 1. q. 58. & seq. Aduertas
14 tamen, quod ✝ fiscus in d. dominio Mediolani regulariter non vtitur remedio subsidiario monitorialiũ; sed si quis ea tanquam ad ipsum fiscum spectantia iuxta dispositionẽ nouarum constit. titu. de præfect annonæ, c. in omnib. notificauerit, inquirit, & aufert ea.

## QVAESTIO XI.

### Ob monitorium an teneatur vxor contra maritum, vel filij contra parentes, vel e conuerso.

### *SVMMARIVM.*

*1 Personæ priuilegiatæ, quæ testificari contra alios non tenẽtur, quęnam sint, & prohibeantur.*

*2 Testificari tenetur quis spontè, vbi proximus graue damnum patitur.*

*3 Personæ priuilegiatæ testificari tenentur, vbi desunt alij testes, & quando sponte.*

*4 Sacerdotes, & alij clerici testificari non possunt sine licentia sui Episcopi, & religiosi sine licentia sui superioris.*

*5 Naturæ, & charitatis lege quando teneatur quis lęsæ parti fauere.*

*6 Inter testes priuilegiatos, & non priuilegiatos quænam extet differentia.*

*7 Testificari vt possint, & debeant consanguinei, & affines, quid attendendum.*

*8 Testificari cur rarò teneatur pater contra filium, & vir contra vxorem, & contra.*

*9 Pater sciens filium velle committere crimen lęsę maiestã. an reuelare teneatur.*

*10 Partem læsam non habere testes, nisi priuilegiatos, ex quibus colligatur.*

*11 Testis in criminalibus quando teneatur sponte se offerre etiam cum suo damno.*

*12 Li-*

12 *Liberare an teneat falsò accusatum de crimine, quod ego commisi.*

13 *Testes vbi desunt, & veritas aliter haberi nequeat, tenentur priuilegiati vi moni. propalare, & quomodo, declar. nu. 18. & seq.*

14 *Testes priuilegiati ex necessitate informati, vt differant ab informatis voluntariè.*

15 *Testis, qui vt non deponat contra suum cognatum, vel affinem se abscondit quam grauiter peccet.*

16 *Testis reuelare diffugiens vt a iudice conueniendus, & quando mulctandus.*

17 *Soror contra sororem, quæ marito defuncto subtraxit nonnulla bona reuelare ob monit. recusans a iudice compelli potest.*

19 *Testis priuilegiatus etiam in defectu aliorum quando excusetur a propalatione.*

20 *Filius spiritualis an teneatur deponere contra patrem spiritualem.*

PRo huius quæstionis solutione præmittendum primo est, quasdam causas esse ciuiles quasdam ve-
1 rò criminalis. Rursus quasdã † personas esse priuilegiatas, quæ non tenentur contra alios testificari, & variæ sunt.

Aliæ enim ob dignitatem sui status, vt Episcopi, clerici, & religiosi, qui neque in causis ciuilibus compelli possunt, vt in l. nec honorem C. de Episc. & cler. & in c. fin. 14. q. 2. Aliæ ob sanguinis vinculum, vt parentes contra filios, & e contra, & omnes ascendentes in recta linea. l. parentes. C. de testib. cap. si testes. §. item parentes. 4. q. 3. Nec vir contra vxorem, vel e contra: nec consanguineus intra quartum gradum in linea transuersali testificari debet, a iure enim prohibetur. l. Iulia. ff. de testib. l. Cornelia. ff. de iniur. Aliæ ob decẽtiam, vt serui, & libertini contra dominos, siue patronos, & eorũ filios, vxores, vel propinquos, & e conuerso, testimonium ferre non possunt. l. libertinorum. C. de testib. & latè de his omnibus agit Nauar. in ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 66. nu. 808. & seqq. post Angel. verb. denũciatio. nu. 13. Sair. in claui. lib. 12. c. 29. nu. 19. & seqq.

2 Secundo præmittitur, quòd in causis ciuilibus, & pecuniarijs, quotiescunque proximus graue detrimẽtum patitur, tenetur quis vltrò so offerre ad testificandum. ita D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. post Alex. Ales par. 3. q. 43. membr. 1. Sot. lib. 5. de iust. & iu. q. 7. artic. 1. & tract. de teg. secr. mem. 2. q. 7. post concl. 3. dub. 5. Syluest. verb. testis. q. 8. Nauar. d. concl. 6. corol. 64. num. 713. & in man. ca. 25. num. 44. & 47. Salon. 2. 2. q. 70. art. 1. cõtr. 2. concl. 1. Bann. ibid. par. 5. dub. 1. concl. 1. Greg. de Val. tom. 3. disp. 5. q. 14. punct. 1. concl. 1. Rodriq. in ord. iudic. c. 7. concl. 6.

Quod procedit etiam in personis
3 iure impeditis, & priuilegiatis, † quãdo enim desunt alij testes, & veritas aliter haberi non potest ex natura rei, & negotij, vt si sub confidentia illud actum sit, & eorum testimoniũ necessarium est, vt quis bona sua, famam, honorẽ recuperet, aut ab alio magno damno liberetur, quod illi iniustè infertur, tenentur contra se inuicem testificari, sicut alij extranei,

nei, præsertim vbi probabiliter sperāt se testimonio suo illi profuturos,
4 & vltrò se offerre, dummodo † sacerdotes & alij clerici præsertim coram iudice seculari id faciant ex licentia sui Episcopi, & religiosi ex licentia sui superioris: sic tenentur parentes, & alij consanguinei. glo. in c. quamquam. 14. q. 2. fundata in bonis textib. & colligitur ex Ange. & alijs in verb. testis, Nau. d. concl. 6. n. 812. Graff. cons. 1. de test. cog. nu. 1. & faciunt adducta per Mar. An. Rouesc. in addit. ad Dec. in l. fęminæ. de reg.
5 iu. nu. 33. Et ratio est, quia † naturę, & charitatis lege tenetur quis parti læsę fauere a quocunq; lędatur; quādo læsus omnino indiget suo auxilio; isti verò prohibiti, & priuilegiati hoc habent ex solo iuripositiuo humano, quod iure naturę, & charitatis præcepto derogare non potest.

Quare notabiliter Abb. in c. 1. n. 4. de test. cog. & ēt Host. ibi dicūt,
6 quòd † testes priuilegiati non excusantur a toto; sed tūc solum, cum alij testes haberi possunt: & inde infert, quòd inter priuilegiatos, & non priuilegiatos hæc differentia notari potest, vt non priuilegiati cogantur, etiamsi per alios fides haberi possit, ex quo moniti testificari recusant, priuilegiati verò non cogantur, nisi vbi per alios veritas haberi non potest; quia tunc peccatum esset non testificari, & occultare veritatem, c. 1. de crim. fals. Innoc. in d. ca. 1. de test. cog. & nullum priuilegiū, nullaq; pietas excusat a peccato. c. super eo. de vsur. Imo. in d. c. 1. de test. cog. Vnde in graui necessitate inuiti ad testificandum a iudice cogi possunt, vt concludunt omnes in d. ca. 1. Nau. in d. c. inter verba. concl. 6. corol. 66. nu. 816. Salon vbi supra, & in puncto firmat Franc. Marc. par. 2. decis. 861. num. 4.

7 Illud tamen sciendum est, † quod ad hoc, vt consanguinei, & affines contra se inuicem testificari possint, & debeant in pluribus, vel paucioribus causis, & in grauioribus, vel leuioribus iuxta maiorem, vel minorē coniunctionem, respicere etiā oportet maius, vel minus damnum, quod potest ipsi, vel alteri imminere; sufficit enim minus damnum, vt propinquus in secundo gradu, desinat testificari, quam propinquus in quarto. Item maior necessitas requiritur in parte læsa, & periculū maioris damni debet illi imminere, vt frater cōtra fratrem testimonium ferat, quā alius affinis, vt patet ex charitatis ordine, nam cęteris paribus, quò coniunctiores sunt, eo magis diligendi sunt, & minus agendum contra illos, quàm contra minus coniūctos, ratione adducta supra in hac sect. 2. q. 14. nu. 11. & seqq. D. Menoch. de arbr. 481. nu. 5.

8 Quare † rarò contingere potest casus, quo pater in ciuilibus contra filium, aut vir contra vxorem testificari possit, & teneatur, aut e contra; cum id redundet in propriam infamiam, & pater non solum eximatur iure huiusmodi a ferendo testimonio contra filium, & ecōtra, sed etiā iure naturę, quod præpōderat cuiuis alteri iuri, vt tradit Greg. Sair. d. lib. 12. in claui, ca. 20. nu. 22. & Suarez to. 5. disp. 2. n. 10. Hortens. Caualc. tract. de testib. p. 2. sec. par. a nu. 41,

vbi

vbi declarat. Hinc infertur, quod
9 † pater sciens filium committere velle crimē læsę maiestatis aduersus Principem, non tenetur illum reuelare, tum quia pater, & filius reputātur vna, & eadem persona. secūdum glo. in c. super eo. el. 2. de testib. tum etiam, nè videatur proprium filium ad suppliciū offerre. per tex. in l. miles. § desertorem. de re milit. ita Fel. in capit. 1. col. 3. de offic. deleg. & ibi Dec. quos citat Gab. lib. 7. de malef. concl. 37. nu. 6. vide D. Io. Baptistā Costam in trac. de fact. scien. & ign. in spec. 68. num. 8. & seqq. quamuis alij probabiliter contrarium teneāt, quia bonum Principis est bonum capitis, ad cuius defensam cætera mēbra se exponere tenentur. vide Graff. par. 1. decis. lib. 2. c. 69. nu. 37. & seq.

10 Quando autem † pars læsa, & indigens alios testes non habeat, colligendum est ex natura causæ, de qua agitur, & ex loci, temporis, & personarum circumstātijs; quòd si exinde colligi non possit, stādum erit iuramento ipsiusmet partis iurantis se non habere alios; credendum enim est, partē lęsam nolle proferre testes coniunctos parti contrariæ, qui eo nomine suspecti esse solent, si alios extraneos, & minus suspectos habere posset, vt doctè, & copiosè traditur a Nau. in d. c. inter verba. conclu. 6. nu. 815. vsque ad 823.

11 In criminalibus etiam † tenetur quis vltrò se offerre, non solum ad condemnationem, & damnum rei, cuius delictum est contra bonum commune; sed etiam quando necessarium, & vtile est ad liberandū innocentem a damno, quod iniustè patitur; quia in his casibus denunciare, & accusare tenetur; multo magis testificari, & hoc cum aliquali eius incommodo non obstante promissione, vel iuramento, vt concludunt ex D. Thom. in 2. 2. q. 70. ar. 1. Nau. in man. c. 15. num. 16. & P. Nau. lib. 2. de restit. c. 3. par. 2. dub. 10. nu. 256. Si tamen v. g. Petrus condemnatur ob homicidium, quod scio factū esse a Ioanne, non teneor prodere Ioannem ad liberandum Petrum, quamuis possim, secundum Sair. in claui lib. 12. c. 20. num. 23. vbi latè de hac materia.

12 Et multo minus † falsò accusatū de crimine, quod ego commisi, cum meo periculo liberare teneor ex iustitia. Nec ad damna, q̄ ipse innocēs patitur, sū obligatus, si nihil ego illi imposui. Sot. li. 4. de iust. & iur. q. 6. ar. 3. Nau. in man. c. 15. n. 17. Zecch. de cas. reser. cas. 12. pulchrè Graff. consi. 1. nu. 3. de iniur. secus autem, quando occidēs Paulum crederem, & intētionem haberem, quòd iudex procederet contra Ioannem, quia cōtra eū sunt aliqua indicia, tunc enim teneretur ad resti. omnium damnorum. Corrad. par. 1. q. 128. in addit.

Ex prædictis colligitur solutio
13 præfatæ quæstionis, nempe † quòd vbi verisimiliter desunt alij testes, & veritas aliter haberi non possit, tenētur virtute monitorij dicti priuilegiati testificari, vel propalare. Fran. Marc. par. 2. decis. 864. nu. 4. Alber. de Maletis. tract. de testib. p. 1. ca. 6. nu. 19. & seqq. optimè Hortens. Cephal. loc. cit. nu. 49. & 50. & 58. vbi de cōmuni testatur. & in par. 3. nu. 186. & seq. & declarat Surd. consil.

129.nume.fin.vol.1. quod procedit præsertim, si in monitor o addatur clausula, quòd quantumuis coniūcti propalare teneantur, vel nemine excepto, sicut aliquãdo exprimi solet; prout notat Sair.in claui lib. 9.cap. 16.nu.19.& tradunt Papon.lib.18. titu.7. arrest.9.& Anto. Sola in antiq.constit.Sabaud.tit.de minor.gl. 1.num.17.super par.1.inuent.Rot. Roman.par.1.in nouiss.decis. 383. num.5.Grego.Tholos.in syntagm. iu.vniuer.par.1.c.13.nu.31. modò graue damnū eis nō sequatur iuxta prædicta nu.11.

Et quamuis in isto casu videan-
14 tur † excusari informati ex necessitate, vt est aduocatus, procurator, & alij, qui de necessitate scire debent, vt in q.16.huius 2.sect. dictum est, non tamen excusantur informati voluntariè super facto; & ideo in tali casu maritus, vxor, frater, consobrinus, & affines regulariter sunt obligati ad propalandum, quod sciunt, nisi factum sit omnino occultum; tanto magis, cum virtute monitorij, nisi ciuiliter agatur: ita in puncto Borgn.decis.11.nu.76. par.3. Petr. Duen.reg.387.lim.1.uide Cordub. in tract.de casibus consc. q.64. Rodriq.in sum.par.1.c.79.nu.4. Et sic intelligi debent Sylua nupt. libro 3. verb.monitoriæ.nu.47. qui videtur cōtrarium tenere.& Suarez d. disp. 20.nu.10. dum dicit, quòd prælati ecclesiastici, qui ferūt excommunicationes huiusmodi, quasi in subsidium, & adiutorium secularium iudicum, non debent, neq; possunt easdem personas excommunicatione obligare.

15 Vnde infertur primò † quòd testis, qui, vt non deponat veritatē cōtra suum cognatum, vel affinem, aut amicum, in ciuili causa se abscondit, aut fugit, sciens sine ipso non valerē probari, quòd patitur, nō minus peccat, quàm qui abscondit testamentum, vt probāt Sot.de rat.teg.mem. 2.q.7.& Nau.loc.cit.nu. 704. in d. c. inter verba. Tolet.in sum.lib. 5.c. 21.num.4.

16 Secundò, quòd † testis diffugiens reuelare, & examini se subijcere monendus est a iudice ecclesiastico, vt infra tot dies testificari debeat sub censuris, & pęnis pecuniarijs, iuxta tex.in c. statutum. iuncta gl. in verb. ad testimonium 2.q.6.& in ca.1.in fin.& in c.2.de testibus cog. & c.ex parte in fi. vers. testes autem. de testibus: & si cessante iusta causa recusauerit se examini subijcere, censuris afficietur, ac mulctabitur: ita Mandos. in tract. de monit. siue litteris execut.q.45.& latè declarauimus supra sect.1.q.15. nume.10. & seq. & optimè faciunt adducta per Boschū Codechā in repet.c.de quoduult deo de iudic.num.86.& seq. vbi pulchrè declarat. Et hoc quidem verum est, vbi contra talem testem recusantem adsunt indicia, vel præsumptiones, aut semiplena probatio de huiusmodi rei scientia, quia tunc cogi potest per censuras ad deponēdum, etiam si ex priuilegiatis, sit iuxta prædicta, si veritas aliter haberi nequeat.

Et sic infero, quòd rectè respondi
17 in causa cuiusdam † mulieris, quæ defuncto eius marito subtraxerat torquem auream, & alia bona valorem sexaginta aureorum excedētia; quorum

rum causa ad instantiam hæredum publicato monitorio testis fide dignus deposuit de huiusmodi subtractione, & de ea informatã esse dictæ mulieris sororem, quæ reuelare recusabat, eo quòd esset ex personis priuilegiatis, eam posse a iudice ecclesiastico per censuras compelli ad testificandum, vel reuelandum; cum aliter veritas haberi non posset;

18 Nec obstare potest, † quod semper ista monitoria concedantur in defectu testium, & sic nulla uideatur differentia inter priuilegiatos, & nõ priuilegiatos; nam licet ipsa monitoria non concedantur nisi ad instantiam illorum, qui dicunt ignorare contenta in monitorio; tamen potest esse, quòd priuilegiatus sciat multos esse testes, qui possunt deponere, & quòd sciat propterea excusari. Quòd si alij non deponerent, priuilegiatus tenetur reuelare, quis potest esse testis; quia licet non sit defectus testiũ ad probãdum, est tamen defectus ad sciendum adesse testes. Nau. d.cõsl. 6.corol 66.nu. 818. qui testes postea possunt compelli ad deponendum, vt notat prax. Archiep. Neapol. c.2. not.3.

19 Prædicta tamẽ intelligẽda† sunt, dummodo probabiliter non timeatur exinde graue damnum in persona, fama, vel rebus priuilegiati, arg. ca. officij. de penit. & remis. Bald. & Felyn. cum alijs in c. dilectorum. de testib. cog. Rodriq. in sum. par. 1. ca. 79. nu. 4. Raró tamen euenit, vt huiusmodi priuilegiatis non occurrat aliquod damnum, vt not. Naua. vbi supra nu. 822.

20 Tenentur † quidem filij spirituales semper reuelare, quia possunt esse testes contra patres spirituales. Felyn. in c. cum nuncius. de testibus: & est communis, de qua testátur Prosper Farinac. tract. de testib. q. 54. nu. 198. & prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 3. in fin.

## QVAESTIO XII.

### An per monitorium cogatur principalis non solum ad restituendum, sed etiam ad reuelandum se detinere rem, de qua agitur; vel ad docendum de iure faciente pro parte aduersa.

*SVMMARIVM.*

1 *Nemo tenetur seipsum prodere, declaratur nu. 4. & seqq.*

2 *Arma non sunt sumenda de domo rei.*

3 *Statutum, quo cauetur, vt consules terrarum teneantur denunciare delinquentem in suo territorio, an includat ipsum consulem delinquentem.*

4 *Principalis tenetur vi monitorij restituere, vel reuelare, vbi contra eum præcedant indicia, vel semiplena probatio, declaratur. nu. 6. in fi.*

5 *Reus interrogatus de crimine, an illud commiserit, quando illud confiteri teneatur.*

6 *Principalis culpabilis occultus quid aget stante monitorio.*

7 *Praxis Curiæ Episcopalis Papiæ non decernendi monitoria contra principales non reuelantes, sed tantum contra principales non restituentes.*

8 *Monitorium quando liget principalē, cum quo lis est, vt iura pro parte aduersa*

*uersa propalare teneatur. & numero seqq.*

9 *Principalis litigans quando excipiatur a necessitate propalandi ob monit. cũ eius consilio.*

10 *Edictum, quòd vasalli veniant ad accipiendam inuestituram infra certũ tempus, non arctat eos, qui certi sunt.*

11 *Litigans, si non compareat in termino monitorij coram ordinario cum debita oppositione, incurrit excommunicationem.*

12 *Acquirens bona fide prædium a laico, quod re vera est ecclesię, quando eximatur a propalatione monit.*

13 *Comparens quo casu non dicatur fateri litem suam.*

14 *Litigans quando ob monit. teneatur reuelare, & statim restituere, & num. seq.*

15 *Docere quis tenetur de iure faciente pro aduersario ratione peccati.*

16 *Aduocatus, & causidicus docentes clientem occultare veritatem peccãt mortaliter, & tenentur ad restit.*

17 *Aduocato quando liceat occultare, quæ aduersario prodesse, & clienti nocere possunt.*

18 *Aduocati, & causidici in progressu iudicij cognoscentes causam iniustam quid facere debeant.*

19 *Aduocatus tenetur clientem suum admonere de iniustitia causæ, & quando possit eum inducere ad transactionem.*

20 *Aduocati, & recti iudices vtentes recto iure prout debent, quantum merceantur.*

IN hac quæstione variæ extãt opiniones multi, enim negãt, alij verò affirmant: & pro parte negatiua facit, tum quia sic videtur seruari in
1 praxi, tum quia † nemo tenetur prodere seipsum. ca. quidam maligni. 5. q. 1. c. quis aliquando. de pœni. dist. 1. §. non tibi dico. ubi habetur ex D. Io. Chrisostom. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neq; apud aliũ te accuses, sed obedire te volo prophetæ dicenti Reuela ante Deum viam tuam. Abb. in ca. 2. de confess. D. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. nu. 6.

2 Tum quia † non sunt sumenda arma de domo rei. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. l. nimis graue. C. de testib. & bis interimitur (vt est in ueteri prouerbio) qui suo gladio perit. ca. 1. de probat. D. Menoch. de arb. cas. 499. num. 1. & conqueri is iure posset, ac illud Ouidianum exclamare, Heu patior telis vulnera facta meis. Felyn. in c. si duobus. nu. 13. de appell. ubi inquit, quòd quis non tenetur docere de iure faciente pro sua parte aduersa, subijciens, q̃ tacere ueritatem, quando quis cogi non potest in foro contentioso, eam propalare, nõ est peccatum, etiam si esset usurarius, sequitur idẽ Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. uerb. monitoriæ nume. 44. & declaratur infra nu. 15. Dec. in ca. 1. nu. 59. de prob. & tenet Henriq. in sum. lib. 13. ca. 18. nu. 2. post Nau. consi. 3. de censib. nu. 3. & consi. 7. nu. 1. de sent. excomm. & in puncto tradit D. Marc. Antonius uar. lib. 1. resol. ult. cas. fin. in prin & Baiard. ad prax. Clar. §. fin. q. 27. nu. 7. & facit optimè Sair. in claui libro 3. c. 4. nu. 8. ubi ex Anchar. in repet. c. canonum statuta. nu. 190. de const. con-

concludit, quòd † vbi ex statuto ciuitatis cauetur, quod massarij terrarũ, vel consules cõmunitatum teneãtur denunciare delinquentes in suo territorio, idem massarius, vel cõsul delinquens seipsum denunciare non tenetur, non obstãte eius officio, arg. c. cum nõ deceat. de elect. in 6. quod procedit præsertim, quando pęna mortis, vel alia grauis esset irroganda. Et sic declara statut. Papię in crimin. 53. de pęna consulis communitatis anzianorum, & parochianorũ, qui non denunciauerint, vel accusauerint maleficia Potestati &c.

4 Partem † affirmatiuam tenent Turrecr. in d. c. maligni. quẽ refert, & sequitur Graff. consil. 6. de sent. excom. nu. 23. & idem affirmauit in par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nu. 18. Franc. Marc. decis. 856. in prin. Papon. lib. 18. tit. 7. arrest. 13. Rota Rom. par. 1. in nouiss. decis. 383. nu. 9. vers. nõ obstat, & facit, quia intẽtio ecclesiæ, & causa finalis excommunicationis est, vt quis exeat a peccato c. cap. cum medicinalis. de sent. excom. in 6. cap. nouit. de iudic. & non potest exire a peccato, nisi restituat, vel reuelet, ergo potest excommunicari. d. c. noui. Horum autem opinio habet locum, quando contra ipsum principalem præcedũt aliqua indicia, vel diffamatio, aut semiplena probatio, quia tũc principalis reus, qui detinet rẽ alienam, aut furto subtractam, aut alio modo, tenetur ad restituendum, vel ad reuelãdum in termino assignato, si vult euitare excommunicationẽ. Io. Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. nu. 42. Rimin. iun. cons. 357. num. 38. & seq. vol. 4. Tolet. in sum. lib. 5. c. 27. nu. 11. Gutierr. lib. 1. can. qq. cap. 11. nume. 38. & seqq. Lel. Zecch. in republica eccles. tit. de prælat. in genere cap. 1. nu. 6. §. excommunicatio verò. Graff. d. cons. 6. nu. 23. de sent. excomm.

5 Et ratio est, quia † reus a iudice competẽti interrogatus de crimine, an illud commiserit, tunc demum confiteri tenetur, atque contra se veritatem dicere, quando est notorium factum cõtra eum, vel est infamatus de eo, vel semiplenè probatum per vnum testem omni exceptione maiorem, deponentem assertiuè, vel per indicia sufficientia. vt ex D. Thom. cõmuniter recepto probat Michael Salon in 2. 2. q. 69. ar. 2. controu. 10. Ludou. Beia in respons. cas. consc. cas. 32. Tolet. in sum. lib. 5. c. 58. nu. 2. & est communis sententia nemine discrepante præter imperitum vulgus, vt not. Gutierr. d. ca. 11. nu. 39. in fin. Ala in tract. de aduoc. christiano q. 81. circa med. quod videtur procedere præsertim in casu nostro, vbi tractatur de pęna spirituali, qualis est excõicatio, & mortale peccatũ.

6 Secus autem esset, qñ † reus esset occultus, quia licet delictũ sit manifestũ, tñ eo in casu, nec ipse tenetur se prodere, sed tm̃ curare, vt res reddatur dño, vel damnũ, ꝙ intulit, restituatur. Nau. in c. inter verba. cõcl. 6. nu. 765. & in man. ca. 17. nu. 100. in fi. nec sciẽtes in casu, quo ipse id curat, tenẽtur ipsũ manifestare, nã esset ꝯ ius naturæ. ita in pũcto tradit Tolet. in sum. d. c. 27. nu. 10. in fin. cum seq. post Caiet. lib. 17. q. 13. respons. & 2. 2. q. 69. ar. 1. Viridar. Summist. par. 2. cap. 590. num. 5. & ita colligitur

tur ex Graff.d.cõſ.6.de ſent.excom. nu.23. & ſic intelligẽda ſunt primo loco adducta.

Aduertas tamen pro ſecũda opin. quod licet principalis auctor delicti regulariter teneatur reuelare, & ſe prodere, quãdo præcedit diffamatio, vel ſemiplena probatio, prout diximus; tamen, quia monitoria tantum conceduntur pro ſciendis occultis, rarò in praxi verificari poteſt reſpectu monitorialium, vt præcedat ſemiplena probatio, & cõſequenter vt principalis teneatur reuelare, niſi quando eſſet iam ab alijs denunciatus, & ſemiplenè culpabilis probatus, & hoc ei cõſtaret, quod quidem rarò etiam contingere poteſt.

7 Quare mihi valde probatur † praxis Curiæ Epiſcopalis Papiæ, quæ ad tollendos ſcrupulos nunquã decernit monitoria contra principales non reuelantes; ſed tantum contra principales non reſtituentes; & contra teſtes ſcientes occupatores, & non reuelãtes, quod ſeruari in Archiepiſcopatu Neapol. habetur in eius praxi cap.2.not.1. ante fin. Nõ ligatur quidem principalis per monitorium, quando non tenetur reſtituere, vt ſi eſt effectus impotens ad ſoluendum, quod declaratur infra ſect.3.q.4. Vel quãdo ex reſtitutione ipſi immineret periculum maioris damni vitæ, vel famæ, arg. c.officij.de pęnit.& remiſs. Tenetur tamẽ tunc, ſi poteſt, occultè reſtituere, vel alio modo cum parte ſe componere, ſaltem per interpoſitam perſonam, quæ ei debiti remiſſionem impetret, vt infra ſect.3.q.4.explicatur. Vel ſi retineat in iuſtam compẽſationem, vel alio modo non ſit obligatus ad reſtituendum, prout in ſuperioribus quęſt.diſſeruimus.

8 Sed dubium eſt, an † monitorium liget principalem, cum quo lis eſt mota, ita, vt ipſe propalare, & docere teneatur de iure faciente pro parte aduerſa, cum regulariter in monitorijs huiuſmodi de cauſis cõceſſis loquatur generaliter, nempe, quatenus ij, qui de infraſcriptis expoſitis ſunt informati, debeãt eorum dictum, & veritatem in ſcriptis depoſuiſſe &c. Cui dubitationi negatiuè reſpondet Nau.conſi.3.de cenſib.num.3. imò ſubdit, quòd in tali monitorio exprimi deberet, quòd iudex non intendit includere partem aduerſam, neque illos, qui per viam petitionis cõſilij ſciunt id, quod ad manifeſtandum monet, quia non tenetur iuuare aduerſarium cõtra ſe, per ea, quæ tradit Felyn.& ab eo citati in c.ſi duob. de appel.

9 Hoc tamẽ procedit primo † quãdo in monitorio fuerit appoſita clauſula illa dempta parte, & eius conſilio, ita in terminis tenet Greg. Tholoſ.in ſyntagm. iur. vniuerſ. par. 3. lib.48.cap.13. nu. 31. vbi etiam dicit, quòd dicta clauſula antiquitus regulariter apponi ſolebat in monitorialibus, & per eam litigans cum eius conſilio nõ cogebatur propalare; ſed hodie, inquit, eſt abrogata. Hinc factum credo, quòd multi ex citatis authoribus ratione illius antiquati vſus, ſine alia differentia tenuerint etiã hodie principalem, & eius conſilium eſſe exemptum a propalatione. Secundò, vbi reus certus ſit, & facta debita oppoſitione conſtituat

ſe

se coram suo iudice respõsurum pro his, quorum prætextu publicantur monitoria, tunc quidẽ excipitur principalis, & eius consilium a necessitate propalandi, iuxta notata supra in q. 2. huius sect. vt rectè declarat D. Io. Baptista Costa in tract. de fact. scien. & ign. cent. 2. dist. 55. num. 2. tom. 1. quia, cum dictæ litteræ monitoriales sint limitatæ ad occultos, siue ignotos, atque incertos, nõ debẽt tunc ad illum, qui certus est referri. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. cũ alijs traditis p Tiraq. in l. si vnquã. in verbo libertis, in prin. C. de reuo. don. tenet Rot. Rom. in nouis. par. 1. decis. 383. nu. 8. & seq. & Illustris. Card. Tuschus tom. 3. pract. conclu. in lit. E. concl. 441. nu. 3. & pulchrè confert Felyn. in c. 2. col. 6. de const. quem refert Rimin. iun. consil. 557.

10 nu. 3. vol. 4. vbi inquit † edictũ, per quod iubentur vasalli venire ad accipiendam inuestituram infra certum tempus nõ arctat eos, qui sunt certi, de quo dicto subdit Felyn. nunquã sis oblitus, quia poteris infringere mille similia edicta: & in materia residet Neuic. loc. cit. nu. 48. & Ant. Sola ad decr. nou. Sabaud. lib. 3. tit. 6. glo. 4. nu. 10. & seq. tit. de tribun. compe. & facit Thesau. for. eccl. par. 3. c. 38. nu 23.

11 Vbi verò in monitorialibus † nõ adsit dicta clausula dempta parte, vel non compareat coram huiusmodi litteras concedente cum debita protestatione reddẽdo rationem sui, prout supra, in hoc certè casu cogitur deponere pro aduersario, que nouerit in termino monitorialiũ, aliàs excommunicatione ligabitur, vt expressè tradit Greg. Tholos. d. nu. 3. iuncto Tolet. in sum. lib. 5. c. 27. nu. 10. cum Fran. Marc. decis. 898. par. 2. & probaui supra q. 16. nume. 9. & sequ. huius 2. sect. Anton. Sola in d. glo. 4. nu. 10. & sic est intelligendus Ludou. Vital. tract. de reis & testim. nu. 29.

Vnde infert Felyn. in ca. si clericus laicum, in fin. de foro compet.

12 quod qui † acquisiuit bona fide pignium a laico, quod in rei veritate est ecclesiæ, eximitur a denunciatione, & a nota vsurpationis ecclesiæ per comparitionem, allegãdo se possidere ex iusta causa, ut tutus esse possit in remedio euictionis aduersus suũ auctorem, vt refert, & sequitur D. Costa loc. cit. nu. 15. & Nau. d. cons. 3. nume. 2 de censib. Anton. Sola in antiq. const. Sabaud. super decr. nullus, tit. vt nemo inuitus. nume. 7. vbi inquit, quando quis se illis opponit, adferens rationabilem oppositionis causam, semper excipitur pars, & eius consilium ab onere propalandi.

13 Nec refert, quòd † comparens coram ordinario faciat suam istam certi suram, vt per Rot. Rom. & alios tradit Felyn. in c. gratum. col. 3. de offi. deleg. quia non procedit, vbi nõ cõparet ad reuocandum grauamen animo renunciandi iuri suo, sed ad allegandum, quòd non est comprehensus in illis censuris, vt post Innoc. & alios ibid. scribit Dec. in c. cũ teneamini. in 2. nor. de appel. Rota Rom. d. decis. 383. nu. 14. Insurgit quidẽ semper suspicio quædam conscientiæ læsæ contra personam se opponentem publicationi earundem litterarum monitorialium, vt notant Rota Rom.

Rom.d.decis.383.nu. 11. & Anto. Sola d.nu.7. nam tutus in conscientia non opponit se monitorialibus. Crauet.consi.181.num.6.par.1. Sic etiam iudex redditur suspectus, quádo parti se opponit. glos.in c.statutú in prin. in verbo. quispiam de rescript. lib.6.& not. prax. Archiep. Neapol. in c.1.not.14.in fi. Crauet.loc.cit.

Aduertendum tamen est, prædi-
14 cta habere locum, quando † litigans fouet, vel probabiliter putat se iustá causam fouere; sic enim non reuelás, iuxta superius declarata, nó incurrit excommunicationé: quod procedit etiam, quando lis est dubia; quia in dubio præsumitur pro possessore. c. ex litteris de proba. Beret.cons.134. nu. 28. & ideo non tenetur restituere, vel propalare, sed potest expectare exitum causæ: prax. Archiep. Neap. c.2.not.circa fin. modò consulat peritos; secus verò si incipit percipere, se iniustè litigare, quia tunc tenetur reuelare, vel statim desistere, & restituere, vt colligitur ex Naua. in man. cap.25.num.28.& firmat in puncto Lel. Zecch.in Republ.eccl.titu. de Prælat.cap.1.nu.6.§.excommunicatio verò. vnde ad illud Felyn. in cap.
15 si duob.col.fi.de appel. quòd quis † non tenetur dicere iura sua aduersario.c.1. de prob. resp. illud regulariter esse verú, fallit tamen ratione peccati, de quo quis argueretur ex retentione; nam per denunciationem euágelicam, in cuius locum successerunt monitoria, compelli potest, vt per Innoc. Abb.& Dec. in d.cap. nouit. nu.45. tradit Rimin.iun.consi.357. num.40.& seq.vol.4. optimè faciút tradita superius in hac sect.q.18.nu. 11. in fi & pulchrè glos. not. in ca.1. verb. statuimus. de confessis libro 6. quam refert Ioan. Petr. Ala tract. de aduoc.& causid.christ.par.1.q.38. vbi inquit, litigans, & cliens semper dicat, & nunquam supprimat veritatem, quá si fateatur, amittet causam; si verò taceat, amittet animam, & subdit ex eadem glo.& Abb. in c.pastoralis. in fin. de iudic. quòd præter mendacia, & periuria, imò excommunicationem, onerat se obligatione reficiendi expésas, & damna, quæ subit aduersarius, qui grauatur onere probationis, & sæpe cogitur succúbere, cum illarum defectu suá iustá intentionem fundare nequeat.

Qua in re profectò causidicus,
16 † & aduocatus principalem sic instruentes, docentes, & adiuuantes mortaliter peccant, vt pro indubitato tradit Ala loc.cit.in fi.ex D. Tho. 2.2.q.69.art.1. Syluest.verb. aduocatus.nu.16. Nauar.in d.c.25.num. 28.vers.quarto peccat. Graff. par.1. decis.lib.3.c.nu.4. Imo glos.in d.ca. 1.de cófess. inquit, scire debes, quòd aduocatus, vel causidicus, qui docet clientulum falsum respódere, & occultare veritatem, tenetur ipse aduersario illius damna resarcire, quæ ob hoc pertulit, puta ex onere probádi, vel amissionem causæ, iuxta cap. sæpe. de iniurijs: concordant Nauar. & alij loc.supra cit. & quamuis secundum D. Thom.2.2.q.q.71.art.3.ad
17 3. liceat † aduocato iustè patrocinánti occultare ea, quæ suo clienti nocere, aduersario verò prodesse possent; admonet tamen, ne falsitate, aut médacio adiuuét causam sibi commissam, sequitur Afflict. in constit. ad-

uo-

uocatus nu. 3. post summist. in verb. aduocatus. Ant. Butr. in ca. per tuas in fi. qui fil. sint legit. vbi formaliter disputat hunc art. quem latè declarat Ala loc. cit. q. 29.

Caueant ergo diligenter causidici, & aduocati, ne in huiusmodi casibus sub prætextu legalis scientię, nēpe quòd non sit sua confessione aduersarij intentio fundanda, sæpe, & grauiter peccent in conscientię foro, & vna cum cliente, siue principali communiant sibi viam ad infernū, vt notat Io. Petr. Ala d. quæstio. 38. iuncta q. 50.

Hinc etiam obiter aduocatos, & causidicos aduertere operępretium
18 mihi videtur, † quòd in quacunque litis parte cognoscant causam iniustam, tenentur omnino eius patrocinium dimittere, eamque deserere, aliàs peccarent mortaliter cum obligatione restituendi omnes expensas, & damna, tam clientis iustā causam se habere credentis, quàm aduersarij. D. Tho. 2. 2. q. 71. art. 3. ad 2. vbi omnes eius commentatores latè, & rectè declarát, & inter alios Michael Salon contou. 2. conclu. vlt. qui &
19 addit illos † teneri clientem suum admonere, vt illam deserat, vel componat se cū altera parte sine damno aduersarij, sine vlla fraude & dolo, hoc est aperiendo illi ius suum, vt compositio sit amicabilis, libera, & voluntaria, ita vt si nulla subsit dubitatio, nihil accipiat, nisi quòd omnino gratis, ac liberè voluerit alter conferre. Si verò aliqua adsit dubitatio, aliquid conferat, secundum qualitatem dubij arbitrio prudentis. Idem ferè habet Petr. Arragon. vbi supra, vers. est aliud ibi, ad cuius explicationem dico breuiter, quod si aduocati sunt certi de iniustitia, non possunt tractare concordiam; sed tenentur inducere clientem ad cedēdum, vt altera pars recipiat totum, quod suum est; sed si res est dubia, poterit consulere compositionem pro qualitate dubij: ita etiam tradit Ioā. Petr. Ala in d. tract. de causid. & aduoc. christ. q. 26. quod etiam sensit Alberic. in l. vnic. nu. 7. C. de suffrag. & Cagnol. in l. ea est natura cauillationis. nu. 24. de reg. iu.

Adduntq; Petr. Arrag. & Salon vbi supra, quos citat, & sequitur Ala q. 27. quòd aduocatus causam iniustam deserens debet reuelare secreta sui clientis, quādo ex illorum occultatione immineat notabile damnum aduersario. vt latius declarauimus supra in hac 2. sect. q. 16. nu. 9. §. & in
20 specie. Et nota, quòd † aduocati, & recti iudices vtētes recto iure, prout debent, summopere merentur, vide Cassan. in cathalog. glor. mūdi par. 2. consid. 32.

# CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVAESTIONVM

## Vtriusq; Fori tam interni, quàm externi,

## SECTIO QVARTA.

**Vbi agitur de monitorijs, siue generalibus excommunicationibus ad finem reuelationis, & explicatur, quot modis impediri possit eorum cursus, quomodo per hęc restituendum, cum praxi cogendi ad hoc contumaces, & de absolutione excommunicationis consequenda.**

### QVAESTIO I.

Quot modis impediri possit cursus litterarum monitorialium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cursus monitorij impeditur, si pars compareat coram ordinario allegās rem tenere iusto titulo. declara tamen vt infra nu 7. & seqq.*

2 *Monitoria quando resoluantur in simplicem citationem.*

3 *Actor habens personam certam non potest procedere per monitorium.*

4 *Iudex eccl. quando teneatur remittere laicum comparentem ad monitoriū ad suum iudicem.*

5 *Denunciatus, quòd teneat aliquam rē vi monitorij, quid agere possit.*

6 *Iuramentum malam præsumptionem excludit.*

7 *Protestatio, siue confeßio facta conditionaliter cum dictione si, vt comparentem ad monit. nihil operatur.*

8 *Confeßio captiosa, non impedit cursum monitorialium.*

9 *Denunciati assertioni, quod iustè rem teneat, quando standum non sit.*

10 *Protestatio quando fienda, vt impediat cursum monitorialium.*

11 *Principali exempto ad propalandum vigore comparitionis, monitorium currit quoad alias personas incertas.*

12 *Cursus monit. impeditur per exceptionem rei iudicatæ, quod declaratur.*

*Sententia nunquam transit in rem iudicatam, vbi agitur de peccato.*

13 *Cursus monit. impeditur exceptione iu-*

tamen-

*ramento litis decisiui.*

14 *Monit. contra scientes bona hæredita ria impeditos, per oppositionem inuẽ tarij.*

15 *Cursus monit. per exceptionem legitimæ præscriptionis impeditur.*

16 *Possidens rem post legitimam præscriptionem non tenetur ad manifestationem, vel restitutionem etiamsi mala fides superueniat.*

17 *Mala fides authoris quando noceat successori bonæ fidei, quominus præscribere, seu vsucapere possit.*

18 *Cursus monit. impeditur exceptione transactionis, & pacti facti.*

19 *Cursus monit. impeditur, quando is, qui restituere tenetur, est impotens, proponendo impotentiam suam iudici.*

20 *Iudex ecclesiasticus non potest iustè tollere censuram contrahendam ab aliquo, si non soluerit, cum primum potuerit.*

21 *Cursus monit. impeditur per exceptionem, tua non interest.*

22 *Propalare non tenetur, si alter beneficium collitigans monit. impetrat non habens canonicum tit.*

23 *Cursus monitorij pendente lite an impediatur publicato processu; & quando.*

24 *Cursus monit. impeditur per opposit, quod inciuiliter sit impetratum.*

25 *Iurisdictione iudicis finita tollitur monitorialium cursus, vel si alteretur tenor monitorij.*

26 *Monit cursus quando suspendendus, si obijciatur partem habere personã certam, pulchrè declaratur.*

27 *Lite pendente si impetratæ fuerint monitoriales de ea non facta mentione, an earum cursus impediri possit.*

28 *Monitoriales quando dicantur surreptitiæ, vel orreptitiæ.*

29 *Concessio monitorialium est actus iustus, extraiudicialis tendens ad veritatem coadiuuandam.*

30 *Monitorij causa tempore etiam feriato tractari potest.*

31 *Litis pendentia ex sola citatione narranda est in impetratione rescripti, intellige ad lites nu. 32.*

33 *Lite pendente nihil innouandum, vt procedat declaratur num. 34.*

35 *Opponens de nullitate monitorii est audiendus sine termino ad docendũ de nullitate.*

PLuribus modis monitorialium cursus impediri potest. Et pri-
1 mo † quando ille, qui habet rem, pro qua ipsæ monitoriales promulgantur, comparet in termino illarum coram Episcopo, vel eius Vicario, allegando se partem formalem siuè principalem, protestans, quòd rem, de qua in monitorialibus, non tenet cum peccato, nec contra conscientiã, sed iusto titulo, estque paratus stare iuri coram competenti iudice, ad quẽ se remitti petit, & desisti a monitorialibus, quia a præceptis nõ est inchoandum. Ias. in l. ne quicquam, §. vbi decretum. num. 4. & seq. ff. de offic. proconſ. & lega. aliàs protestatur de nullitate; tunc enim contra partem comparentem procedi non debet. Mascbar. de probat. cõcl. 505. a nu. 7. vol. 1. D. Io. Baptista Costa tract. de fact. sc. & ignor. cent. 2. dist. 55. nu. 13. tom. 1. sed litteræ monitoriales vel sunt reuocandæ, secundũ
2 Ias. ibid. nu. 11. aut saltem † resoluũtur in simplicem citationem virtute

suæ comparitionis, vt in terminis te net Card. & Lanfranc. de Brixia in clem. dispendiosã. super glo. in verb. præmoniti de iud. Bernard. Diaz in reg. 243. lim. 5. quos referunt, ac sequuntur Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 82. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 8. nu. 16. et probat ex Phil. Prob. in c. 2. de const. in 6. nume. 28. & ex Neniz. in sylua nupt. lib. 3. num. 51. vers. limita quinto. Rot. Roman. in nouiss. par. 1. decis. 383. num. 4. vide Caputaq. par. 2. decis. 227. Paris. consi. 113. nu. 1. vol. 4. & nouissimè prax. Archiep. Neapol. capit. 1. not. 10. circa fin. vbi dicit hanc protestationem, siue exceptionē esse omnino admittēdam ab ecclesiastico iudice, & impedire aggrauationem excommunicationis.

3 Tum quia, si actor † habet personam certam, via ordinaria procedere tenetur, cessatq; remedium extraordinarium censurarum. Thesaur. ri eccl. par. 3. c. 38. num. 23. & supra in sect. 1. q. 15. probatum fuit. Tum quia actor non debet sumere informationes de domo rei. l. qui accusare. C. de eden. & glo. in ca. G. perpetuus. in verb. instrumentorum de fide instrum. D. Mar. Antoni. var. resol. lib. 1. resol. vlt. cas. 75. & sup. q. 12. sect. 3. latè fuit declaratum.

4 Vnde in hoc casu † iudex ecclesiasticus debet remittere negotium iudici seculari, vt verificet supra dictum; nec in tali casu ad ecclesiasticū iudicē videtur spectare cognitio an iustè, vel iniustè teneat, vt colligitur ex Inn. Io. And. Ant. de Butr. & Abb. in c. nouit. nu. 53. de iudic. Inn. in c. statuimus. de offic. deleg. col. 2. post gl. ibi, subiungens, quòd in occultis, quando quis est confessus factum, non est vlterius cogēdus; aliàs enim sequeretur inconueniēs, quod iudex ecclesiasticus trahere posset omnes causas ad suum forum. Io. Gutierr. d. c. 11. nu. 84. Thesau. for. eccl. d. c. 38. nu. 20.

Imo Abb. post Inno. & alios in d. c. nouit. de iudic. n. 53. dicit, quòd ad excludendas probationes, quas fortè denuncians faceret pro retinenda causa coram ecclesiastico iudice,

5 vtputa, quòd † occupans talem rem, eam tenet cum peccato, quod probatu valde esset difficile, nisi peccatum esset notorium, sufficeret dicere se iustè retinere rem, & non contra æquitatem, & tali denunciato credendum est ad purgandam conscientiam suam: debet tamen allegare aliquam causam probabilem, & verisimilem, ex qua talem teneat rem, puta quòd ad eum peruenerit causa emptionis, vel alia iusta causa; nec est necesse eam probare, nisi aliàs cōtra eum præsumptio laboraret, vt quia esset vir modicæ fidei, vel si a principio causę simpliciter negasset. Mascar. de prob. concl. 505. a n. 5. cum seqq. vol. 1. & hoc tenendū esse vti verius contra Felin. in d. c. nouit n. 15. pro constanti firmat Gutierr. d. nu. 48. ex rationib. Abb. Quod fortius procedit, quando iste denunciatus talem causam probabilem allegaret cum iuramento † nam iuramē

6 tum malam præsumptionem excludit, secundum Ant. Butr. vbi supra. Paul. Leazarium in repet. cap. finem litib. de dol. & cont. num. 34. & Guido. Pa. sin. 708. & in consistētibus

tibus

tibus in animo, vt quòd quis iure te
neat, stari solet eius dicto cum iura-
mento.glo.expresſè in c.ſignificaſti.
el 1.in ver.ſi eſt ita.de homic. Rim.
iun.con.357.n.44.vol.4. vbi decla-
rat,faciũt adducta per An.Solam in
antiq.conſt.Sabaud.tit.vt nemo in-
uitus.ſuper decr. nullus.nu.7.

Limita primo,vt non procedat,
7 quando † dicta proteſtatio,ſiue con-
feſſio ſit facta cum illa dictione ſi,
hoc eſt,ſi habet bona,de quibus in
monitorio ea ſine peccato tenet,quia
cum talis dictio importet conditio-
nem ſecundum Bart in l. quicunq;
§.non ſolum.ff de verb.oblig. Iaſ.in
l.indebitum. §. qui promiſit.ff. de
condict.indeb. Berium conſ.41.nu.
26.efficit,vt illa confeſſio nihil ope-
retur;conditio namq; nihil ponit in
eſſe.vt ex l.cedere.ff. de verb.ſign.c.
1.de plus petit. Turret. conſ. 44.re-
ctè docet D. Marius Antonin. lib.1.
var.reſol.vlt.reſol.caſ.75.circa. me.
cõtra Neuiz.in ſilua nup.li.5. verb.
monitoriæ ſub num. 53. & optimè
faciunt adducta per Rot. Rom. in
nouiſſ.deciſ.383.n.11.& per Card.
Tuſchum tom.2.pract.concl.lit.C.
concl.650.& 651.poſt Paul. Leaza-
rium in repet.rubr. de confeſſis in
8 prin.vnde talis † confeſſio captioſa,
& cauilloſa non impedit curſum
monitorialium. D. Coſta d.tract.de
fac.ſcien. & ign.cent.2. diſt.55. nu.
14.tom.1.poſt An. Solam ſuper or.
& decr. Sabaud.tit.6. ſub rubr. de
tribu.compet.glo.4.nu. 8. poſt Lu-
dou. Vital.tract.de reis,& teſtimoni.
nu.27.quia legitimè non propalanti
non creditur.clem.1.vbi gl. & Car.
de renunc. Abb.in d.c.nouit.nu.53.
Rimin.iun.conſ.357.nu.17. vol.4.
Credere tamen ſufficere, ſi in prote-
ſtatione aſſerat ſe credere rem iuſtè
ſeu probabiliter, & bona fide poſſi-
dere: facit optimè Nauar. conſ.3.de
cenſib.& Rodriq.in ſum. par.2.ca.
79.nu.11.circa ſi.

An verò legitimè propalauerit,
vel non,iudex eccleſiaſticus cogno-
ſcet, iuxta tradita per Io Gutierr.li.
1.can.qq.c.11.nu.85.

Secundò limita,vt non procedat,
9 vbi nullam † in proteſtatione alle-
get cauſam ſuæ detẽtionis, vel iniu-
ſtam,ſiue iniuridicam, vel inueriſi-
milem adducat, vel ſi peccatum ſit
notorium; quia tunc eius aſſertioni
ſtandum non eſt, nec deſiſti, aut ſu-
perſederi debet ab executione,& cur-
ſu monitorialium, vt colligitur ex
Maſchar.& Gutierr.loc.cit. & in
puncto tradit Riminal. iun. conſi.
357.n.47.circa ſi.vol.4.

Tertiò limita non procedere,quã
10 do † ab initio factis monitorijs
nõ ſit facta legitima proteſtatio, ſed
vbi res fuerunt ab alijs propalatę,&
probatus ſit culpabilis; quia niſi re-
ſtituat, ſiue reuelet, & ſe componat
cum parte aduerſa, vigore ſuæ pro-
teſtationis, ſiue comparitionis non
debet impediri curſus monitoria-
lium;ſed contra talem ſic denuncia-
tum ad vlteriora procedi vſq; ad re-
ſtitutionem. Rimi.iun. d.conſ.357.
num.19. cum ſeqq. Ptax. Archiep.
Neapol.ca.1.not. 10. in fine. prout
etiam infra q.8.nu.30.& ſeq. huius
ſect.latiùs declarabitur.

Quartò, & vltimò limita, quod
11 virtute † huiuſmodi comparitionis,
ſiue proteſtationis debito modo, &
tempo-

tempore facte non suspendatur monitorialium cursus in totum; sed tantum quoad partem, siue principale & eius consilium, quæ eximuntur à propalatione, iuxta dicta superius in sect. 2. q. 2. ante fi. Quoad reliquas verò personas incertas currere debet monitorium, vt notant Fran. Leo in thesau. for. eccl. par. 3. cap. 38. num. 23. in fin. & D. Io. Baptista Costa in tract. de fact. scien. & ignor. cent. 2. dist. 55. num. 2. tom. 1.

Ex qua limitatione infertur, quòd in facti contingentia non erãt generaliter, & in totum suspendẽdę monitoriales a sede Apostolica obtẽtę per capellanum agentem ad recuperationem bonorum capellæ contra iniustè detinentes, occupantes, ac scientes, prout quidam comparẽs ab executore illius monit. fieri instãter petebat, eo pretextu, quòd indictis litteris vt maior, & planior notitiã haberi posset, quænam essent bona dictæ capellę, fuerant eadem descripta, & in descriptione posita petia vna terræ, quam ecclesia, seu dictus capellanus possidebat; tum quia adiectio illius petiæ terræ fuerat facta ad maiorem notitiam, tum quia illius expressio, vel omissio non poterat vitiare tales monitoriales, cum nihilominus Summus Põtifex illas concessisset. Caputaq. par. 1. decis. 310. num 3. Cassad. decis. 3. vt lite pend. & decis. 10. de præben. Vnde dempta illa petia terræ, quoad alia bona incerta, & occupata currere debebat monitorium, conferũt huic illationi adducta supra sect. 1. q. 15. num. 14. de testibus iam citatis.

Impediuntur secundò monitoria

12 † opponendo exceptionem rei iudicatæ, qua stante non sunt concedenda, & si fuerint concessa, veniunt reuocanda. Alex. cons. 85. nu. 3. vol. 5. Bart. in const. ad reprimendum in verb. denunciationẽ, nu. 15. Turret. cons. 29 nu. 17. vol. 1. Thesau. for. eccl. par. 3. c. 38. nu. 24. & probat D. Marius Antonin. var. resol. lib. 1. resol. vlt. cas. vlt. tom. 1. circa princ. D. Menoch. de arbitr. cas. 484. vbi distinguit, & testatur opin. Bart. esse magis receptam, secus tamen est, si exceptio sit iniquæ rei iudicatæ, quia tunc reus tutus non est huiusmodi exceptione: vbi enim agitur de peccato, sententia nunquam transit in rẽ iudicatam. c. lator. & ibi Host. & Pan. de re iudic. gl. magna ad fin. in c. ad monasterium. eod. tit. & latè comprobat Lãfran. Balb. decis. 149. & vide D. Menoch. cons. 484.

13 Impeditur tertiò † cursus harum monitorialium per exceptionem iuramenti litis decisiui, quo oblato, & præstito habet vim rei iudicatæ, & litis finitę. ca. & si Christus. de iureiu. l. 2. l. admonendi. & l. iusiurandũ ff. eod. tit. Bar. in ead. const. ad reprimendum. in d. verbo denunciationẽ nu. 16. qua stante exceptione litterę monitoriales publicari non debent, vt in puncto notat Fran. Leo in suo thesau. for. eccl. par. 3. c. 38. nu. 25.

14 Impeditur qarto † quando hæres petit monitorium cõtra scientes habere bona hæreditaria, si pars opponat de inuentario, & propterea dicat non esse concedendum, vel si fuerit concessum, esse suspendendum, quia veritas alio modo sciri potest. Prax. Archiep. Neap. cap. 1. not. 3. circa med.

med. vbi tamen addit, quod solet Vicarius illius curiæ concedere monitoria contra scientes bona hæreditaria non contenta in inuentario.

15 Impeditur quinto † exceptione legitimæ præscriptionis, per quam opponens est tutus in vtroq; foro, non enim tenetur quilibet possidens rem aliquam post legitimam præscriptionem completam ad manifestationem talis receptionis. Nau. cons. 3. nu. 8. de censib. Lanfran. Balb. deci.
16 147. etiam si † ea legitimè completa mala fides superueniat, quia eius rei dominium iam acquisiuit; vnde nõ tenetur etiam in foro conscientiæ eã domino suo restituere. vt tradũt post gl. Abb. in ca. vigilanti. nu. 6. & ibi Fel. post plures alios, quos citat nu. 11. de præscrip. Fachin. lib. 1. contr. iuris ca. 64. optimè Sair. in claui lib. 9. c. 12. nu. 33. Thesau. for. eccl. d. c. 38. n. 27. & nouissimè Alex. Pesan. ad D. Tho. in 2. 2. q. 58. ar. 11. D. Io. Baptista Costa consi. 18. nu. 13. lib. 1. Spec. com. opi. q. 506. & q. 657. Quod limita primò, nisi author es-
17 set in mala fide; quia † mala fides authoris nocet successori bonæ fidei, quominus præscribere, seu vsucapere possit rem alienam. Fachin. loc. cit. c. 56. Bere. cons. 34. n. 8. & consi. 12. num. 10. Vnde res furtiuæ, & vi possessæ vsucapi, nec præscribi possunt, nec a latrone ipso, nec ab hærede latronis, nec ab emente rem furtiuam a latrone cum bona fide, vt habetur inst. de vsucap. §. quod autem. & §. furtiuæ; quod quidem institutũ est in odium furti. Sair. loc. cit. nu. 6. Intelligendum tamen est hoc primo de præscriptione longi, & vsitati temporis, nempe 10. aut. 20. annorum; secus longissimi temporis nempe 30. vel plurium annorum, iuxta l. omnes. & l. sicut in rem. C. de præscrip. 30. ann. sic explicant gl. in d. §. furtiuæ. Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 79. Salõ, & Bann. tract. de domin. q. 5. Siluest. verb. præscriptio 2. q. 12. Lopez instr. consc. par. 1. cap. 136. Couar. in reg. possessor par. 2. §. 9. nu. 4. & ratio est, quia licet firma sit apud Canonistas, & Theologos assertio præscriptionem longissimi temporis, etiam immemorabilis corruere, viresq; amittere constito de titulo vitioso, & nullo, vt probat D. Domin. Ansossius in sua per erudita iuris allegatione de prædicatorum deputatione ab Episcopo non a communitate facienda; post med. tamẽ hæc præscrip. 30. annorum præsertim in casu nostro secundum citatos doctor. titulũ non requirit, sed tantum bonam fidem, quæ sufficit in hærede latronis, vel emente a latrone, cum tali spatio 30. vel 40. annorum, per quod temporis spatium omnis actio extinguitur. Paul. Castr. cons. 81. nu. 12. & cons. 258. lib. 2. facit D. Menoch. de arbi. cas. 180. nu. 14. Secundo intellige, quod tam hæres furis, quam emens rem a fure, si rem possideant bona fide solum per 10. aut 20. annos tantum, quamuis rem illam nõ præscribunt, fructus tamen rei possessæ faciunt suos: sic probatur in l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. & notat Sair. loc. cit. nu. 7. Secundò limita, nisi præscribendo probabiliter dubitasset, an rem illam sine peccato retinere posset. Fachin. loc. cit. ca. 65.

Pesan.d.ar.11.disp.6.concl.4. Sair. d.c.12.nu.13. & seqq.vbi latè declarat hunc art.

18 Impediri sexto potest † per exceptionem transactionis, & pacti facti cũ parte, precipuè iurati, ex qua oritur exceptio, prout ex iuramento, & ex sententia.gl.in l.2.ff.de iureiu. vbi Bar.nu.2.Thesau.for.eccl. d.ca.38.nu.26.quia cum excommunicatio reguletur ab intentione excommunicantis.gl. in c.2.de testib. cog. Pan.in ca.si sacerdos.de offi. ord.in fi.Boschus Codecha in repet.cap.de quod vultdeo.n.72.de iudic. si concedens monitoriales hoc pactum sciuisset, verisimiliter credi potest, quod eas nõ concessisset.ita Io. Gutierr.lib.1.can.qq.cap.11.nu.77.& seqq.Rodriq.in sum. par.1.c.79.n.9.post Silu.nupt.vbi supra n.55.sed hic casus rarò continget.

19 Impeditur septimo quando † is, qui restituere tenetur, est impotens, si congruo tempore ad iudicem recurrat, & impotentiam suam sufficienter proponat, & vbi non sit notorium, quod non possit, statur suo iuramento, quando est persona honesta, vt not. Illustriss. Tuschus tom.3.pract.concl.441.n.1.lit. E, & tũc offerẽdo satisfactionem, vel cautionem possibilem iudex potest, & debet suspendere excommunicationis censuram, etiamsi illa impotentia ex iniqua causa emanauerit, & hoc procedit, quando ex propalationibus aliorum constaret de obligatione ad restituendum, vel cõtra eum nominatim esset lata excommunicatio, quia tunc si non compareat, reddendo rationem sui, excommunicatio-
ne ligabitur. Tolet.in sum. lib.5.ca.
20 27.nu.10. Non † poterit tamen iudex per istius comparitionem iustè tollere omnino subtractionem censurę contrahendæ, si non soluerit, cum primum potuerit, sicut non potest negare absolutionem censuræ iã contractæ dignè petenti, vt colligitur ex Franc. Suarez tom.5.disp.20.sect.2.nu.16.in fi & hæc habent locũ etiam in eo, qui est obligatus soluere pensionem sub pęna excommunicationis.

Impeditur octauo cursus monito-
21 rialium per exceptionem † tua non interest, quia nemo sine interesse, & vtilitate auditur; & talis exceptio litis finitæ dicitur. Crau.cons.195.n.7.Anton.Marius de Canib.cons.2.nu.431.in mater. feu.pro Episcopo Papiens.Rim in.iun. cons.367. nu.11.& cons.352.nu.79. vol.4. Vnde siquis monitorium obtineret cum capitulis concernentibus bona, in quib. de capitulantis interesse non ageretur, illud publicandum nõ esset. Thesau.for.eccl. par.3. c.38.nu.28. Ita etiam in beneficialibus, si
22 † alter collitigantium qui non haberet canonicum titulum, siue iniustè possideret beneficiũ, litteras excommunicatorias extraheret contra eos, qui detinent eius fructus, & contra eos, qui sciunt, a quibus detineantur, & non reuelant, tunc nec qui collegerunt dictos fructus, nec scientes incurrunt excommunicationem nõ restituentes, aut non reuelantes, imo pars posset comparere, & cursum monitorialium impedire. Gre. Sair. in florib. decis.lib.5.tit.23. decis.8. ex Nau.cons.7.de sent.excom. Thesau.

ſati. for. eccl. d. nu. 28. & latè probat Rodriq. in ſum. par. 1. ca. 79. nu. 11. circa med. ita Pius V. in conſt. ſuper modo expedien. litt. in forma ſignif. ſtatuit, vt monitoriales litteræ eis tantum concederentur, quorum ciuiliter intereſſet, vt latius ſupra ſect. 1. q. 9. nu. 5. dictum fuit, vbi eiuſdē cōſtitutionis tenorem deſcripſimus Sic etiam infert Ant. Sola ad antiq. conſt. Sabaud. tit. vt nemo ſuper decr. cum nullus glo. vnic. ſub. nu. 10. quod ſiquis agat petitione hæreditatis, quam reus negat actori pertinere; & interim procedat actor via monitorialium, ſi reus opponat, ſuperſedendum erit, donec cognitum ſit, ad quem hæreditas pertineat; ac ita fuiſſe iudicatum a Vicario Epiſcopali Vercel. teſtatur. Quæ cognitio ſpectat ad iudicem ſecularem, coram quo vertitur cauſa de hæreditate, an debeatur tali impetranti monitoriales, nec ne per tex. apertum in l. ſiquis libertatem. & ibi no. DD. ff. de pet. hered. Quod tamen declara iuxta tradita ſupra ſect. 1. q. 18. n. 4.

23 Impeditur nono † ſi pendente lite contingat publicari monitoriū, quo quidem tempore coram ordinario iudice ſuper eadem materia ſit iā publicatus proceſſus, iamq; innotuerint teſtificata, quia tunc ob timorē ſubornationis impediri poteſt curſus dicti monitorij, vt declarat Ant. Sola ad conſtit. antiq. ducat. Sabau. tit. vt nemo inuitus accuſ. glo. vnic. num. 9. Hier. Laur. in deciſ. Auen. deciſ. 136. & pulchrè notat D. Coſta tract. de fact. ſcien. & ignor. cent. 2. diſt. 55. num. 9. tom. 1. eo magis, quia fruſtra fit, quod factum non releuat. ca. per tuas. de ſimon. & ſic intelligi debet Prax. Archiep. Neapo. in ca. 1. not. 3. vbi inquit, quod ſi pēdeat lis, non debeant fieri monitoria generalia contra aduerſarium, licet ſi fiant, teneant, ſed ſunt iniuſta. Et quamuis ſecundum Lel. Zecch. in republ. eccl. tit. de Prælat. cap. 1. nu. 6. §. excommunicatio verò. monitoriales iure concedi poſſint etiā poſt publicatum in cauſa, cui videtur fauere Alba conſ. 15. poſt nu. 6. vol. 1. hoc tamen verum non eſt, niſi pro eccleſijs, mulieribus, & alijs perſonis priuilegiatis, cæteriſq;, quando eis conceditur reſtitutio in integrū aduerſus omiſſas probationes. Prax. Archiep. Neap. loc. cit. & dixi ſupra ſect. 1. q. 18.

24 Impeditur decimo curſus † monitorialium per oppoſitionē, quòd inciuiliter ſit impetratum, vt exemplificat Franc. Marc. deciſ. 872. par. 2. vbi nu. 4. dicit monitoriū propter ſubiunctiuam dictionem ſeu, incertum dici, illudq; impediri, ac reuocari poſſe.

Impeditur vndecimò huiuſmodi
25 monitorialium curſus † per iudicis mortem, vel amiſſionem, aut ſuſpenſionem iuriſdictionis concedent is iuxta tradita per Suarez to. 5. diſp. 3. ſect. 3. & ſupra q. 1. ſect. 2. vbi latè: vel vbi a iudice delegato non fuiſſet ſeruata forma monitorij Papalis vt ſi præter expreſſa in ipſo monitorio alia capitula eſſent appoſita, vel ſēſus monitorij eſſet alteratus, prout latius ſupra ſect. 1. q. 18. num. 17. & ſeq. explicauimus. Vnde ex ſtylo Curiæ epiſcopalis Papiæ ſeruatur regulariter, vt tenor monitorij Papalis

ad verbum ponatur, & subinde in maternam linguam traductus describatur.

26 Impeditur duodecimò, si † actor habet personam certam, & via ordinaria procedere possit, vt diximus supra n. 2. & ex communi sententia conclusimus supra par. 1. q. 15. ante nu. 3. & in puncto exẽplificat Fran. Marc. par. 2. decis. 803. & latè probat Rimin. iun. cons. 557. num. 1. & seqq. vol. 4. Declara tamen primò, vt non procedat, nisi hoc probetur nempe aduersarium, ad cuius instantiam concessum fuit monitorium, habere intentionem fundatam per scripturas, testes, vel alia documẽta; aliàs parte contradicente non fuit suspendendæ monitoriales in hoc casu. Lel. Zecch. loc. cit. in fi. Secundò, fallit, quãdo certitudo postmodum superueniat; tunc enim persistendũ est in datis monitorialibus, non obstante certitudine postea superueniẽte illarum vigore. Riminal. iun. d. cons. 557. a nu. 19. cum seqq. quod tamen intellige iuxta prædicta a nu. 1. & seqq.

27 Sed dubitatur, an † monitorialiũ cursus impediri possit, si illæ impetratæ fuerint lite pendente, de ea non facta mentione, tanquam surreptitiæ. Respõdetur, negatiuè; si enim pendẽte lite monitoriales literæ ad effectum reuelandi, vel pro habendis, & reperiendis aliquibus scripturis facientibus ad ipsam causam fuerint a sede Apostolica, vel ab ordinario obtentæ, de ea non facta mentione, nec in specie, nec in genere illæ regulariter dici nõ possunt surreptitiæ, & nullæ, nec consequenter potest earum cursus impediri, verisimile enim non est Papam, vel ordinarium denegaturum monitoriales, etiamsi de litis pendentia mentio facta fuisset.

28 Tum quia iure † non cauetur, vt talis expressio sit fienda in huiusmodi impetratione, arg. contra, quæ tradit D. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 201. & cas. 202. nec tale est, quòd ob illius omissionem, vel expressionem huiusmodi litteræ monitoriales nõ fuissent concessæ, nõ enim retraxisset superiorem ab illis concedendis. facit Nauar. cons. 1. de rescript. quæ duo concurrere debent, vt illæ surreptitiæ, vel orreptitiæ dicantur, iuxta glo. & communem in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. public. & ibi Bart. in terminis. ca. super litteris. vbi glo. Butr. Abb. Imol. & alij, de rescrip. Nauar. cons. 1. num. 4. de constit. & cons. 1. de rescrip. n. 5. & cons. 78. de reg. n. 2. & pulchrè declarat D. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 202. nu. 27. & seqq. & ideo prætendens impedire cursum rescripti monitorialium ob veri taciturnitatem, vel ob falsi narrationem debet probare concedentem aut non fuisse huiusmodi litteras concessurum, si sibi talis tacita veritas innotuisset, vel non fuisset expressum tale falsũ, aut in obtinendis similibus rescriptis id, quod tacitum fuit ex iuris forma fuisse exprimendum.

29 Tum quia † dicta concessio est actus iustoi, & extraiudicialis non tendens in præiudicium litis, sed potius ad veritatem coadiuuandam. D. Mar. Antonin. libro 1. var. resol. resol. 112. cas. 36. vol. 1. vbi rectè resoluit.

soluit, quòd huiusmodi litteræ monitoriales concedi possunt ab ordinario pendente lite in Vrbe absque vitio attentatorũ: faciunt adducta per Sebast. Medic. tract. de reg. iu. reg. 8. & per D. Menoch. d. cas. 202. num. 21. & 22. & sic in facti contingentia in scriptis respondit perquã doctus, & studiosiss. D. Rodobaldus Parinus S. Theol. & I. V. D. Prothon. Apostolicus, meusq; Concanonicus.

Suffragantur quoque huic resolutioni tradita per Franc. Marc. par. 2. decis. 897. & in aliquibus libris decis. 898. vbi nu. 1. & seqq. concludit,
30 quòd † monitorij causa etiã feriato tempore ad honorem Dei, vt v.g. in hebdomada sancta, vt ipse exemplificat, tractari iure possit, quia monitorium in forma malefactorũ pro parte impetrantis regulariter est fundatum ex causa necessaria, & vrgenti, cum pietate quodammodo coniuncta: facit optimè primò c. conquestus de ferijs, ibi, nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. secundò quia ista monitoria concernunt periculum animarũ, vt ex Host. in d. c. conquestus. tradit Fran. Marc. loc. cit. nu. 4. prax. Archiep. Neapol. cap. 2. not. 9. conferũt etiam adducta per D. Mar. Antonin. d. resol. 112. cas. 37. in fin.

Nec obstare potest, si opponatur,
31 quòd † de litis pendentia specialis mẽtio, & expressio fieri debeat; aliàs rescriptum dicatur surreptitium, & per consequens nullius momenti. d. cap. super litteris. de rescript. etiam si lis tantum cœpta sit per solam citationem, quia illa narranda est, secundum glo. in d. c. super litteris. vbi Felyn. num. 12. & tradit in puncto D. Menoch. loc. cit. d. cas. 202. nume. 4. & seqq. & præcipuè nu. 34. vbi inquit narrandum etiam esse, coram quo lis pendeat, vnde non valere cõmissionem specialem factam in Curia non facta mẽtione, quòd lis alibi pendebat. ita Bellam. decis. 46. de rescript.

Quia respõdetur, primò illud pro
32 cedere † quando impetratur rescriptũ ad lites; vt per Felyn. vbi supra, ibi de pendentia litis debet fieri mẽtio in rescriptis ad lites, & facit optimè tex. in cap. inter monasteriũ. ibi, & processu negotij corã primis iudicibus &c. vbi Abb. nu. 24. de re iud. & Dec. in cap. cæterum. nume. 2. de rescript. & declarat D. Menoch. vbi supra num. 29.

33 Nec etiam obstare videtur rub. † vt lite pendente nihil innouetur, & text. in clem. 2. eod. tit. considerando illud verbum, nihil, quæ est dictio vniuersalis negatiua. l. si is, qui ducẽta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Vulpell. tract. de verb. sign. verb. nihil.

34 Quia respondetur, quòd illa † negatiua vniuersalis restringitur ad terminos habiles, hoc est ad litis terminis tãtum, vt apparet ex tot. nigr. dict. tit. vt lite pẽd. qui declarat rub. doct. in l. 1. ff. si cert. pet. facit Naua. in rub. de iud. nu. 16. Caputaqu; decis. 188. nu. 4. par. 2. & declarat Damasce. reg. 100. & Sebast. Medic. in tract. de reg. iu. reg. 8. per tot. & Felyn. in d. cap. cæterum. de rescrip. vbi latè explicat, quãdo per impetrationem dicatur aliquid innouari. vide pro hoc artic. Crauet. in tract. de antiqu. temp. par. 4. sect. incip. materia

ista a nu. 1. quo in loco docet, quādo alicuius actus expressio, vel taciturnitas, quę non erat necessaria ipsum actum vitiet, vel non.

35 Notandum quoque est, † quòd quando aliquis opponit de nullitate monitorij concessi, non debet dari terminus ad docendum de nullitatibus, sed opponens est audiēdus sine termino, & reuocandum, vel approbandum monitorium; nam vt plurimum nullitates opponūtur ad dilatandum; & vbi de salute animarum agitur, proceditur simpliciter. Arch. & Card. de Turrecrem. in c. scriptū. 6. q. 3. quos referēdo sequitur prax. Archiep. Neapol. in c. 1. not. vlt. vbi sic practicari in Curia Neapol. testatur.

## QVAESTIO II.

An qui bona fide emit rem a latrone, postquam per monitorium sciat rem esse furtiuam, possit tuta conscientia rescindere contractum emptionis, & furi rem illam reddere, vt recuperet pretium pro illa datum, an verò teneatur restituere rem domino, etiamsi pretium latroni datum sit amissurus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Natta fuit iurisconsultus insignis, & vocabatur el fauio.*

2 *Emptor bonæ fidei potest rescindere contractum cum latrone, & rem illi reddere, vt pretium recuperet.*

3 *Consulere sibi potius, quàm alteri debet vnusquisque in pari innocentia casu.*

4 *Confessarius debet absoluere pœnitentem sequentem probabilem opin. relicta probabiliori.*

5 *Emptor bonæ fidei non comparente fure tenetur rem domino reddere sine pretio.*

*Ignorantia excusat ementem rem furtiuam quoad pœnam; secus quoad restit.*

6 *Emens rem furtiuam etiam bona fide est in periculo amittendi rem, & pretium.*

7 *Furtiua res a quocunque potest vindicari etiam de facto, pretio non refuso.*

8 *Emens rem furtiuam quomodo possit recuperare suum pretium, & vide num. 12.*

9 *Emptor rei furtiua scienter, vel præsumptiuè cur contractum rescindere nequeat, vt recuperet pretium.*

10 *Emens sciēter rem furtiuam non potest vllo modo repetere pretium a domino.*

11 *Emptor rei furtiua an liberetur, si illa consumpta sit, aut in aliam speciem conuersa.*

12 *Emens rem furtiuam, quando non teneatur illam restituere, nisi recuperato pretio.*

13 *Donatarius non satisfacit donatum a latrone illi restituendo.*

14 *Donatarius rei furtiua an teneatur pretium domino reddere cognita veritate si eam vendidit.*

15 *Emptor rei furtiua vendens eam ad quid teneatur.*

IN hac quæstione satis quidem controuersa, prima opinio est asseren-

feretium talem emptorem teneri ad rem restituendam vero domino, etiã cum iactura pretij. sic Io. Medin. C. de reb. rest. q. 10. concl. 2. Sot. lib. 4. de iust. & iu. q. 7. art. 2. Ledesm. 2. 4. q. 18. art. 6. Couar. in reg. peccatum. lib. 6. par. 2. §. 12. concl. 2. §. 3. num. 3. Bart. Medin. lib. 1. instru. c. 14. nu. 31. Caiet. in sum. verb. restitutio c. 1. quam opinionem multis comprobant argumentis, cui etiam videtur fauere Iul. Clar. §. furtum. nu. 27. &
1 Natta consi. 436. † qui vt refert Roland. consi. 55. nu. 10. vol. 1. fuit iurisconsultus maximus, & in agro Astensi vocabatur el sauio, & in facti contingentia consuluit, quòd etiamsi tempore, quo eam emit, protestatus fuerit se illam emere, vt restitueret domino suo accepto pretio, tenetur nihilominus absque pretio restituere: ita tenerit etiam Franc. Marc. decis. 7. par. 2. D. Io. Battista Costa tract. de fac. scien. & ign. cent. 2. dist. 79. num. 2. tom. 1.

Secunda autem opinio, quæ mihi videtur verior, & æquior, ac magis
2 recepta, docet † posse emptorem incolumi conscientia rescindere contractum cum latrone, & rem illi reddere, vt pretium ab eo recuperet, nec tenetur eam vero domino restituere: ita Alex. Ales. 4. par. q. 24. memb. 5. ar. 3. §. 5. Gabr. in 4. dist. 15. q. 3. art. 1. dub. 5. Angel. verb. restitutio 1. vbi Syluest. 3. q. 7. §. 1. Nau. in man. c. 17. nu. 9. & 84. Petr. Arrag. in 2. 2. q. 62. art. 6. & ibi Salon contr. 3. P. Nau. lib. 3. de rest. c. 4. par. 3. dub. 4. nume. 195. Greg. a Val. in 2. 2. disp. 5. q. 6. punct. 4. tom. 3. Philiarc. par. 2. de offic. sacerd. lib. 6. cap. 19. Lud. Lopez par. 1. in str. confe. c. 95. & hãc quidem sententiã varijs pariter tuen
3 tur rationibus, & præcipuè, quia † in pari casu innocentiæ vnusquisq; ius habet, vt sibi potius, quàm alteri consulat; non autem consuleret, si rem domino restitueret, & non furi, cùm a domino nõ posset repetere pretiũ, quemadmodum a fure poterit. Vnde reddere rem latroni, a quo accepit, est medium ordinatum ad seruãdum emptorem indemnem, & ad restitutionem domino faciẽdam, vt notant Sair. in claui lib. 10. tract. 2. c. 2. nu. 17. & seqq. tit. de bonæ fidei possessore, & Alex. Pesan. in com. ad D. Tho. 3. p. q. 62. disp. 1. vbi respondent ad arg. primæ opinionis: vide Caroc. tract. de re furtiua q. 26. vbi dicit hanc secundam opinionẽ procedere, vbi appareat probabilis coniectura, quòd fur sit restituturus vero domino, vel emptor eum ad id agendum induxerit, aut tandem modum adhibeat, quo tutè vero domino restituat, & sic putat conciliãdas esse has opiniones.

Verum quidem est, quòd cum vtraque opinio satis probabilis sit, multosque pro se, & graues habeat authores, poterit fidelis, quam volue
4 rit tuta conscientia amplecti; † nec poterit confessarius primam tenens opinionem negare pœnitenti absolutionem, qui secundam sequetur sententiam; vel e conuerso, vt rectè notauit Michael Salon vbi supra cõcl. 3. confessarius enim potest, & debet absoluere pœnitentem sequentẽ probabilem opinionem, relicta sua probabiliori opinione, etiamsi illa pœnitentis sit in tertij damnum. Azor. tom.

tom. 1. inst. mor. lib. 2. cap. 17. q. 19. Alex. Pesant. in com. ad D. Thom. 3. p. q. 40. disp. 2. Sair. in claui lib. 1. cap. 9. nu. 13. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 2. disp. 41. in fin.

Duo tamen hac in re veniunt annotáda, quæ apud omnes certa sunt,
5 primò † emptorem bonæ fidei, si fur non compatet, aut ille, a quo is accepit, & res apud ipsum emptorem maneat, teneri eá domino reddere, quia bona fides, & ignorantia excusat talem ementem quoad pœnam; secus quoad restitutioné rei. D. Menoch. de recup. possess. in 16. remed. nume. 32. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 77. Caroc. de re furt. q. 22. num. 7. & tenetur etiam sine recuperatione pretij, quia nó potest a domino rei pretium furi datum exigere. D. Io. Baptista Costa in tract. de fact. sc. & ign. cent. 2. dist. 79. nu. 1. tom. 1. & est communis, Caroc. de re furt. quæst. 13.

Vnde rectè admonet Caiet. 2. 2.
6 q. 62. art. 6. ementem, † rem furtiuã, etiam si bona fide illam emat, esse in periculo amittendi rem, & pretium: ita refert Gregor. in claui d. lib. 10. tract. 2. c. 2. num. 17. tit. de bonæ fid. possess. Quocirca vnusquisque sibi cauere debet, diligenterque curare, ne quid furtiuum emat, ne se huic periculo exponat, iuxta l. 2. C. de furt. Host. in sum. tit. de pœnit. & remiss. nu. 61. §. quibus, & qualiter.

7 Potest enim † res furtiua, si inueniatur, a quocunque vindicari, etiã propria auctoritate, & de facto, nisi sequatur scandalum. Innoc. in ca. cũ olim. de restitu. spoliat. col. pen. ci. ca med. Paul. Castrens. sing. 9. Caroc. tract. de re furt. q. vlt. Alba cons. 84. num. 2. vol. 1.

8 Quamuis possit † talis bonæ fidei emptor latronem apud iudicem conuenire, aut alio accommodato pretium datum a fure recuperare, etiam priusquàm rem domino reddat, secundum communem vide, D. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. nu. 30. vbi pulchrè declarat, quibus in casibus emptor pretiũ recuperare possit.

9 Secundò, quòd vbi quis † emat scienter, vel probabiliter præsumendo rem furtiuam, vt si emat rem, quã ignorat esse furtiuam ab eo, de quo scit famam esse, aut suspicionem vehementem, quòd vẽdat multa furto ablata, non potest iustè contractum rescindere cum latrone factum, & rem furi tradere, vt pretium datum recuperet, vt de communi testatur Curt. iun. in l. ea quę. in fin. ff. de cõtrahen. empt. & uendit. Couar. uar. resol. lib. 3. c. 17. col. 4. & latè Caroc. de re furt. q. 20. non enim dici potest bonæ fidei possessor. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. d. sp. 35. in fin. concl. 2. Sanchez de matr. tom. 1. libro 2. disp. 41. nu. 27. & seq.

Et ideo uero domino restituere tenetur, si probabiliter dubitat (sicut communiter timendum, & dubitandum est) furem non restituturũ domino; quia longè rationabilius, & iustius est, ut qui iniustè re sua spoliatus fuit, rem suam rehabeat, quàm quòd secũdus iste detentor pretium, quod iniquè, & scienter pro re furtiua dedit, recuperet, ut rectè notat Sair. in claui d. lib. 10. tract. 2. cap. 5. num. 5. tit. de empt. uel possess. malæ fidei

fidei post Io. Medin. C. de reb. resti. q. 2. dub. 2. & q. 10. conclu. 1. Petr. Nauar. lib. 3. de rest. ca. 4. par. 3. nu. 200. Salon d. q. 62. artic. 6. contr. 3. concl. 2.

Et talis emptor in foro exteriori præsumitur fur iure, & ui participationis, unde furis instar puniri potest. D. Costa d. dist. 79. nu. 4. Andr. Gail. de pace public. lib. 2. c. 10. uide Caroc. d. tract. de re fur. q. 10. ubi declarat.

Imò secundum prædictos docto.
10 loc. cit. non † potest talis emptor repetere a domino pretium furi datũ, neque in foro conscientiæ, neq; in foro exteriori, quantumcunque in publico loco, & publicis nũdinis emat. D. Menoch. de præsump. lib. 5. præsumpt. 29. nu. 21. etiam animo, siue cum protestatione sibi seruandi, & pretium recuperandi. Natta consilio 436. Clar. in §. furtum, nu. 27. etiam non obstante contraria consuetudine, uel statuto, sed discere debet cautius mercari. Sair. loc. cit. Caroc. tract. de re furt. q. 12. D. Costa tract. de fact. sc. & ign. tom. 1. cent. 2. dist. 79. nu. 3.

11 Quod extende, etiam si † res furtiua esset consumpta scienter, aut in aliam speciem conuersa; quia nõ ob id liberatur emptor, ita Fran. Marc. decis. 7. par. 2. nu. 2. D. Costa d. dist. 79. nu. 12. Si uerò consumpta esset bona fide, tenetur solũ, quatenus est factus locupletior, secundum communem, Clar. in §. furtum, num. 27. D. Menoch. d. præsumpt. 29. nu. 18. & seqq. Surd. lib. 1. decis. 45. nu. 15. Tolet. in sum. lib. 5. c. 17. post Ang. uerb. restitutio, §. 8. Vicen. de Franc. decis. 31. par. 1. uide Paul. Leazar. in repet. c. finem litib. de dolo, & contum. nu. 13.

Aduertendum quidem est, quòd
12 ubi quis † emat, uel redimat rẽ furtiuam, præsertim uili pretio a latrone ignoto, & in loco remoto, nomine domini, & animo ei restituendi, quo casu non posset uerus dominus actione aliqua, uel nisi cum magna difficultate, & sumptu eam recuperare; tunc non tenetur, illam uero domino restituere, nisi restituto pretio, quod expendit, cum utiliter charitatis debito proximi negotiũ gesserit, resulteto; uero domino utilitas; ad quod cum suo dispendio non tenebatur; & hoc procedit tam in foro conscientiæ, quàm in foro exteriori, etiam quoad expẽsas. Ange. in uerb. rest. 1. n. 5. & Sylu. in verb. rest. 3. q. 7. Maior. in 4. dist. 15. q. 26. in fi. & satis patet ex c. rapinam. 14. q. 5. Ias. in l. si pretium. in fi. C. de procu. Io. Lupus in rub. de don. inter uir. & uxo. §. 65. num. 57. Rebuf. de excep. num. 645. Sanchez de matr. tom. 1. libro 2. disp. 41. num. 29. Rodriq. in sum. par. 1. cap. 153. nu. 3.

Et hoc præcipuè locum habet in emente a latrũculis, & bannitis, qui in campaneis aliquando cogunt trãseuntes ad emendũ. Caroc. de re furtiua q. 23. & seq. ubi q. 15. nume. 3. addit, quòd si dominus rei furtiuæ restituat pro recuperatione rei suæ pretium emptori bonæ fidei, qui ignoranter emit, amplius recuperare non potest.

His uerò corollariè addendum
13 mihi uidetur, quòd † si res furtiua fuerit alicui gratis a latrone donata, mini-

minimè satisfacit is restituendo latroni, qui donauit, cum res non fuerit donantis, vt ex citatis authoribus colligitur, & ex Alexã. Pesan. in comen. ad D. Thom. 3. p. q. 62. disp. 1. vbi inquit, qui rem accepit a fure titulo oneroso, potest illi restituere, si titulo gratioso, domino restituere tenetur, vide Sair. d. c. 3.

14 Imò, si quis † rem alienam per viã donationis accepit a latrone, & deinde incipiat dubitare, an sit furtiua, & durante tali dubio rem vendiderit, tenetur pretium acceptum domino reddere, cum cõstiterit rem esse alienam, quod procedit, etiam si rem illã sine præfato dubio vẽdidisset, cognita veritate. Sair. d. cap. 3. nu. 18. Vbi verò facta diligẽtia adhuc remaneat dubium, tunc pretij partem pro dubij qualitate, siue quantitate restituere tenetur. Molin. tom. 1. de iustit. tract. 2. disp. 35. in fi. conclu. 2. Sanchez. de matr. tom. 1. lib. 2. disp. 41. nu. 19. & 28.

Quod procedit in emptore Caroc.

15 tract. de re furt. q. 25. & seq. † qui tamen, vbi bona fide alienauit pro eodemmet pretio, quod dedit furi, ad nihilum tenetur, pretium enim istud furtiuum non est. L. qui vas. ff. de furt. & si eam pluris vendidit, ad illud plus tantum tenetur, iuxta dicta supra nu... Et hæc sunt vera tam in foro fori, quàm in conscientię foro, vide Coua. in reg. peccatum. par. 2. §. 12. vers. quartò.

## QVAESTIO III.

**Qui ob monitorium restituit rẽ ablatam, an teneatur etiam restituere impensas, quas fecit dominus rei in quærenda re furata; vel lucrum ex ea acquisitum.**

*SVMMARIVM.*

1 *Fur quales impensas a domino rei furata factas restituere teneatur.*

2 *Confessarij cur non obligẽt fures ad restituendas impensas factas in re furata quærenda.*

3 *Possessor malæ fidei cur lucrum ex re aliena per solam artem acquisitum restituere non teneatur.*

4 *Possessor malæ fidei quos fructus restituere teneatur, & quid possessor bonæ fidei.*

5 *Expensæ, & melioramenta facta in re furtiua empta ad quem spectent, an detur repetitio.*

6 *Possessor malæ fidei de deterioratione, & interitu rei tenetur, & quomodo.*

7 *Restituere valorẽ rei alienæ, quæ perijt, quando quis debeat.*

8 *Fur quibus in casibus de rei furatę interitu apud se existentis non teneatur.*

9 *Furis bona non sunt tacitè hypothecata his, qui rapinam passi sunt.*

10 *Hæredes tenentur ad emendationem damni a defuncto dati vsque ad vires hæreditarias.*

Non solum ad restituendas res, quas furto surripuit; sed etiam
1 ad impensas † a domino factas in re furata quærenda obligari furem...; dummodo expensæ sint tantę quantitatis, & tales, quales vir bonus, & prudens in simili negotio facere debuisset,

buisset, vt in l. certi cōditio. ff. de reb. credit. & nisi probabiliter credatur dominum rei contentum fore, restitutio sibi principali, tradunt Nau. in man. c. 17. nu. 24. & nu. 140. Greg. Sair. in claui lib. 10. tract. 3. ca. 1. nu. 2. cit. quid sit restituendum: & facit c. presbyterum. & c. lator. & ca. continebatur. de homic. & tenet Rodriq. in sum. par. 1. cap. 151. num. 4.

2 Quod autem † cōfessarij istos ad earum restitutionem non obligent, eam affert rationem Nauar. loc. cit. quia vel probabiliter credunt dominum cōtentum futurum restitutione principalis, vel quia non confitentur ei damnum subsecutum. quo in casu absolutus, cum sciat teneri, in mala fide constituitur. ca. à nobis. de sent. excomm. Philip. Massin. in l. 1. C. de eden. nu. 54. vers. primū quū sō in fin. & facit Surd. lib. 1. decis. 261. nu. 5. vide D. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 122. num. 1. vbi tradit, quod interesse sit restituendum: faciunt adducta per Paul. Leazarium in repet. c. finem litibus. de do. & cont. numero 45.

3 An verò teneatur † talis possessor malæ fidei restituere lucrum ex huiusmodi re aliena, sola arte, negotiatione, ludo, aut industria propria acquisitum? negatiuè respondetur; sed satis est, vt restituat rem furto sublatam secundum communem opin. de qua testatur Sair. loc. cit. nu. 8. ex Sot. Medin. & alijs, & tenet Nau. in man. c. 17. nu. 25. & P. Nau. lib. 4. de restit. cap. 1. dub. 5. & 9. quia tale lucrum ex sola sua industria malę fidei possessor restituere minimè tenetur: vnde vsurarius, qui lucratus est pecunia vsuraria licita negotiatione, lucrum restituere non obligatur. vt probant citati doct.

4 Tenetur autem † restituere talem rem furto subtractam vna cum fructibus, si est fructuosa, perceptis, & quos spoliatus percepisset. l. in re furtiua. ff. de cōdic. fur. c. grauis. de rest. spol. Sum. Raymund. lib. 2. §. 6. de furt. tenetur etiam ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis; secus verò de possessione bonæ fidei, qui non tenetur, nisi de fructib. perceptis, vt pulchrè declarat Tolet. in sum. lib. 5. c. 21. n. 4. & Sair. in claui lib. 10. tract. 2. ca. 3. de emptor. vel possess. malæ fidei. nu. 24. & facit D. Menoch. de arbitr. cas. 119. num. 1. Caroc. de re furt. q. 18. vbi inquit in foro cōscientię receptum esse, quòd si huiusmodi fructus sint cōsumpti a possessore malę fidei, eum teneri, quatenus ex eis factus sit locupletior. Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 6. num. 4.

5 Expensas † autem, & melioramēta facta in re furtiua, ad quæ dominus rei cogi potuisset, recuperat bonę fidei possessor, alias non. glo. not. & recept. in l. emptor. ff. de rei vindic. vbi Angel. quod quidem procedit in foro conscientię etiam in possessore malæ fidei, quia & ipse deducit expensas necessarias, vtiles, & voluptarias, quæ a subiecto commode separari poterunt. Caroc. d. tract. de re furt. q. 19. post Couar. loc. cit. nu. 3. pulchrè Afflict. decis. 87. Rodriq. in sum. par. 1. cap. 151. num. 6.

6 Si verò res furto subtracta † deteriorata fuerit, sine dubio tenetur fur ad æstimationem eam, in qua domi

nus ea re vsurus fuerat, si verò periërit de interitu obligatur, etiamsi res fuisset eodem modo apud dominũ peritura. Bart. in l. merito. ff. de vi, & vi arm. & in l. qui furtum. ff. de condict. furt. & Bal. in l. subtracto. C. de furt. & D. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 138. nu. 2. & seqq. vbi latè, & tradit Io. Baptista Magonus in lucern. morali par. 2. ca. 5. nu. 3. post Nau. in man. ca. 17. nu. 26. & Sair. d. cap. 1. num. 7. vbi sic inquit

7 † Qui rem alienam rapuit, ac retinuit, si perijt res illa in furis potestate, restituere tenetur illius ęstimationem, secundum meliorem statum seu valorem, quam habuit a tempore furti perpetrati. Do. Raimun. in sum. lib. 2. tit. de furt. §. 6. pulchrè celebr. Paulus de Leazarijs in repet. rubr. de rest. spol. nu. 7. quia semper est in mora. Qui autem rem benè acceptam apud se habuit, si pereat absq; culpa & malitia sua, non tenetur reddere valorem; idem dicendũ est de eo, qui rem malè acceptam apud se habuit, sed bona fide, si in illa bona fide perijt. Tolet. in sum. lib. 5. c. 21. nu. 2. Caroc. tract. de re. furt. q. 17. post Feder. cons. 63.

Limitanda verò sunt prędicta non procedere † quando fur rem furatam legitimè offerendo domino

8 moram purgauerit, vt post alios notat Rodriq. in sum. par. 1. c. 151. nu. 5. vbi declarat, & Io. Baptista Magõ loc. cit. nu. 3. vbi pulchrè ex Bald. in d. l. subtracto limitat in alijs duobus casibus, nimirum, quoties mora voluntaria nouatione remanet extincta; & quando stipulatio citra animum nouandi interuenit.

9 An verò † bona furis sint tacitè hypothecata his, q rapinã passi sũt, vide D. Io. Baptistam Costã in trac. de portione rata. q. 56. num. 4. vbi de magis communi opinione negatiuè cõcludit, quamuis proculdubio

10 damni emendatio fieri debeat † per hæredes vsq; ad vires hęreditarias, & pro rata bonorum hęreditariorũ; quod quidem procedit in vsurarijs, vel aliter delinquẽtis bonis. Rodriq. in sum. par. 1. c. 152. in princ. ex D. Thom. in 2. 2. q. 62. ar. 7. & de hoc art. vide latè eundem. D. Io. Baptistã Costam in suo perquã erudito trac. de fact. scien. & ignor. inspect. 14. n. fi. & Surd. cons. 425. num. 51.

## QVAESTIO III.

### Quando impotens ad restituendum excusetur a monitorij excommunicatione.

**SVMMARIVM.**

1 *Restituere non posse quis dicatur.*

2 *A restitutione quis excusetur.*

3 *Impotens ad restituendum cur excusetur ab excommunicatione pro illo tẽpore tantum.*

4 *Debitor veniens ad pinguiorem fortunam tenetur ad restitutionem.*

5 *Excommunicatus ob non solutionem, si in egestatem incidat, non est liber ab excommunicatione, & cur.*

6 *Absolui nemo potest etiam per Iubileũ contra ius tertij, & si absoluatur cum promissione soluendi, nec soluat, reincidit in excommunicationem.*

7 *Debitor quando peccet, & incurrat excommunicationem non restituendo, etiamsi*

*etiamsi tenuem victum, & vestitum tantum habeat.*

8 *Existimationem proprij status seruare ære alieno per iniuriam ablato nemini licet.*

9 *Restituere tenetur quis citra extremam necessitatem, etiamsi remaneat in graui inopia.*

10 *Damnum magnum cur non dicatur quis perpeti, cum restituenda sint magna.*

11 *Restituere quoties quis non proponit id, quod tenetur, toties peccat.*

12 *Restituere procrastinantes cur non absoluendi.*

13 *Confessarius quando teneatur ipse restituere ad aliquod pœnitens ab eo absolutus tenebatur.*

14 *Restituere obligatus quando possit testamento id relinquere.*

15 *Restituere obligatus in integrum an satisfaciat reddendo per partes.*

16 *Furtiua re nemo diu lætatur.*

QVi re vera restituere non potest, monitorij excommunicationem regulariter non incurrere, supra in 2. sect. q. 13. dictum fuit.

1 Restituere † autem non posse dicitur non solum, qui omnino nequit, cum sit in extrema necessitate; sed etiam qui commodè non potest arbitrio boni viri. l. nepos proconsuli. ff. de verb. sign. c. faciat. 22. q. 2. & hæc commoditas refertur tum ad tempus, tum ad facultatem ipsam: & ille dicitur non posse commodè, qui nõ potest sine probabili damno bonorum suorum altioris ordinis, qualia sunt vitæ, salutis, famæ &c. & tunc proroganda est restitutio, præsertim vbi dilatio parum creditori nocere possit. Nau. in man. ca. 17. nu. 56. & cons. 4. de iniur. nu. 4. Tolet. in sum. lib. 5. c. 27. nu. 7. Graff. cons. 1. de testib. cog. nu. 20. post S. Anton. 2. p. tit. 2. cap. 8.

2 Vnde † excusatur quis regulariter a restitutione, quando iuxta consiliũ prudentis confessarij omnia fecit, quæ potuit ad restituendum, vt colligitur ex cap. Odoardus. de solut. & l. nam & is. ff. de dolo, & doli except. & per tradita a D. Thom. 2. 2. q. 62. ar. fi. & notat Naua. in d. cons. 4. de iniur. num. 4. & pulchrè declarat in man. d. c. 17. n. 56. & seqq. An verò paria sint, non posse restituere, & restitutionem esse factam, vide Naua. cons. 75. nu. 30. de Regu.

Sed sciendum est, quando excommunicatio fertur, vt solutio fiat ad

3 certum tempus; si † illo tẽpore quis impotens sit, talem excusari quidem tunc a culpa, & consequenter ab excommunicatione, non propterea præcepti, & excõmunicationis vim prorsus extingui; sed perseuerare potius, & obligare ad soluendum, cum primum possit. vide Felin. in c. P. & G. de offic. deleg. nu. 3. vbi pulchrè explicat, quando excommunicatio

4 liget impotẽtem. Idcirco veniẽs † postea ad pinguiorem fortunam, si non restituat, vel non soluat, excommunicationem incurret: ita colligitur ex c. odoardus. de solut. So. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 2. nu. 14. Nau. in man. c. 17. nu. 75. Tolet. in summ. lib. 1. c. 8. nu. 6. Rodriq. in sum. par. 1. cap. 79. num. 19. & vide Tolet. lib. 5. c. 24. nu. 11. vbi cũ Adrian. & Nau. contra Scot. & Sot. expressè concludit, quod ac-

piens aliquid in extrema necessitate: si ad pinguiorem fortunam venerit, illud reddere tenetur.

Imo vice versa, si tempore, quo
5 excommunicatio lata est † habuit, vnde solueret, & non soluit, & proinde excommunicatus sit, si postea in egestatem incidat, semper sic manet in foro ecclesiæ excommunicatus, quia re vera egit cótra preceptú, & consequenter contumax exitit, quamuis quoad Deum per contritionem possit esse in gratia. Hinriq. in sum. lib. 13. c. 18. §. 4. Sair. de censur. lib. 1. c. 18. nu. 40.

6 Nec per † quodcunq; amplissimum iubileum cótra ius tertij quis potest absolui; & si absoluatur cum promissione soluendi, & postea quá to citius non soluat, reincidit in eandem excommunicationem, sic declararunt Pius V. & Greg. XIII. vt refert Corrad. par. 1. q. 172. Sum. Corona par. 3. tit. de excommu. num. 27. & propterea confessarij in hoc casu magnam diligentiam adhibere deberent, & aduertere, quod si totum restituere non posset ad restituẽdam saltem partem teneretur, secundum communem Doctorum sententiam.

Credit autem Ludou. Lopez par.
7 2. c. 12. in instruc. consc. † debitorem nulla censura ligari posse ad restituẽdum, nec affici culpa mortali; quando ipse debitor aliud non habet, nisi quod ei sit necessarium ad tenuem victum, & vestitum; sed hoc quidẽ limitandum venit, quãdo is, cui debentur restituẽda, esset in æquali necessitate, vt debitor, puta quia oportet ipsum viuere indecenter, nisi restituantur, aut soluantur ei sua; nã
8 † nemini licet ære alieno, maximè per iniuriam ablato honorẽ, & æstimationem seruare proprij status. Siluestr. verb. excõmunicatio 2. q. 3. Nauar. in man. c. 17. nu. 60. Sair. de cens. lib. 2. c. 9. nu. 11. Corrad. in d. par. 1. q. 172. vbi ex Adrian. quem sequitur Tolet. in sum. lib. 5. ca. 24.
9 nu. 9. dicit, quod † citra extremam necessitatem tenetur restituere, etiã si cadat a suo statu, & remaneat in graui inopia; unde vult nobilem teneri ad vendenda bona sua per iniuriam, & iniustè acquisita, vt restituat, debeatq; proprio labore victum quærere, vel mendicãdo vitam traducere eo magis, vt diximus, quando sui creditores valde indigẽnt. Mich. Salon 22. q. 62. ar. 8. vbi de communi testatur, Lud. Carbo. tract. de restit. q. 83. Io. Petr. A la tract. de aduoc. & causid. christ. par. 1. q. 49. Rodriq. in sum. par. 1. c. 45. nu. 5. & 6. vbi inquit, quod etiam in casu, in quo debitor non tenetur cum iactura sui status restituere, tamen tenetur attingere superfluos sumptus, & relinquere vanitates, vt restituat, quod debet; & de hoc obligantur confessarij, & prædicatores admonere nobiles.

Videat ergo quicunq; debitor, quomodo ad restituẽdum teneatur, ne in peccato remaneat, & excommunicationem incurrat, quãdo sub ea censura præcipitur, vt restituat.

10 Nec obstat † quod magnum præptionum bonorum damnum dicatur talis perpeti in restitutione eo, quod res restituendæ magnæ sint, quia id iuxta Caie. in sum. verb. re-

stitutio-

ſtitutio, non eſt ſuorum bonoru n
iacturum facere, ſed aliena relinque-
re; Nec eſt amittere ſuum, ſed alieno
non vti: quare tale damnum a reſti-
tutione minimè excuſat, vt probat
doctiſſ. Martin. Naua. in man. c. 17.
nu. 59. Rodriq. d. c. 45. nu. 7.
11 Imo qui reſtitutionem † non fa-
cit, cum poſſit, & debeat, mortaliter
peccat, & quo magis differt, grauius
peccat, & quoties non facere propo-
nit, toties peccat, niſi iuſta cauſa illũ
excuſet, vt probat Maior in 4. diſt.
16. q. 26. Nec qui illam ſemper pro-
craſtinat, ter, aut quater, ſingulisq;
12 annis eodem confeſſario † ſe reſtitu-
tionem facturum promittit, eſt ab-
ſoluendus, niſi prius reſtituat, vel ſal-
tem efficaciter negotium diſponat;
vt id quam citò executioni mande-
tur. Nau. in man. c. 17. d nu. 59. quia
quæ ſic promiſit multories in alijs
confeſſionib. nec tamen reſtituit, pru
déter credi põt, & iudicari nec modò
reſtituturum, ſed ad priorem culpã
rediturũ. vt tradit Caie. in ſum. ver-
bo, reſtitutio, ca. 6. vbi inquit peni-
tenti dicenti, quod ſine dubio hac
vice reſtituet, reſpondere debet con-
feſſarius, credo tibi, & propterea mo
do cum ſita bona diſpoſitione vade
ad reſtituendũ, & poſtea abſolueris:
quamuis enim credere debeat peni-
tenti pro ſe, & contra ſe, cum hoc ta-
men cauere debet, ne mora temporis
delictum pariat, ſicut alias peperit.
Additq; Medina lib. 1. inſtr. confeſſ.
c. 14. §. 3. 5. quẽ refert, & probat Sair.
in claui lib. 10. tract. 5. c. 2. num. 27.
13 in fi. quod † niſi confeſſarius ita ſe-
gerat, tenebitur ipſe ad reſtituẽdum
id, quod penitens reſtituere tenetur
cum moraliter cauſa ſit, quod peni-
tens non reſtituat, prout tenetur, eo
quod ipſe negligenter munus ſuum
exercuerit. Quod procedit regulari-
ter, ſecus autem quãdo probabiliter,
& prudenter iudicari poteſt, quod
poſtea ſtatim reſtituet, nec creditori
ex parua mora damnum aliquod ſe-
quetur: & tunc abſolui poteſt, quod
prudentiæ confeſſarij relinquendũ
eſt, ratione loci, temporis, perſonæ
& commoditatis reſtituendi. Sair.
loc. cit. n. 28. Rodriq. in ſum par. 2.
c. 47. n. 15. Nec ſufficit ei, qui ſtatim
14 poteſt, † vt teſtamento relinquat,
niſi iudicaret, quod id melius ab he-
rede præſtabitur, vt notant Ang. in
ſumm. in verb. reſtitutio 3. §. 1. &
Nau. in man. in dicto cap. 17. n. 67.
Tolet. in ſumm. lib. 5. c. 24. nu 6. &
valde falluntur, qui debita, cum poſ-
ſint, nolunt ſoluere, differentes vſq;
ad mortis teſtamentum, quia ſic di-
ſcendentes ſecundum communem
ſententiam in peccato diſcedunt: ita
declarat Sair. loc. citato n 30. & ſeq.
vbi multa citat, Tolet. d. cap. 24.
nu. 6. D. Auguſt. inquit, ſi res aliena,
propter quam peccatum eſt, reddi
poſſit, & non redditur, penitentia
non agitur, ſed ſimulatur; ſi autem
vera agitur, nõ remittitur peccatum,
niſi reſtituatur ablatum. c. ſi res. c. ſi
quid. 14. q. 6. quod tamen intelligẽ-
dum vel in re, vel in voto. gl. in reg.
peccatum. de reg. iu. in 6. vide Graff.
par. 1. decaſ. lib. 3. cap. 13. 2. num. 45.
cum ſeq.
Aduertas etiam rurſus, quod
15 † obligatus reſtituere aliquid domi
no in integrum, & ſolidum, non ſa-
tisfacit reddendo per partes, modò
vnam

vnam, modò aliam, si potest simul dare; quod si nolit, ne se simul tota summa pecuniarum priuet, mortaliter peccat, nisi excusetur illis causis, quib. excusatur aliquis; aut, vt nõ restituat, aut, vt non statim restituat, quas superius explicauimus, & tradit Tolet. d. cap. 24. num. 7.

Et scias, quod diuino iudicio per-
16 mittitur † vt quis diu re furtiua non lętetur, sed imo ab alijs nequioribus furibus ipsa res eidem abripiatur, vt de seipso ingenuè fassus est ille, qui in suis ædibus hoc distichon inscripsit, vt refert Io. Bonif. lib. de furt. §. contrectatio. n. 134. in fi. Congeries lapidum varijs constructa rapinis, Aut vret, aut ruet, aut raptor alter habebit. & iuxta illud vulgatum, de rebus male acquisitis non gaudebit tertius hæres.

## QVAESTIO V.

### Quomodo vi monitorij fienda sit secretè restitutio malè ablati.

*SVMMARIVM.*

1 *Restitutio quid, & omnium rerum difficillima.*

2 *Quid restituendum sit.*

3 *Restitutio quomodo fienda quando furis, vel peccati manifestatio sequitur.*

4 *Confessarij videntur personæ aptiores, vt per eorum manus fiat secreta restitutio.*

5 *Debitor non liberatur, si ille, qui rem reddendam accepit, non restituat.*

6 *Pœnitens quid procurare debeat, quando per tertium restituit.*

*Confessarius accipiat chirographum ab eo, cui aliquid alterius nomine restituit.*

1 QVando restitutio † quæ est rei acceptæ ab aliquo, vel damni illati quædam compensatio, & est actus iustitiæ commutatiuæ. Naua. in man. c. 17. nu. 6. Rodriq. in sum. par. 2. cap. 39. & omnium rerum est difficillima, vt notat per excellens, & pereruditus D. Philipp. Massinius Perus. in prælectionib. l. 1. C. de edendo. nu. 100. & Rodriq. in sum. par. 2. c. 47. nu. 16. sine personæ manifestatione est facienda, vt sæpe contingit in restitutionibus virtute litterarum monitorialium fiendis, tunc prius inspiciendum venit, vt resti-
2 tuendum † tantum sit, quãtum sufficiat ad æqualitatẽ debiti, aut damni illati in certis, in incertis autẽ ad arbitrium boni viri consideratis omnibus circunstantijs, iuxta tex. in l. certi cõdictio. ff. de reb. credit. & instit. in prin. de verb. signif. prout no. Nauar. in man. cap. 17. num. 67. & pulchrè declarat Franc. Tolet. in sum. lib. 5. ca. 24. nu. 2. & explicauimus supra q. 3. huius 4. sect.

Aduertendum quoque est, quod
3 † res restitui non debet in propria specie, sed eius valor, quando deueniretur in cognitionem furis, vel sequeretur peccati manifestatio. Cosm. Philiarc. tract. de offi. sacer. par. 1. lib. 3. cap. 34. limit. 2. & idem est dicendum, quando sequeretur aliquod notabile inconueniens, licet peccatum non manifestaretur. vt tradit Tolc. in sum. d. li. 5. c. 21. n. 3.

Quibus

Quibus sic perpensis res restituẽda consignari potest prudenti, & fideli confessario, vt eam tacito principalis nomine restituat; † confessarij enim videntur personæ aptiores, vt per eorum manus fiat huiusmodi restitutio, vt scribit Ludou. Lopez in instruct. consc. par. 1. c. 121. Dixi autem fideli confessario, quoniam si confessarius fortè oblitus debitæ fidelitatis, vel alius † cui restituendum fuerit commissum, non tradit huiusmodi rem illi, cui restituenda est, nó liberatur penitens, qui ad illam restituendam tenebatur, prout probant S. Antonin. Archiepiscopus Flor. in summ. par. 2. tit. 2. ca. 4. §. 1. Nauar. in man. cap. 17. num. 67. & est communis sentẽtia, Rodriq. in sum. par. 1. ca. 79. nu. 17. & declaratur in seq. quæst. nu. fi.

6 Quare consulunt doctores † penitentem procurare debere, vt confessarius, vel alius, per quem talis restitutio est fienda, quando restituit, accipiat chirographum ab ipso domino, in quo fateatur se recepisse a tali sacerdote tantam pecuniæ summam, vel aliam rem ab incerto homine sibi debitam, & dictam singrapham penitenti tradat, vt per eam restitutionis factæ certior fiat penitens, nisi persona confessarij, vel alterius, talis sit, vt de eius fide dubitari nequeat, & penitens certus sit probabiliter, quod acceptũ domino reddet. vt latissimè explicãt Petr. a Nauar. par. 2. de restit. lib. 4. c. ... c. ex nu. 4. & Greg. Sait. in claui regia par. 2. lib. 10. tract. 2. cap. 6. num. 3. & facit Tolet. in sum. lib. 5. cap. 24. nu. 3.

## QVAESTIO VI.

**Lata monitorij excommunicatione ob quędam furta incurrit illam Ioannes, qui penitẽtia ductus totam restitutionis summam confessario tradidit, vt pro eo solueret, & inde fuit absolutus, cõfessarius autem nunquam restituit, an Ioannes in excommunicationem denuo incidat.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Absolutio semper intelligi debet sub conditione implicita, quòd verè parti satisfiat.*

2 *Penitens, quousque ignorat restitutionẽ a se iussam non fuisse factam, est tutus in conscientia.*

3 *Penitens sciens restitutionem per se mãdatam non fuisse factam, quando peccet mort. & possit excommunicari, vide nu. 8.*

4 *Absolutus in iubileo ab excommunicatione bona intentione illud accipiendi, si de facto non accipiat, liber est a tali excommunicatione.*

5 *Satisfacere censetur is, qui cum soluere nequit, dat pignus, vel aliam cautionem.*

6 *Excommunicatio quando comprehendat eum qui soluere nequit.*

7 *Excommunicatio, vbi suum effectũ non consequitur ob aliquod impedimentum, eo sublato statim ligat.*

8 *Debitor quando non teneatur amplius restituere post rei consignationẽ confessario factam, si eam non restituat.*

Excom-

EXcommunicationem in hoc ca-
su rurſus Ioannem incurrere pri
ma facie videtur, quia quamuis cõ-
feſſarius debita præditus auctorita-
te eum validè abſoluere potuerit; il-
1 la tamen † abſolutio ſemper intelli-
gi debet ſub conditione implicita,
quòd verè parti ſatisfiat: nihilom i-
nus pro veritate dicendum eſt, quòd
cum talis pœnitens verè abſolutus
fuerit ab excommunicatione; & a
2 peccato, & quoad ſe ſatisfecerit † vſ-
quequo ignorat confeſſarium reſti-
tutionem minimè feciſſe abſque du
bio remanet abſolutus, & ſi fuiſſet
ſacerdos, celebrando nullam incur-
riſſet irregularitatem; nec poſtquam
ſciuit reſtitutionem factam nõ fuiſ-
ſe, ſi proponat iterũ reſtituere, quan-
tò citius poterit, incidet in excõmu-
3 nicationem: vbi verò iterum † non
reſtituere proponeret, & quòd de-
bebat, erat res furata, peccaret morta
liter, & poſſet iterum excommunica
ri, nõ tamen reincederet in priorem
excõmunicationem, quia ſemel ve-
rè, & legitimè ab ipſa fuit abſolutus,
& non ad reincidentiam; nec poſtea
commiſit nouum delictũ, per quod
reincidat, vt optimè explicant Ema-
nuel Rodriq. in ſumm. par. 1. c. 79.
nu. 17. & Petr. Nauar. lib. 4. de reſt.
c. 5. dub. 1. nu. 19. Greg. Sait in claui
regia lib. 10. tract. 2. cap. 6. nu. 8. &
9. tit. de modo reſtitutionis faciẽdæ.

Et facit, quia ſicut excommunica
tio reſeruata in iubileo, quamuis ex-
4 preſsè exigat certas conditiones † ſe-
mel tamen bona fide, & intentione
illud conſequendi abſolutus, etſi po-
ſtea nolit adimplere, & de facto illud
non accipiat, abſolutio tenet, & liber
eſt omnino a tali excommunicatio-
ne Io. Baptiſta Corrad. in reſp. caſ.
conſc. par. 1. q. 208. Suarez diſp. 31.
ſect. 4. num. 4. tom. 4. ita in caſu no-
ſtro eſt dicendum; maximè quia
quodammodo ſatisfecit; ſi enim ſa-
5 tisfecere † cenſetur is, qui cum ſolue
re nequeat, dat pignus, aut iurat, aut
aliam cautionem præſtat cõfeſſario,
ratione cuius validè abſoluitur; quã-
to magis dici poteſt hũc parti ſatiſ-
feciſſe, qui debitum realiter mediato
rũ ſaltem putatiuè fideli tradidit, vt
notat Sait. d. nu. 9.

Nec Sot. in 4. diſt. in. 22. q. 1. ar. 2.
poſt conclu. 4 caſu 2. contrarium te-
net, quia loquitur in caſu differenti,
6 nempe † quando excommunicatio
fulminata contra Titium non com-
prehendit eum, qui ſoluere nequit;
qui ſi poſtea perueniret ad pinguio-
rem fortunam, & non ſolueret, inci-
deret in excommunicationem, quia
vt dicit Sot. & ſuperius in q. 4. huius
partis probauimus, excommunica-
tio ſemper durat, & vbi ſuum effe-
7 ctum † non conſequitur ob aliquod
impedimentum, quod inuenit, eo
ſublato ſtatim ligat; ſed hic loqui-
mur in caſu, in quo excommunica-
tio iam ligauerit, & ab ea verè pœni-
tens abſolutus fuiſſet, & hoc modo
amplius non duraret.

Eſt autem notandum, quòd ſi
8 † debitum erat ratione alicuius iuſti
tituli, vt mutui, aut depoſiti, vel
aliàs, non tenetur pœnitens amplius
reſtituere poſt rei reſtituendæ conſi-
gnationem confeſſario factam; nec
conſequẽter debet, vel poteſt rurſus
ob illud debitum excommunicari,
vt explicat P. Emanuel Rodriq. in
ſumm.

summ.par.1.d.cap.79.nu.17.in fi. & pulchrè faciunt tradita per Fran. Tolet.in summ.lib.5.cap.22.num.6.& quæ dicta fuerunt supra q.5.in fin.huius sect.4.

## QVAESTIO VII.

### Si per monitorium proponatur premium indicanti delictum, vel iudex laicus hoc faciat per edictum, an gaudeat premio, si aliquis ex complicibus reuelet

*SVMMARIVM.*

1 *Premium nō datur delinquenti seipsum indicanti, neque complicibus, declaratur, nu. 3.*
2 *Iudæus cum suis filijs in nocte veneris sancti interfectus.*
3 *Premium quando habeat, si aliquis ex complicibus reuelans.*
4 *Premium promittens detegenti delictū non tenetur, nisi illud probari possit.*
5 *Verba sunt intelligenda cum effectu.*
6 *Denuncians delictum, vt impunitatem, & premium consequatur, quomodo propalare teneatur.*

1 IN hac quæstione † negatiuè respondent Bart.in l.3.§.fin. ff. ad Syllan.& Angel.in l.si tibi.num.2. ff.de cond.ob turp.cauf. & hanc esse communem opinionē testatur Iul. Clar.in prax.crimin.lib.5.§. fin. q. 27.num.5.& Iacob.Graff.consil.6. de sent.excom.nume.24 & eandem tenet Ioā. de Anan. Archid.Bonon. in c.qui cum fure. de furtis,num. 8.
2 vbi refert, quòd cū † in nocte veneris sācti interfectus fuisset Hæbreus cum suis filijs,& quidam Formulus reus sub spe premij quingentorum aureorum indicasset socios, & seipsum,fuit ipse laqueo suspensus : hoc idem refert Iul. Clar. loc.cit. quod
3 quidem limitandum esse puto†quādo in ipso edicto exprimeretur,quòd etiam rei principales possint gaudere hoc beneficio,& premio reuelādo vtputa si dicatur,& hæc facultas,nēpe,consequēdi impunitatem,& premium extendatur quoque, ad vnū vel duos ex complicibus principalibus, modò principales sint plures, quàm vnus &c. ita sentire videtur Io.Baptista Baiard.in addi. ad prax. Clari d.§.fi. q.27. vbi ex Bodino de repub.lib.1.cap.1. refert exemplum Cæsaris Augusti, qui Coracoræ in Hispania latronum duci premium, & veniam dari iussit, qui ob edictū, in quo premium promittebatur deducenti illum ad Cæsarem, seipsum in iudicio sponte præsentauit.

4 Addit quoque Iul.Clar. d. q.27. nu.5.quòd† denuntians ob tale edictum,vel monitoriū,ad hoc, vt consequi possit premium ex edicto propositum,oportet,vt probet; sic enim ex generali consuetudine receptum
5 esse testatur;quia †.verba sunt intelligenda cum effectu, vt habetur in l. 1.ff.quod quisque iuris. cap.relatum vbi glos. de cleric.non residen. Petr. Rebuf.in tract.de verb.sign.leg.89. col.6.in fi.Petrus Paulus Paris. cōs. 40.num.15.vol.4.Camil.Gallin.in tract.de verb.sign.lib.1.cap.9.Nau. comm.4.de regular. nume. 14. Caputaq;.decis.80.num.6. par.3.vt scilicet non sufficiat quis denuntiasse,

Pet.Ant.Lazario Papien. Cc &

& detegisse, nisi etiam conuincat: in terminis Iacob. Graff. consi. 4. num. 20. de sent. excomm.

Vnde in huiusmodi edictis exprimi solet, quod † denuntians tale delictum impunitatem, & premium lucrabitur; modò illud ita patefaciat, vt de delinquentibus certis constando possit specialiter de eodem delicto inquiri, & id, quod prætēditur cōsequi, prout multoties in praxi vidi.

6

## QVAESTIO VIII.

### An vigore propalationum factarum super huiusmodi monitorijs possit quis nominatim per iudicem ecclesiasticum excommunicari, & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex eccl. potest compellere laicum bonorum detentorem ad ea restituenda, & quomodo.*

2 *Stylus vniuersalis in ecclesiast. procedendi contra laicos detentores vigore propalationum.*

3 *Iudex si non iudicat secundum stylum facit litem suam.*

4 *Denunciatio vi monitorij est ad instar euangelicæ.*

5 *Opinio Decij in c. nouit. de iud. nu. 31. confutatur.*

6 *Denunciatus non potest pœnitere, nisi rem restituat.*

7 *Excommunicari quis non debet, nisi præuia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter &c.*

8 *Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. non instructionem, sed formam in monit. seruandam præscribit.*

9 *Iurisdictionem secularem eneruari non conuenit, & declaratur nume. 20. & seq.*

10 *Iudices eccl. errant sine causæ cognitione vi propalationum excommunicando.*

11 *Principalis comparens in territorio monitorij offerens se paratum stare corā suo indice, nec possidere rem cum peccato non potest excommunicari.*

12 *Dispositio pœnalis non trahitur ad casum, vbi non est dolus, vel culpa.*

13 *Pendente lite, si fuerit fulminatum monitorium generaliter ligat principalem non comparentem, vel propalantem.*

14 *Principalis quando nominatim excommunicari possit vigore propalationum, & declaratur num. seqq.*

15 *Iudex ecclesiasticus quādo possit cognoscere, an res sit mihi restituenda.*

16 *Censura monitorij cur fulminetur.*

17 *Non respondens ad rem pro non respondente reputatur.*

18 *Nullo vero modo respondēs contumax dicitur.*

19 *Denunciatus ob monit. potest nominatim excommunicari, nisi restituat, si reuelationes contineant criminalitatem.*

20 *Excommunicatus si in excommunicatione per annum, vel per quatuor menses permanserit, quas pœnas incurrat.*

21 *Excommunicatus insordescens per annum in quibus censuris suspectus de hæresi dicatur, & contra eum procedi possit, ex decl. sac. Congreg.*

*Iudex competens super excommunicatione est tātū iudex ecclesiasticus.*

22 *Iudex*

22 *Iudex non debet de facili venire ad excommunicationem in specie, nisi in casibus hic expressis.*

23 *In materia denunciationis, siue monitorialium proceditur de similibus ad similia.*

24 *Denunciatus, si denuntiationem non timet, an præsumendum, quod nec excommunicationem nominatim timebit, vide nu. 28. & seq.*

25 *Excommunicatus in genere per monitorium quoad Deum est ita excommunicatus, ac si nominatim, non tamen quoad ecclesiam militantem.*

26 *Excommunicatus in specie mortuo comparatur, & seruus diaboli dicitur, &c.*

27 *Excommunicatio separat nos non solum à communione hominum, & sacramentorum, sed etiam a gratia, & custodia Dei.*

28 *Nemo præsumitur velle delinquere.*

29 *Præsumptio exclusiua delicti capi debet.*

30 *Excommunicatus in contumacia vigore propalationum quando audiendus, & remittendus.*

31 *Assertioni alicuius statur, nisi probetur contrarium.*

32 *Statutum si disponat, quòd stetur conscientiæ alicuius, si causa est nimis præiudicialis, potest probari contrarium.*

POsse culpabilẽ vigore propalationũ, ob monitoria factarum à Iudice Ecclesiastico nominatim excõicari, nisi restituat. colligitur ex Rot. Rom. decis. 383. in prin. par. 2. in nouiss. & in pũcto tenet eruditissimus, & ornatiss. Dominus D. Marius Antonin. lib. 1. var. resol. vlt. & sol. cas. fi. vbi hanc opinionẽ veriorẽ, magisq; piã esse affirmat. Funda-
1 mẽta sunt primo, quia Iudex † Eccle-
siasticus aditus potest cõpellere laicum bonorũ detentorem ad ea restituẽda. Bal. in auth. ad hęc. col. 3. C. de vsur. quẽ sequuntur Fel. in c. nouit. nu. 15. de iudi. & in c. cũ sit. nu. 16. de foro cõp. Marant. de ord. iud. par. 4. vers. seculare, & ecclesiasticũ. nu. 12. Abb. cons. 60. num. 3. par. 2. Borgn. decis. 16. nu. 25. p. 2. in prax.
2 † crim. can. lib. 2. de denunc. euang.
testatur D. Mar. Antonin. d. cas. vlt. qui stylus seruandus est ꝑ lege, imò ius facit. l. more. ff. de iurisd. omn. iud. vbi pulchre Curt. iun. Felyn. in c. ex parte el 1. nu. 15. de rescript. D. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 8. nu. 14. & egregie declarat Cucch. in inst. ma. lib. 1. tit. 8.

Quare infert Ias. in authẽt. iubemus. C. de iudic. & sequitur Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. verb. monitorię
3 nu. 32. quod † iudex debet iudicare
sm stylum, aliàs facit litem suam, imò si stylus sit notorius, snia in cõtrarium lata est nulla. Guidop. decis. 192. Rebuff. in prax. benef. vers. opponi, quę possint nu. 44. Cucch. in inst. loc. cit. nu. 32. Roch. de Curte in rubr. de consuet. col. 3. & seq.
4 Tertiò, quia dicta † denunciatio
monitorialium est ad instar euangelicæ, in cuius locum successit, licet finis sit iudicialis. Abb. in cap. nouit. nu. 32. & 55. & declarat Rimi. iun. consi. 357. nu. 41. & seqq. vol. 4. vbi inquit, quod denunciatio iudicialis tendit ad eundem effectum euangelicæ, videlicet, vt denunciatus ad pęnitentiam reducatur, & restituat, vt di-

dicunt Inno. Abb. & omnes in d.c.
5 nouit. & † licet subiungat ibi Decnu. 31. & 32. quod in euãgelica simpliciter agitur ad pœnitentiam, in iudiciali vero ad restõnem; attamẽ non aduertit, vt no. Rimin. loc. cita. ꝙ in pęnitentia deducta in euangelica
6 includitur restituto rerum † quia nõ potest pęnitere, nisi res restituat. c. peccatum. de reg. iur. & infra dicemus, & hæc opinio affirmatiua videtur pręsertim tenenda, quando dicta denunciatio fuisset proposita ꝓ miserabili persona. Io. And. in c. significantib. de offi. deleg. Abb. in d. ca. nouit. nu. 52. D. Mari. Antonin. loc. cit. & facit optimè Rimin. dict. conf. 357. nu. 33. & seq.

Negatiuam autem opinionem tuentur Guidop. singu. 707. Franc. Marc. decis. 859. nu. 4. p. 2. & Thesi for. eccles. par. 3. c. 38. nu. 22. & facit primò, quia hodie ex dispositione Sac. Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor.
7 † non debet quis excommunicari, nisi præuia diligentia de exequẽdo realiter, vel personaliter seruata forma eiusdem Cõc. d.c. 3. §. in causis vero. (quod certe procedit in causis ad forum ecclesiasticum pertinẽtibus, vt ibidem in causis ciuilib. ad forum ecclesiasticum &c. Et sic intelligendus est Anto. a Sola ad antiq. decret. Sabaud. titul. de tribun. compet. adit. gl. 1. nu. 7.)

Et ideo in causis spectantibus ad forum seculare nõ potest quispiam vigore litterarum monitorialium nominatim excõmunicari; sed pars actrix iudicem secularem cum propalationibus adire debet, qui prout iuris fuerit, ad executionem realẽ, vel personalem procedat, & nõ illis omissis procedere ab excommunicationis sententiam, ad quam non nisi in subsidium deueniri potest, vt in eodem c. 3. §. quod si executio.

Nec dicendum videtur Concil.
8 † Trid. ibi instructionem, non autẽ formam tradere, quia, vt expresse inquit Ioã. Gutier. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 1. in fi. & confirmat Steph. Quaranta in sum. bullar. verb. excõmunicatio ad fi. reuel. in prin. & Sebast. Medic. in sum. pecc. trac. de excom. q. 50. ibi Conc. Trid. salutiferam in his monitorijs formam seruandam præscripsit, quod satis aperte approbant Theus. for. eccle. d. num. 22. & Sair. de censur. lib. 1. c. 9. nu. 33.

Secundò facit pro negatiua, quia omnes causæ per hanc viam possẽt deferri ad forum ecclesiasticum, &
9 sic vt plurimum † iurisdictio secularis eneruaretur, forumque seculare euacuaretur, quod esset incõueniẽs. Io. And. in c. nouit. nu. 28. de iud. & animaduertit Bar. in const. ad reprimendum. in vers. denunciationem. nu. 9. Neuiz. loc. cit. num. 51. Thes. for. eccl. d.c. 38. nu. 20. Vnde errant secundũ Guidop. sing. 708. iudices
10 † ecclesiastici, qui faciunt citare personaliter principalem ad allegãdũ, quare non debeat excommunicari, ac etiam qui statim visis propalationib. aliorum absq; causæ cognitione excõmunicant nominatim, quia hęc nullo modo facere iure possunt; ab executione. n. non est inchoandum. l. 1. C. de execut. rei iud.

In hac tamẽ cõtrouersia sic mihi distinguendum videtur: quando
11 enim † ipse monitus comparet in ter-

termino monitorialium, offerens se paratum stare iuri, coram suo competenti iudice, coram quo petit se remitti, petatq; desisti a monitorialibus, quia possidet rem iusto titulo, & non cum peccato, iuxta tradita pro praxi sup. q. 2. sect. 2. tūc iudex ecclesiasticus non poterit talem cōparentem excommunicare etiam in genere, vt ex Inno. Io. And. Anton. de Butr. & Abb. in c. nouit. de iudi. num. 53. & Mascbar. de prob. cōcl. 505. a num. 7. vol. 1. in præced. q. 1. probatum fuit, & pro indubitato tenet Rot. Ro. in nouiss. par. 1. decis.
12 383. num. 4. quia † dispositio pœnalis quantumuis generalis non trahitur ad casum, vbi non est dolus, vel culpa. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acq. hæred. cum alijs per Craue. cōs. 3. num. 24. Prob. in c. 5. de consti. in 6. nu. 6. Neuiz. vbi supra nu. 51.

Quod extendi debet etiam si pendente lite, puta contra Titium corā iudice laico, & pro habendis probationibus obtenta fuerint generalia monitoria, quorum causa Titius nō comparuit, neque propalauit, quia
13 † tunc licèt secundum Toiet. lib. 5. c. 27. nu. 10. huiusmodi generali excommunicatione ligetur; non tamē peti potest contra eum veniri ad excōmunicationem in specie, ita Neuiz. vbi supra num. 60. quem sequitur Io. Gutierr. d. ca. 1. nu. 88. quia vbi cœptum est iudicium, ibi finiri debet. l. vbi cœptum. ff. de iud. & facit Gabr. tit. de iudic. concl. 1. & cōtinentia causæ diuidi non debet. vt in l. nulli. C. de iudic. quod quidem intellige iuxta declarata superius, sect. 3. q. 12.

14 Vbi verò lectis † in ecclesia monitorialibus, & sic post eorū executiorem receptis reuelationibus aduersarius non comparuit, nec restituit bona, & ex propalationibus culpabilis probetur, ex illisq; plenè cōstet eum esse in peccato non restituēdo, vel non reuelando, tunc nō solū debet a iudice ecclesiastico declarari excommunicatus ob contumaciam, & inobedientiā, præsertim vbi tali denunciato fuit specialiter intimatum monitorium, vt frequenter fieri solet; sed etiam cogi, præmissa causæ cognitione necessaria, ad purgandam suam conscientiam per restitutionem rerum indebitè occupatarū, nec debet vllo modo pro rei restitutione remitti ad iudicem laicum. ita in pūcto tradit Io. Gutierr. d. c. 111. nu. 86. & colligitur ex Neuiz. loc. cit. nu. 59. & tenet Rodriq. in sum. d. par. 1. cap. 79. nu. 14. & Rot. Ro. par. 1. in nouiss. decis. 383. & in his & fortiorib. terminis probat, & cōcludit Riminal. iun. cons. 357. vol. 4. per tot. & præsertim in fi. & Prax. Archiep. Neapica. 1. not. 16. vbi in-
15 quit † quod potest curia ecclesiastica repetitis prius testibus cum iuramento ipsum citare ad dicendam causam, quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem latam in genere, & si non allegat aliquid releuans, potest declarari excōmunicatus, & fieri præceptum, vt exeat a peccato, idq; de iure procedit per c. nouit. de iudic. cum ibi annot. Additq; quòd licet in dicta curia Neapol. non sit in vsu procedere ad declarationem excommunicationis, esset tamen id seruandum in dicto

cto casu, præsertim quando in foro exteriori non competeret actio.

Tum quia iudex ecclesiasticus potest, & debet in hoc casu cognoscere, an res sit mihi restituenda, tum quia connexum est peccato, & de connexis idem est iudicium, vt per c. translato. de const. tũ quia accessorium sequitur naturam principalis. vulg. iu. Item quia iudex præparatorij est iudex præparati secundum Ias. in l. quoties. num. 5. C. de iudic. Dec. in rub. de iudi. tum quia iudex ecclesiasticus debet durante contumacia pœnam excommunicationis certam comminatam imponere, & executioni demandare, nec viã monitorialium prætermittere. Rimin. iun. d. cons. 557. nu. 16. & 22.

16 Item quia† talis censura fulminatur, vt exeat de peccato, & pœniteat; sed pœnitentia sine restitutione (cum ipsa fieri potest) est infructuosa, vt tenent Felyn. in ca. ex tenore. in prin. nume. 18. de rescript. Laurent. Rodulphus in tract. de vsur. par. 2. q. 125. nu. 8. Rim. in. d. cons. num. 42. vbi declarat: Non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, iuxta reg. vulg. peccatum. de reg. iu. in 6. & sic procedunt adducta pro prima opinione.

Extenditur autem dicta cõclusio primò, etiamsi talis culpabilis cõpa-
17 reat in hoc casu,† & minus ad rem, sed ineptè respõdeat, vt si partim fateatur, partim nõ, puta si negat maiorem partem rerum ab alijs propalatum, & quibusdam tñ partitis, & capitib. listæ, & propalationum contra eum factarum, quasi negligẽdo, respondeat, vt exemplificat Rim. in. d. cons. 557. nu. 17. volu. 4. quia pro non respondente, vel cõparente debet reputari. l. de ætate. §. qui autem. ff. de interd. act. vbi habetur, vt refert Rimin. d. nu. 17. quod omnino non respõdisse videtur, qui ad inter-
18 rogata non respondit, respectu† verò rerum, de quibus nullo modo respondit, dicit ibi tex. quod cõtumax est; contumacia autem pœnam hanc ferre debet, vt in solidum conueniatur, quemadmodũ si negasset, quia iudicem contemnere videtur, & in his terminis expressè tenet Rimin. iun. loc. cit. nu. 18. & nu. 20. addit, quòd si in hoc casu oporteret nouũ iudicium ordinarium institui cõtra eum misso iudicio monitorialium, malitiæ suæ commodum reportaret: quod esset absurdũ; sicut quòd quis ex delicto illud consequatur. ca. qui beneficium. de præb. in 6. l. sine hæreditaria. in fi. ff. de neg. gest. Secun-
19 dò extenditur,† quando reuelationes continent criminalitatem, quia non potest Episcopus tradere iudici laico; tunc enim cogi potest culpabilis per excommunicationẽ, vt exeat a peccato restituẽdo, quod fieri etiã potest, si cõpareat, & dicat se paratum stare iuri coram suo iudice laico, cum non possit aliter in hoc casu prouideri, vt notat Prax. Archiep. Neapol. c. 15. not. 6. & latè diximus supra sect. 1. q. 10.

20 Imo si talis excõmunicatus† indurato animo in excommunicatione permanserit per annum pœnas de insordescentib. incurrit, vt in Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. in fi. de reform. nempe contra eum tanquam de hæresi suspectũ procedi potest, ita colli-

gitur ex Rota Rom.par.1. in nouiss. decis.383.in princ. & num.3. Petr. Ferrar.in prax. Pap. in forma respõ. rei conu.in glos. tanquam. nu.9. vbi Theod. Meda in addit.lit. A, quo in casu quomodo in praxi sit contra talem suspectum procedendum, pulchrè tradit D. Menoch. de arbr. cas. 416.nu.62. & vbi per quatuor menses, vel annum insorduerit, non potest absolui per generalem concessionem absoluendi a censuris ecclesiasticis in litteris apostolicis apponi sol tam; per regu. mirabilem Cancellariæ de insordescentib. vt notat Nau.tract.de iudęis,not.1.in fi.glo. nu.21. Aduertant tamen Iudices ecclesiastici, quòd sacra congreg. Car. supra Conc.declarauit, & ordinauit, vt patet ex litteris Illustriss. Card. Arrigoni Vicario Generali Episcopi Placētiæ directis anno 1606. die 30.septembris, sub nomine S.Officij Inquisitionis non esse procedendum contra aliquem ob insordescentiam, eo quia non paruit executioni, & censuris Rotæ Romanę, & similium; sed tantum super insordescentiam prouenientem ex inobedientia excommunicationis, & censurarum impositarum ab ipso S. Inquisitionis officio: ita ex generali, & recepta consuetudine Sacrosanctæ Ecclesię seruari tradit ex Direct. Inquis. Grass. par. 1. decis. lib. 4. cap. 14. nu.4.

Non obstant modò adducta pro negatiua opin. in hoc casu, vt satis apertè patet ex ipsa Conc. Trid. dispositione, vt superius declarauimus. Nec illud, quòd per hanc viam posset euacuari forum seculare, tũ quia hoc remedium non admittitur indistinctè, sed solum in certis casibus & his similibus, de quibus infra nu. 22.tum quia cum hic agatur de excommunicatione in genere fulminata, & deinde de excommunicatione in specie iusta de causa infligenda, non videtur agi de euacuando foro

21 seculari, cum † super excommunicatione sit iudex competens tantum iudex ecclesiasticus. Abb. in d.c.nouit.num.48.& in cap. tuam.de ord. cognit. Bar.in l.quoties. C.de iudic. & Mari. Antonin.d.cas.vlt.in fi.vide Anch.in reg. ea quæ. vers.octauo quæro de reg.iur. in 6. vbi latissimè probat per hanc viam non eneruari forum seculare.

Indifferenter verò declarãtur excommunicati laici occupatores bonorum ecclesiæ, iuxta concl. Trid.c. si quẽ clericorũ. sess. 22. de reform. etiam quòd laici negent rem esse ecclesia, iuxta c. si clericus laicum.de for.comp.qui textus procedit, quando laicus cõuenitur actione reali ad relaxandum, vel restituendum rem; non quando tractatur, an sit excommunicatus nec ne, licet in consequẽtiam veniat restitutio bonorum, vt notat Prax. Archiep. Neapol. cap. 1. nor. 16.circa fin. & late declarat D. Mar. Antonin.lib. 1.resol. resol.30. & resol.38. per tot. & resol. 71. nu. 10.& resol.98.nu.1. tom.1.

Nec obstat, quod volũt Io. And. & alij in d.cap.nouit.& post eos Io. Neuiz.loc.cit.num.41.nempe iudi-

22 cem † ecclesiasticum ad hanc denũciationem, siue particularem excommunicationem ita de facili moueri non debere, sed solum in certis casibus.

bus ibi enumeratis, in quibus iudex ecclesiasticus potest cognoscere de causis laicorum, aliàs secundum eos eneruaretur funditus iurisdictio secularis. Quia respondetur, verum esse non passim deueniendum fore ad excommunicationem in specie iuxta decretũ sacri Concil. Tri. sess. 25. cap. 3. de reform. sed solum, quãdo peccatum purgari nequit per viã actionis, vel alterius remedij de iure introducti: & etiam ratione denegatę iustitię in quibusdam casibus, in quibus agitur de speciali interesse denunciantis, cui nõ competit actio saltem facilè contra suos superiores, vt post Abb. Bal. Salicet. & Dec. nu. 30. in d. ca. nouit. probat, & concludit Rimin. iun. consl. 357. nu. 32. & seqq. vol. 4.

23 Et † in hac materia proceditur de similibus casibus ad similia, prout expresse tenet Abb. in d. c. nouit. nu. 52. vbi enumeratis quibusdam casibus concludit, quod in eis, & similibus reducibilibus ad illos locum habet denunciatio; ita etiam refert, & probat Rimin. iun. d. consl. 357. nu. 35. vbi affert exemplum de 14. causis exhęredationis, quibus aliæ similes addi possunt, & habebit locum pęna exhæredationis. vide supra sec. 1. q. 10.

Nec obstant adducta per Felin. in d. c. nouit. col. pen. de iudic. quod

24 in hoc casu, cum † talis denunciatus non timuerit propalationem, & de nuntiationem ab alijs factam, sed fuerit incorrigibilis, verisimiliter pręsumendum est, quòd etiam non timebit excommunicationem in specie, & propterea iudex ecclesiasticus ab ea desistere debet. Quia respõdeo cum Rimin. iun. d. consl. 357. n.

25 24. & seqq. quod licet † excommunicatus in genere per monitorium quoad Deum, & sic quoad ecclesiã triumphantem, ita dicatur excommunicatus, sicut in specie, & nominatim excommunicatus. glo. notab. in c. a nobis. el. 1. de sent. excom. glo. in c. 2. de offi. ord. Fran. Marc. decisl. 859. nu. 1. p. 2. vnde talis excommunicatus generaliter faciens se ordinari fit irregularis, etiam ignorans, si administrauerit. Simon Maiol. de Irregul. lib. 4. cap. 34. tamen quoad ecclesiam militantem parum, aut nihil operatur, nec censetur excommunicatus, secundũ glo. in d. c. 2. de off. ordin. & glos. fin. in cap. quodcunq; 24. q. 1. Abb. in cap. dilectis. col. 5. de appel. Neuiz. loc. cit. num. 35. Fran. Marc. d. decisl. 859. nu. 1. & seq. At

26 † excommunicatus in specie, & denunciatus, præter quòd euitatur ab omnibus, iuxta extrauag. ad euitãda scandala. mortuo comparatur. Crotus in l. si cõstante. col. 3. ff. sol. matr. & seruus diaboli, eiusque membrum dicitur, extra ecclesiã deiectus. Frãc. Marc. decisl. 818. par. 2. num. 5. post gl. 2. in l. Pędius. ff. de recept. arb. & diabolus vtitur eo, sicut rusticus asino suo, & habet maiorem potestatẽ in eo, quàm in pecore. Iasl. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. lect. 2. col. 2. ff. de liber. & posthum. & sequitur Neuiz. vbi supra nu. 41. vide Simon. Maiol. de Irreg. lib. 3. c. 21.

27 Vnde † non solũ seperatur a communione hominum, & sacramentorum; sed etiam a custodia, & quodãmodo a regno Dei, dum ecclesiastiçis

cis ſubſidijs, quæ Dei amicis impen
duntur,& quibus ad regnum tendi-
tur, priuatur, vt ex D. Tho. in addit.
3. p. q. 21. ar. 3. tradit Sair. de cenſur.
lib. 1. c. 9. num. 2. Paul. Fuſc. de viſit.
lib. 1. c. 29. ſub nu. 1. iuncto Inno. in
c. ſiquis presbyterorum. & ibi Abb.
not. 3. de reb. eccl. non alien. Natta
conſ. 580. nu. 20. vol. 1. Fran. Marc.
deciſ. 881. alias 884. par. 2. vbi num.
6. inquit excommunicato ſubueniē-
dum non eſſe, niſi fame periret. gloſ.
in cap. paſtoralis, circa fin. de appell.
Alex. Moneta tract. de diſtrib. quo-
tid. par. 2. q. 15. nu. 28. & magis ex-
communicati ſunt vitandi , quam
Iudei, & Saraceni. glo. ſuper Matth.
cap. 18. & vide ſupra ſect. 1. q. 19. a
num. 9. vbi plures excommunicatio
nis effectus notauimus.

Quæ cum ita ſint, aſſerendū non
eſt, quòd licet denunciatus ſpreuerit
denunciationem, & ſic excommuni
cationem in genere, quæ quoad forū
exterius videtur parui momenti, ve-
lit, & debeat ſpernere ſpecialem cō-
tra eum expreſſo nomine fulminatā
longè grauiorem, & deteriorē, prout
28 ſupra probauimus † nemo enim præ
ſumitur velle delinquere. c. 2. de reg.
iu. in 6. l. merito. ff. pro ſocio, Decius
conſ. 167. poſt princ. Pariſ. conſ. 77.
in princ. vol. 3. Senat. Pedenſ. deciſ.
42. nu. 7. Nau. conſil. 30. de ſent. ex-
comm. & conſil. 14. nu. 3. de cenſib.
29 & † ſemper capiēda eſt præſumptio
excluſiua delicti. Crot. conſil. 341.
nu. 7. Anton. Gabr. in tit. de crimin.
concl. 2. in prin. Rolan. a Val. conſi.
58. nu. 8. vol. 4. quos citat, & ſequi-
tur Riminal. iun. conſi. 357. nu. 30.
& ſeq. vol. 4.

Pet. Ant. Lazario Papien.

Verum quidem eſt, ſecūdum Io.
Gutierr. d. c. 11. num. 87. & Rodriq.
in ſum. in capit. 79. par. 1. nume. 14.
30 quod ſi ipſe † excommunicatus in
contumacia compareat coram iudi-
ce eccleſiaſtico, humiliter petens ab-
ſolutionem ab excommunicatione
ſolutis expenſis (contumax enim ne-
mo auditur, etiam coram iudice dele
gato, niſi refectis expenſis, Beret. cōſ.
59. num. 1.) allegans ſe paratum eſſe
iuri ſtare coram ſuo iudice compe-
tenti, vt doceat ſe eſſe legitimum
poſſeſſorem; ſicque petat deſiſti ab
vlteriori proceſſu monitorialium;
tunc audiendus eſt, & remittendus;
Quod ſanè intelligendum eſt, dum-
31 modo † contra eum minimè cōſtet,
nec probetur, vel præſumatur con-
trarium, iuxta adducta ſupra in hac
ſect. q. 1. a nu. 5. & ſeqq. ex aliorum
propalationibus prius factis; quia
tunc propriæ aſſertioni etiam
cum iuramento non ſtatur; & conſe
quenter non eſt remittendus, vt per
Innoc. & Io. And. in c. quia propter.
§. illud. de elect. concludit Riminal.
iun. conſi. 357. nu. 45. & ſeq. vbi ex
Iaſ. adducit gl. in clem. prima de iu-
repatr. quam Alberic. reputat ſingu-
larem in l. 1. col. 1. C. de reb. credit.
32 dicentem, quòd † ſi ſtatutum diſpo-
nat quòd ſtetur cōſcientiæ alicuius,
ſi cauſa eſt nimis præiudicialis, po-
teſt probari contrarium, & in ſpecie
Abb. in c. nouit. inquit, quòd etiā
facta comparitione, nihilominus de-
nunciatur excommunicatus, ſi eius
peccatum eſt notorium, vt not. etiā
Riminal. d. conſi. 357. nu. 47. & ſic
intelligi debet Neuiz. vbi ſupra nu.
51. & ſeq. & nu. 59. quo loci videtur

Dd prima

prima facie sibi ipsi contrarius, & pro hac limitat. optimè faciunt tradita per Quintil. Mădos. in tract. de monit. siue litter. executor. quæst, 33. per tot.

## QVAESTIO IX.

### An reuelata, siue testificata vigore monitorij repeti debeăt cum interrogatorijs coram ordinario & quomodo.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuelata vi monitorij cur non valeant, nisi per testes repetantur cum interrogatoriis coram iudice ordin.*

2 *Attestationes factæ parte non vocata non probant.*

3 *Testiũ depositio super monitoriis nihil præstat, si in foro seculari repetantur relatiue ad ipsas propalationes.*

4 *Quando valeat talis depositio ad eas propalationes relatiuè facta.*

5 *Io. Guttierr lib. 1. can. qq. cap. 11. num. 94 declaratur.*

6 *Testimoniũ propalantis, etiamsi absque iuramento fiat, cur inclinet iudicem ad ita sentiendum.*

7 *Testes secretò suam depositionem facere debent, alias puniuntur.*

8 *Attestationes receptæ ab uno iudice ad alium cur sigillatæ mitti debeant.*

9 *Praxis communis producendi in testes hos, qui virtute monitorialium reuelarunt.*

10 *Testificata non licet ante publicationẽ edidere.*

11 *Propalatiũ parti non notificandũ ob timorem subornationis.*

12 *Statutum Auenionense super reuelationibus monitoriorũ refertur, & declaratur.*

13 *Praxis communis producendi in testes propalantes ui monit. cur non reprobanda subornationis timore.*

14 *Testes monitorialium cur non præsumantur permitti subornari.*

15 *Propalationes fieri possunt cum iuramento, si id præcipiatur in monitoriis.*

1 REuelata † virtute monitorij, nisi per testes repetantur cum interrogatorijs, & exactis examinationibus corã ordinario iudice nihil præstant; tum quia in foro ecclesiastico communiter reperiuntur examinati propalantes sine figura iudicij, nec ibi præcessit iuramentum, & diligens examinatio, vt tradunt post Bertran. consi. 112. vol. 6. & Neuiz. lib. 3. syluæ nupt. num. 61. Felyn. in c. constitutus. num. 16. de rescrip. D. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 109. num. 3. & D. Io. Baptista Costa in tract. de fact. scien. cent. 2. dist. 55. nu. 11.
2 & 12. tom. 1. tum quia † dictæ attestationes fiunt parte nõ vocata, propterea non probant, nec fidem faciũt l. si quãdo & auth. ibi posita, vbi gl. & alij. C. de testib. Surd. consi. 129. num. 33. vol. 1. & late declarat Pau. Fuse. sing. 32. lit. T. Franc. Marc. decis. 805. in fi. par. 2. Hortens. Cauale. tract. de testib. par. 3. nu. 204. in add. marginali.

† Quare concludit D. Costa loc. cit.
3 quod nec † dictorum testium depositio valeat, dum in foro seculari, & coram iudice ordinario repeti contingit, si testes referant se ad ipsas propalationes. ita Osasch. decis. 128.

nu-

numero 13. quem refert, & sequitur Hortens. Caualc. in tract. de testibus d. par. 3. num. 204. in addit. marg. & tenet prax. Archiep. Neapol. cap. 1. not. 15. in princ. & facit Ioan. Petro Ferrar. in prax. Papiens. in forma. interrog. hend. cum reo in gl. interrogetis. a nume. 1. vbi Theod. Meda in addit. lit. A. Neuiz. loco sępè allegato nu. 63. vbi tenet, quòd, si aliàs fiat, erunt suspecti.

Hoc tamen procedere credo, vbi testis, qui monitorialium vigore deposuit, in secūda interrogatione simpliciter ad eas propalationes se refert respondendo dico, prout dixi & c. se-
4 cus † verò, vbi huiusmodi testis secūdo loco in forma iudicij repetēdus petat sibi primas suas attestationes legi pro meliori informatione, & attestata reperit addendo, confirmando, vel declarando, vt in terminis tradit D. Pręses Menoch. de arb. iudic. lib. 2. d. casu. 109. nume. 2. & nu. 11. post Boer. decis. 108. num. 9. in princ. vbi sic inquit, Bart. loc. cit. dat vnū consilium videlicet, quòd testis petat primam suam testificationem sibi prius exhiberi, vt dicenda veritate possit informari, cuius Bart. dictum probat, & latè declarat, & ista intelligi debent adducta per Hier. Laur. in decis. Rotæ Auienon. decis. 91.
5 num. 5. & sic † videtur voluisse inferre, quamuis non satis benè se explicuerit Io. Gutier. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 94. & ita Papiæ communiter seruari in praxi in testium repetitione mihi testatus est D. Io. Baptista Magonius, Papiens. causidicus in theoria, & praxi multum versatus, vt patet ex eius operib. in lucē editis.

Addit etiam D. Menoch. d. tract. de arb. iud. lib. 1. q. 26. nu. 6. & seq. post Curt. iun. consi. 106. num. 8. &
6 Grauet. consi. 198. in fi. quòd licet † propalationes illæ sine iuramento fiāt, & extra acta, vt supra diximus; tamen testimonium illius, qui in executione monitorialium propalauit, posse, & debere multum inclinare iudicis animum ad ita sentiendū, & credendum, ac inducere præsumptionem, præcipuè alijs concurrentibus conjecturis; quia cum tunc deponat ex sincero conscientię affectu, eius fides non parum augetur. Alba consi. 209. nu. 31. & talis præsumitur vir rectæ conscientiæ, & fidei, cū ex vi litterarum huiusmodi, & excōmunicationis timore propalauerit, seu testimonium dixerit; idcirco etiā non præsumitur aliquid dixisse in præiudicium animæ suæ, sed verum deposuisse. Surd. consi. 129. num. 8. vol. 1.

Hoc quoque venit annotandum,
7 quòd † testes secretò suam depositionem facere debent, nec attestationes partibus sunt pandendæ ante publicationem. l. nullum. C. de testib. Lanfranc. in c. quoniam contra. col. 2. de prob. Ant. Sola ad nou. cōst. Sabau. tit. de examin. glo. 5. nu. 1. & si eorū attestationes ante publicationē propalauerint, puniuntur iudicis arbitrio. l. qui falso. ff. de testib. Isern. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. & ideo
8 quando transmittūtur attestationes receptæ ab vno iudice ad aliūm, trāsmitti debēt sigillatæ, vt secretæ sint. c. præsentium de testib. in 6. Decian. tract. crimin libro 7. tom. 2. cap. 17. num. 15.

Vnde Rota Auenionis decis. 136.
reprobare videtur praxim commu-
nem, quæ Auenioni etiam olim ser-
uabatur, vt tradit Hier. Laurent. in
9 d. decis. nempe, quòd † publicatis lit-
teris monitorialibus; notario curiæ
Episcopalis in ciuitate, in oppidis
autem alicui notario ab Ordinario
deputato cũ præsentia Parochi, fiat
reuelatio in scriptis, cuius notitiam
postea consequitur is, qui monito-
riales impetrauit, &, si ei placet, in
authẽtica forma obtinet propalatio-
nes illorum reuelantium, qui eius
vtilitati magis fauent, & eos produ-
cit in testes, & quasi obligatos cogit
ad testificãdum, qui, prout supra di-
ctum est, referunt se ad reuelata. Cu-
10 ius reprobationis ratio est, quia † nõ
licet ante publicationem didicere te-
stificata, & videre attestationes. cap.
fraternitatis. de testibus. D. Io. Bapti-
sta Costa tract. de fact. sc. & ignor.
cent. 2. dist. 55. nu. 9. tom. 1. quocir-
ca solent testes secretè deponere, vt
inquit glos. in l. si quando. C. de
testibus, & ibi Bart. num. 9. & in l. so-
lam. nu. 11. eod. ti. c. nihilominus. 3.
q. 9. Crauet. consi. 134. nu. 48. incip.
de his. Neuiz. in sylua nupt. in verb.
monitoriæ nu. 61. Ias. in l. legata inu-
11 tiliter. ff. de leg. 1. & quia † multæ sub-
ornationes, & falsa testimonia in
hoc oriri possunt. Auth. quia vero
de testib. d. c. fraternitatis. de testib.
cap. fin. eod. titu. lib. 6. Bart. in l. eos.
ff. de fals. Paul. de Castr. consil. 168.
num. 2. lib. 1. Alex. consi. 84. num. 5.
lib. 4. facit Baer. decis. 108. per totã
D. Costa loc. cit.
12 Quamobrem Auenioni † per sta-
tutum cauetur lib. 2. tit. 33. quòd om-
nes aliquid scientes de contentis in
monitorio teneantur reuelare ei, qui
dictum monitorium obtinuit, se de
contentis in eodem tale quid scire,
offerẽtes se paratos testificari coram
iudice, quando eos ad testificandum
vocabit; quo facto sint ab eodem mo-
nitorio exẽpti, ita refert Hier. Laur.
d. decis. 136. in princ. vbi dicit illud
statutum declaratum fuisse per Ro-
tam Auenion. vt huiusmodi sciẽtes
non teneantur facti narrationem
scriptis, aut verbis exprimere, sed
sufficere, si dicant iudici, vel parti,
Scio aliquid de contentis in tuo mo-
nitorio, & quando ero vocatus a iu-
dice, offero me paratum testificari.
Et tũc etsi, sit ille exẽptus, vbi voca-
bitur, veritatẽ dicere tenebitur. Si-
mile decretum habetur in nouis con-
stit. & ord. Sabaud. quod refert Ant.
Sola in comm. ibi lib. 3. tit. 6. de tri-
bunl. comper. glo. 4. num. 1. nempe,
quod prętextu monitorialium testes
propalantes vlterius testificari non
deberent, vt prius fieri consueuerat,
sed tantum se exhibere, ac protestari
se paratos deponere id omne, quod
sciuerint de contentis in monitorio.
Qui quidem stylus etsi contemnen-
dus non videatur, cum tutior, & bre-
uior appareat, licet aliquantu-
lum notario, siue cancellario cu-
riæ Episcopalis sit præiudicialis.
Tamen, vt testatur Anton. Sola
loc. cit. contrarium magis frequẽter
seruatur etiam in ditione Pedemon
tana, vt in actu propalationis depo-
nant ea, quæ sciunt. Et pro commu-
13 ni † & vbique fere recepta praxi fa-
cit optimè adducta per Iacob. Mã-
del. de Alba cons. 15. post num. 6. &
seq.

seq. vol. 1. vbi inquit, si obijciatur, quòd post dictorum testium depositionem erit notum eorum nomen; & ita poterunt subornari, antequam rursus deponāt in iudicio parte citata, Respondeo, quòd pari modo possunt subornari, si eorum propalationes sumuntur post litem cœptam, cū etiam eo casu sint postea repetendi testes parte citata, & possent subornari post eorum propalationem, antequam sint repetiti, & idem in effectu est in vtroque casu, quod sequi etiam potest, etsi ante testificationē tantum nomen testium sit parti notum, iuxta dicti statuti Auenion. dispositionem.

14 Nec vllo modo † verisimile est, quòd dicti testes permittant se subornari, postquā semel deposuerint, tum quia detegerent euidenter se varios, tum quia hoc non præsumitur, cum ex sincero conscientiæ affectu iam deposuerint, vt tradit Vincen. Annibald. in addit. dicti consi. Albæ lit. A. & diximus supra nu. 6. Et id

15 tanto minus est verisimile † si in propalationibus deponāt cum iuramento, quod fieri potest, dummodo id præcipiatur in monitorijs, vt cū Neuiz. tradit Alba doct. cit. in fi. tūc enim essent periuri, si variarēt, propterea nullatenus id est credendum.

## QVAESTIO X.

Qualiter sit procedendum ad excommunicationem, & denunciationem contra aliquē culpabilem vigore propalationum, & contumacem: & quid, si talis culpabilis illo interim moriatur, an possit sic excommunicari.

### SVMMARIVM.

1 *Praxis communis procedendi ad excōmunicationem contra aliquem culpabilem vigore propalationum.*
2 *Libellus in tali casu quomodo formandus.*
3 *Praxis vtilior, & facilior procedendi contra culpabilem vi propalationum.*
4 *Pœnitere quē non potest, nisi restituat.*
5 *Ordinarius quando ex officio debeat denunciare excommunicatum nominatim talem culpabilem.*
6 *Monitoria, ut uim habeant, quib. indigeant probationibus.*
7 *Mortuus an possit excommunicari, est satis controuersum.*
8 *Tres doctissimi authores moderni tenēt mortuos non posse excommunicari.*
9 *Excommunicatus, nisi infra certum tēpus aliquid faciat, si intra illud moriatur, excommunicationem an incurrat.*
10 *Mandans percuti clericum, si ante executionem moriatur mandans, secuta percussione, an ligetur censura.*
11 *Sacerdoti qui dedit venenum, quod eius mortem non operetur vsque ad certū diem, si is, qui dedit moriatur ante illud tempus, an sit excommunicatus.*
12 *Homo iam mortuus incapax est censuræ.*
13 *Crimina morte extinguuntur.*
14 *Delinquens etiam non excommunicatus quando possit priuari sepultura, & suffragijs.*
15 *Mortuum excommunicari posse, quo sensu*

*sensu sit intelligendum.*

16 *Mortuus excommunicatus quomodo absolui dicatur ab excommunicatione.*

1 BOna, & communis praxis procedendi ad excommunicationẽ specialem contra aliquem culpabilẽ qui vigore monitorialium neq; propallauit, neq; res ab alijs propalatas restituit, sed vtrumque facere neglexit, secundum doctores, & præcipuè apostillatorem ad Felyn. in ca. nouit. de iudic. col. fin. quam praxim sæpè obseruari uidisse dicit Io. Neuiz. in sylua nupt. libro 3. verb. monitoriæ

2 nu. 57. est, vt detur † libellus coram ordinario fidem faciendo de propalationibus illorum, qui dixerunt cõtra eum, proponendo, quòd etsi emanauerint monitoria generalia cõtra detinentes res meas, & contra scientes non reuelantes, vt patet ex ipsis, cum debita eorum executione, de quibus fit fides; licèt alijs propalauerint. Titium rem meam retinere, & culpabilem esse, idem tamen Titius nec reuelare, nec restituere curauit; imo eam indebitè detinendo cõtra conscientiam perseuerat in peccato in contemptum cẽsuratum ecclesiæ, quare peto ipsum Titium, sic in genere excommunicatum cogi ad pęnitẽtiam, & in specie, & nominatim excommunicari, cum magis timeatur, quod specialiter iniungitur, exindeque non absolui, donec exeat de peccato, restituendo dictam rem, cum cæteris clausulis consuetis in libellis: hæc namque conclusio libelli sonat in denunciationem euangelicam, vt pęniteat, & in iudicialem, vt restituat; quod quidẽ est vtile ad euitandum cõflictum opinionum, secundum Rochum de Curte in d. cap. nouit. de iudic. quem refert Gutierr. lib. 1. can. qq. ca. 14. nu. 89. Oblato autem libello lis cõtestatur, recipiēturque probationes, parte citata ad videndum iurare testes, quia aliàs fidem non facerent, vt in pũcto tenet Franc. Marc. decis. 803. nu. 5. illisq; publicatis, si nihil opponatur, & reperiatur Titiũ (vt dictũ est) esse culpabilem, tunc iudex pronunciabit, eum incurrisse dictam excõmunicationem, præcipiendo rursus sub pęna excommunicationis in specie, quòd exeat de peccato, & rem restituat &c. seruatis quidem solennitatibus in hoc debitis, de quibus latè, per D. Menoch. de arb. iud. cas. 541. & faciunt tradita per Hier. de Tortis in consi. vnic. nume. 21. impresso post consi. Butrij.

3 Breuiorem tamen † & faciliorem praxim ad eandem methodum tendentem subnectit Io. Guttier. d. lib. 1. can. qq. c. 11. num. 90. ex eodẽmet Neuiz. d. nu. 57. quam ego quoque in facto libentius amplecterer, hoc est concludendo in libello solum, quòd cogatur ad pęnitentiam, nulla facta mentione de rei restitutione, idem namque effectus prorsus resul-

4 tabit, nõ † enim pęnitere potest, nisi rem restituẽdo, ut supra dictum est; quod certè vtilitatem magnam afferet, quia in hac cõclusione sumus in denunciatione euangelica tantum, ex quo solum principaliter tenditur ad correctionis finem, & concludũt doctores communiter in d. c. nouit. de iudic. vbi in specie Dec. num. 28.

Abb.

Abb. in c. quemadmodum. col. 3. de iureiur. in qua etiam non requiritur litis côtestatio, vel ordo iudiciarius, secūdum communem in d. c. nouit. & notant Gutierr. d. nū. 90. & Rodriq. in sum. par. 1. cap. 79. num. 20. post Neuiz. d. num. 57. & sic abbreuiabitur lis, & cum minori sumptu, quod secus est, quando petitur restitutio rei, & sic in iudiciali; imò secūdum Aret. in d. c. nouit. ad finem & Abb. in c. parochianos. in 2. not. & in c. cū desideres. in 4. not. de sentent. excomm. vt referunt Neuiz. loc. cit. & Gutierr. nu. 92. etiam

5 † ordinarius ex suo officio denunciare debet excommunicatum nominatim, & facere, vt euitetur, quando id ei constat: Requiritur tamen bina monitio præcedēs iuxta formam euangelicam; quia aliàs non procederet secundum eosdem in d. cap. nouit. & Spec. & alios relatos per Marant. tract. de ordin. iudic. par. 6. capit. de denunc. nu. 5.

Aduertendum quoque est, quòd

6 quamuis † ad ferendam excommunicationem in genere sufficiat vnus testis, secundum Imol. in d. c. nouit. de iudic. col. 6. secus verò est quoad excommunicationem in specie, & nominatim; quia cum in hoc casu agatur de magna pœna, propterea plenæ probationes requiruntur, vt ex Abb. in c. cum sit generale. col. 3. de for. competen. & Bal. in c. si sacerdos. de offic. ordina. tradunt Neuiz. loc. cit. nu. 62. & Io. Gutierr. in d. capit. 11. nu. fin.

An verò, qui per depositiones vi monitorij factas fuit probatus culpabilis ad restituenda bona, de quibus in monitorio, in quo peragendo cōtumax existit, & dum iudex vellet procedere cōtra eum ad excōicationem, mortuus est, an possit ita mortuus excommunicari? Resp. quòd sa

7 tis controuersum est, an † mortuus possit excommunicari, & partem affirmatiuam tenuerunt glos. & Pan. in c. si quis Episcopus. de hæret. Richar. in 4. dist. 18. art. 5. quæst. 4. vbi Gabr. quęst. 2. art. 2. concl. 5. & alij, quos citat, & sequit nouissimè Vgo. de censur. tab. 1. c. 17. §. 2. num. 3. & 19. vbi hanc opin. latè probat, & cōtrariam oppugnat. Cęterùm alij diligentius speculantes negatiuam tuentur opinionem, vt Siluest. verb. excommunicatio. 1. §. 7. vbi Armill. §. 28. Tabien. excomm. 4. in prin. post D. Antonin. Sot. Alph. de Cast. lib. 2. de hæret. punit. cap. 19. Nauar. in manual. c. 17. nu. 13. & 271. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 1. Couarr. in ca. alma mater. de sent. excomm. par. 1. §. 11. nu. 8. vbi hanc tam Theologorum, quam Canonist. communem sententiam dicit, & oppositam falsam esse

8 affirmat, & nouissimè hanc † cōprobant tres doctissimi viri nēpe Frāc. Suarez tom. 5. disp. 5. sect. 1. num. 3. Greg. Sair. tract. de censu. lib. 1. c. 8. nu. 8. & seq. Io. Azor par. 2. institu. mor. lib. 5. ca. 26. q. 2. vbi contrarię opin. argumentis satisfaciendo, eam plurib. confirmāt rationibus, & pręsertim, quia cum tunc temporis non solum homo non sit, neque viator, sed etiam, vt multi tradūt, extra Ecclesiæ forum; ideo censurarum incapax est, vnde dicit tex. in cap. qualis 25. dist. qualis ex hoc seculo q s egreditur, talis apud Deum repræsentatur.

tur. iuxta illud Matth. c. 16. & habetur in c. solitæ. de ma. & obed. quodcunque ligaueris & cęt. & idem ego quoque censeo.

9 Vnde infertur primo, quod † excõ
municatus sub conditione, nisi infra
certum tempus aliquid faciat, si in-
tra illud præfixum tẽpus moriatur,
excommunicationis sententiam nõ
10 incurrit. Secundo, quòd † mandans
percuti clericum, si ante executionẽ
moriatur ipse mandans, secuta po-
stea percussione, non ligatur cẽsura.
11 Tertio, si quispiã † sacerdoti prębuit
dolo venenum, quòd eius mortẽ nõ
operetur vsq; ad certum diem. v.g.
trigesimum, ipse verò qui dedit, mo
riatur ante illud tempus, nõ incidit
in excommunicationem. Qui om-
nes casus sic definiuntur ex illo prin
12 cip. quòd † homo iam mortuus inca
pax est censuræ, quæ primò, & dire
ctè in ipsum fertur: vt enim censura
incurratur, necesse est, vt subiectum
sit habile, & capax eius nõ solum eo
tempore, in quo delicti causam de-
dit, ob quod censura incurritur, sed
maxime in eo, in quo effectus consu
matur: sic patet solutio propositæ
13 quæstionis, & facit etiam, quia † cri-
mina morte extinguuntur. c. quoniã
dam. dist. 23. Nec obstat in casu no-
stro, quòd fuerit contumax in resti-
tuendo, quia adhuc requiritur sentẽ
tia condemnatoria, quæ de nouo pœ-
nam imponit, & ideo requirit actua
lem iurisdictionem in ipsum, quam
habere nequit in hominem iã mor-
tuum, vt notant Suarez dict. disp. 5.
nu. 4. Sair. d. c. 8. num. 8. circa med.
Verum quidem est, quòd si præ-
14 fatus † culpabilis ad restituẽdum in
morte nullum dedisset pœnitentiæ signum, nec mandasset fieri restitutionem, & postea Ecclesię constaret publicè de illo delicto, posset illũ priuare sepultura, & suffragijs, non ob priorem cẽsuram, sed vt publicum, & impœnitentem peccatorem, quod procedit in alijs prædictis casib. vt explicat Suarez loc. cit. nu. 15. Qua-
re quod in c. si quis, de hæret. & alibi
15 habetur hæreticum † post mortem
excõmunicari posse, vel legatur ali-
quos mortuos excõmunicatos fuisse:
hũc sensum habet, posse post mortẽ declarari, vel fuisse declaratum hũc, vel illum cum hæresi, vel alio peccato habente annexam excommunicationẽ ex hac vita decessisse, & proinde tanquam excommunicatum esse ecclesiastica sepultura priuandũ. Viuos non posse pro eo missarum sacrificia, aut preces offerre, & bona eius publicanda, ita tradunt post Couar. Sair. Azor. Suarez loc. cit. & sic intelligẽdus Io. Royas tract. de hæret. sing. 62. nu. 4. cum ibi adductis.

16 Et hoc habet locum in eo † qui in
hominis, aut iuris excõmunicatione ligatus etiam pœnitens mortem obierit, qui apud Deum solutus est, quia propriè non absoluitur, sed potius absolutus declaratur, per quam declarationem, & corpus eius in loco sacro sepeliri, & missæ publicęque ecclesiæ orationes offerri possũt pro eo, vt ex Astẽsi Nau. Ledesm. Henriq. Naua. Simanc. rectè docet Sair. loc. cit. nu. 10. ex quibus clarè cõstat ecclesiam militantem propriè nec ligare, nec soluere mortuos, sed viuẽtes tãtũ, vt in c. damnationis. §. his auctoritatibus. 24. quæstione 2. sed

eos

eos denunciare ligatos, vel absolutos decessisse.

## QVAESTIO XI.

### An excommunicatus in genere, eo quia non paruit monitorio, si postea restituat, vel reuelet, indigeat absolutione ab huiusmodi excommunicatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Cessante causa cessat effectus.*
2 *Excommunicatus, licet satisfaciat, nihilominus indiget absolutione.*
3 *Absolutio tantum purgat, & liberat, quãtum excommunicatio illaqueat.*
4 *Excommunicatus donec satisfecerit, sola satisfactione non liberatur.*
5 *Excommunicatus ad tẽpus elapso tempore non est liberatus.*
6 *Libros prohibitos vendens contra decretum, in quo ponitur pœna excommunicationis latæ sententiæ, indiget absolutione, etiamsi eos recuperauit.*
7 *Excommunicatus quando possit petere absolutionem per procuratorem, vel per litteras.*
8 *In absolutione sacramentali requiritur præsentia eius, qui absoluendus est.*

REspondeo, quòd licet videatur talem excommunicatũ nõ in-
1 digere absolutione, tũ quia † cessante causa cessat effectus. cap. cum cessante. de appell. & excommunicatio infligebatur ob restitutionẽ, vel reuelationem nõ factam; facta igitur restitutione, vel reuelatione, cessare debet excommunicatio, monitorijq; & excommunicationis effectus; tum quia sublato principali tollitur regulariter accessorium. vulg. iur. Naua. cons. 28. nu. 5 de præb. lib. 3. Surd. decis. 88. nu. 10. vbi declarat.

Nihilominus contrarium verum est, vt deciditur in ca. 1. de decim. in 6. vbi expresse requiritur, vt primo
2 † satisfiat condignè, & postea sequatur absolutio ab excõmunicatione, & dicit glo. ibi, & Io. And. in excommunicato autem necessaria est absolutio post satisfactionem: ita tradũt Quintil. Mandos. tract. de monit. siue litteris executorialib. q. 51. & Illustris. Card. Tuschus tom. 3. pract. concl. iuris, concl. 461. lit. E, vbi nu. 2. concludit ex Feder. de Senis. cons. 32. nu. 2. quòd nõ tollitur, nec cessat excommunicatio per remissionẽ, & satisfactionem, neq; per pœnitentiã,
3 nisi excõicatus absoluatur, † absolutio enim tantum purgat, & liberat, quãtum excõicatio illaqueat. Oldr. consi. 202. incip. quidam monachus num. 3. & ita vbiq; vsu receptum est sine dubio, vide Ioã. Franc. Ripam nostrum in cap. de quoduultdeo nu. 23. de iudic.

Quod quidem extenditur primò
4 † in excommunicato, donec satisfecerit, quia sola satisfactione nõ liberatur a uinculo excõicationis; sed requiritur formalis absolutio. text. est in d. ca. de quoduultdeo. vbi pulchre Boschus Codecha Papien. in repeti. nu. 71. post Felyn. ibi nu. 4. text. clarus in cap. ad aures. & ibi Abb. de simon. & in c. desideres, §. fin. de sent. & ibi assignatur ratio, & not. Fran. Ripa d. nu. 23. & seq.

Secundò, ampliatur, vt procedat in

5 in † excõicato ad tẽpus, quia elapso tempore non est liberatus, nisi obtẽta absolutione, secũdũ Inno. & alios in c. cum bonę. de ęta. & quali. quẽ citat Ripa loc. cit. ex quib. infertur,
6 verũ non esse † stante decreto, quòd vendens libros prohibitos incurrat, ipso facto papalem excõicationẽ, eũ non indigere absolutione, qui huius modi libros scienter vendidit, si eos postea recuperauit, sicuti quidã doctor asserere nõ dubitauit: limitatur autem in suspensione lata, donec satisfecerit; quia satisfactione liberatur. Bosch. Codech. in d. repet. ca. de quoduultdeo. nu. 71. vbi nu. 74. pulchrè notat, in quib. excõmunicatio, & suspensio cõueniant, vel differãt.
7 An verò tali, vel alio modo † excommunicatus possit absolutionem petere per procuratorẽ? resp. quòd licèt Curia Rom. permittat, q. quis absoluatur per procuratorem, vt no. Specu. tit. de procurat. §. 1. quod intellige quando subest causa, hoc tñ nõ habet locum in foro pęnitẽtiali, & sacramentali absolutione. Gemi. c. eos. de sent. excom. in 6. Bald. in c. Imperatorem. de iur. calum. Felyn. in d. cũ desideres. nu. 2. de sent. excõ.
8 in quo † necessaria est pręsentia eius, qui absoluendus est, vt latè probat Greg. Sair. de censur. lib. 2. c. 21. nu. 14. & decreuit Clemẽs Papa VIII. anno 1602. quod procedit in absolutione per litteras, quæ excommunicato impendi potest quoad forum exterius; secus quoad forũ interius; quamuis iam vsu sit receptũ huiusmodi absolutionem cõmitti sacerdoti, qui ab excommunicatione, & a peccato absoluit, vt annotauit Sair. loc. cit. numero duodecimo, & infra dicetur.

## QVAESTIO XII.

### An excommunicatus per monitorium Papale, eo quòd non restituit, vel reuelauit, possit vi iubilei a confessario absolui, parte non satisfacta.

*SVMMARIVM.*

1 *Confessarius vi iubilei excommunicatum absoluere non potest sine pręuia satisfactione, vbi offensa est manifesta.*
2 *Etiamsi in iubileo non fiat mentio de satisfactione.*
3 *Absolutio in offensa manifesta sine satisfactione, vel cautione est nulla.*
4 *Offensa manifesta quænam dicatur.*
5 *Impotens ad soluendum cur absolui non debeat ab excommunicatione vi iubilei cum clausula, parte satisfacta, declaratur nu. 8. & 9.*
6 *Impotens ad soluendum quoad Deũ est absolutus, & quando denuo incurrat excommunicationem.*
7 *Partis appellatione quid intelligendũ.*
8 *Confessarius quando possit absoluere impotentem ad soluendũ vigore iubilei.*
9 *Manifestare suum delictum occultum nemo tenetur.*
10 *Absoluere se facientes vi iubilei ab excommunicatione ob damnum datũ sub promissione satisfaciendi quando denuo illam incurrant.*
11 *In absolutioni solenni ab excommunicatione quæ requirantur.*
12 *Forma absolutionis ab excommunicatione.*

Non

1 NOn posse † confessarium virtu
te bullæ Iubilei, vel alicuius
societatis excommunicatum iure ab
soluere, nisi parte satisfacta, vbi of-
fensa est manifesta, vel si fuerit du-
bia, sine competēti cautione, scilicet
pignoratitia, vel fideiussoria, habe-
tur in c. solet. & c. venerabilibus; de
sent. excomm. lib. 6. & tradit Sot. in
4. dist. 22. q. 2. art. 3. cōcl. 2. Ledesm.
2. 4. q. 26. ar. 1. dub. 9. Nau. in man.
c. 27. nu. 278. & pulchrè not. Bosch.
Codecha in repet. c. de quoduultdeo
num. 164. de iudic.

2 Quod procedit † etiamsi in bulla
iubilei non fiat mentio de satisfa-
ctione præmittenda; quia sic intelli-
gi debet, & redigi ad ius commune,
arg. c. causam quæ de rescrip. & facit
glo. in ca. paratus in verbo, si verba
23. q. 1. non enim intendit Sum. Pō
tifex bullis suis quempiam lędere,
arg. c. super eo. de offic. deleg. & cap.
quamuis. de rescript. lib. 6.

3 Vnde † absolutio ab excommuni-
catione impēsa per confessarium in
offensa manifesta, vel in dubia,
non præmissa reali satisfactione, vel
cautione cū pignoribus, vel fideius-
soribus (dummodo id commodè ab
absoluendo fieri possit) nulla, & irri-
ta est, vt tradunt post Ledesm. Sot.
loc. cit. Henriq. lib. 13. de excomm.
c. 28. §. 1. & Sair. de censur. lib. 2. ca.
20. nu. 33. & in claui lib. 10. tract. 2.
c. 2. nu. 29. facit aperte Conc. Trid.
sess. 25. de reform. ca. 12. & declarat
Illustriss. Tusch. tom. 3. pract. concl.
lit. E, concl. 466. per tot. quicquid di
cat Rodriq. in sum. par. 1. c. 83. n. 4.
contrarium tenēs, & si bulla hoc ex-
presse præciperet. vide Io. Fran. Ri-
pam in c. 1. de iudic. par. 2. num. 75.
vbi inquit, quòd excommunicatus
pro manifesta offensa non est abso-
luendus, etiamsi velit satisdare de sa-
4 tisfaciēdo, nisi actualiter satisfaciat.
† Manifesta autem offensa dicitur,
quę constat per cōfessionem partis,
vel euidentiam rei, vel legitimam
probationem. arg. cap. ex parte. 1. de
verb. sign. iuncto c. olim eo. tit. Inn.
in c. solet. n. 11. Steph. Costa ibi nu.
15. de sen. excom. quod etiam proce
dit in manifesta cōtumacia, nam nō
prius absoluetur, quàm impensas fa
ctas restituerit, & cautionem de stā-
do iuri pręstiterit, vt habetur in cap.
venerabilib. §. secus autem. de sent.
exc. lib. 6. Sair. de censur. lib. 2. c. 17.
num. 10.

5 Notandum quoq; est, quòd † vi
bullæ iubilei, vel societatis, in qua
datur facultas confessario absoluen-
di ab excommunicatione parte satis-
facta, talis excommunicatus pro fur-
to, vel alio debito etiam pęnali, si nō
sit soluēdo, absolui nō potest ab ex-
communicatione, etiamsi cautionē
offerat, quia promittere non est sol-
uere. Paris. cons. 106. nu. 2. vol. 4. li-
cet cautio, siue satisdatio sufficiat,
vt in mortis articulo absoluatur, &
hoc nè sine absolutione decedat; nō
tamen extra tale periculum; cū quia
talis facultas non est amplior, quàm
verba sonant, & illud arbitramentū
an excommunicatus possit soluere,
necne, Papa nemini sacerdotum
committit, sed soli iudici excommu-
nicanti reseruatur; tum quia si absol
ueretur a sacerdote sub promissio-
ne, & postea promissum non adim-
pleret, absolutus remaneret cū dam-

no partis, quòd Papa non intendit; sacerdos namq; absoluit simpliciter sine reincidentia, vt diploma, vel iubileum concedit. Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 5. n. 29. & seq.

6 Porrò scire debemus, quod † talis quoad Deũ absolutus existit ob impotentiam, & bonam voluntatẽ; impotentia tamen transacta, si non soluat, redd it, vt prius: ita Sot. in 4. dist. 22. q. 2. ar. 3. vers. præterea. quẽ referendo sequitur Io. Gutierr. d. ca. 5. nu. 29. & seq. Sum. Coron. par. 3. tit. de excomm. nu. 26. vbi addit ex

7 Sot. quod nomine † partis intelligitur non solum, qui damnum passus est, sed curia fiscalis, quando cognita causa per sententiam talis excommunicatus condemnatus fuisset ad soluendam pœnam.

Quorum quidem opinionẽ pro-

8 cedere credo † quando res esset deducta ad forũ exterius, nec eius inopia esset notoria; tunc enim nõ posset confessarius absoluere, secus verò vbi res sit occulta, & adsit vera satis faciendi impotentia, quia in hoc casu præstita cautione sibi possibili saltem iuratoria hoc facere posset. Rodriq. in sum. par. 1. c. 83. n. 3. contra Gutierr. d. num. 19. & colligitur ex Sair. de censur. lib. 2. c. 20. num. 33. & faciunt tradita per gl. & ibi Abb. in ca. Odoard. de solut. & tenet Car. Tusch. to. 1. pract. conclu. lit. C; cõcl. 175. vbi tradit quando cautio iuratoria sit admittenda.

Nam si talis excõmunicatus pro obtinenda absolutione deberet adire iudicem excommunicatorem, & arbitrareturn, an posset restitue-

9 re, necne, † manifestaret suum delictum occultum, ad quod profectò secũdum communem opinionẽ non tenetur, nec Sum. Pontificem ad hoc obligare velle dicendum est; vide Dec. in c. P. & G. col. 2. & 3. de offic. deleg. vbi inquit, quòd non solum pauperes non sunt excõmunicãdi pro debito, sed si fortè excommunicati essent constito de paupertate & inopia, ac de impossibilitate satisfaciendi, absoluendi omnino erunt, arg. c. a nobis. 2. ibi, quem nõ cõtemptus rel gionis, sed necessitas articulus impediuit. de sent. excomm. & clem. 1. §. pen. vbi glos. de hæret. & vide supra q. 4. huius 4. sect.

Et tanto magis quia, vt notant Sum. Coron. d. par. 3. c. de excomm. nu. 27. & Corrad. par. 1. q. 172. Pius V. & Greg. XIII. per bul. declara-

10 runt, illos † qui se absoluere fecerũt ab excommunicatione incursa ob damnum datum virtute iubilei sub promissione satisfaciendi, si non satisfecerunt, cum primum potuerũt, non esse absolutos, sed de nouo in easdem censuras incidisse; vt supra quoque d. q. 4. declarauimus.

Illud & annotandũ hic operęprę-

11 tiũ mihi vĩ, q † in solenni absolutione ab excõicatione post iuramẽtum de parendo Ecclesiæ, & satisfactionem saltem per cautionem iuratoriam, quæ duo præmittenda sunt, illud quidem in graui crimine, id verò cum quis ob debitum aliquod est excõicatus, ad singulos versus psalmi Miserere mei Deus, aut alterius pœnitentialis absoluens debet leuiter virga, vel fune pœnitentem verberare, & deinde subijcere Kyrieleison & c. Pater noster & c. Saluũ fac seruum

ſeruum &c. Eſto ei domine &c. Nihil ꝓficiat &c. Domine exaudi orationem &c. Dominus vobiſcũ &c. Oremus Deus cui ꝓprium ſemper miſereri, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excõicationis ſententia ligatum tenet, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Hæc referunt ex c. à nobis. de ſen. excom. D. Antonin. 3. par. tit. 24. c. 77. & Nauar. in manu. c. 26. num. 9. Saul. Epiſc. Papienſ. in ſummula in interroga. promouend. tit. de excommu. in fi. & pulchrè declarat Rodriq. in ſum part. 1. ca. 83. nu. 2. & ſeqq.

Poſthęc ſub hac vel ſimili forma
12 abſoluat, nẽpe Dominus Ieſus Chriſtus dignetur te abſoluere, & ego auctoritate eius, qua fungor, abſoluo te à vinculo excõicationis, quod incurriſti ob hanc, vel illam cauſam In nomine Patris, & Filij &c. Hęc quidem forma ſeruabitur, ſiquis propria auctoritate abſoluat, ſi verò mãdato, alterius hac, vel ſimili vti poterit, Auctoritate omnipotẽtis Dei, & SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. D. N. Papæ Pauli V. vel Reuerendiſſimi Epiſcopi noſtri Gulielmi in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa abſoluo te &c. Et quando dictus modus cõmodè ſeruari nõ poſſet, ſufficit, Ego te abſoluo ab excõmunicatione. Nauarr. loc. cit. vide Graff. conſ. 1. nu. 31. de imm. eccleſ. & Sair. tract. de cenſu. lib. 2. cap. 18. nume. 2. & Capeauil. de caſ. reſer. par. 1. cap. 10.

## QVAESTIO XIII.

**Siquis incidit in excommunicationem Papalem, eo quia in termino monitorij Papalis non propalauit, an poſſit ab Ordinario dicti monitorij executore abſolui, ſi poſtea reuelat.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Ab excommunicatione Papali ob monitor. incurſa executor ipſius monitorij abſoluere poteſt.*
2 *Abſoluere poteſt à generali excommunicatione ab homine lata, qui ab excommunicatione à iure nemini reſeruata abſoluit.*
3 *Excommunicatus eo, quia non denunciauit iuxta edictum S. Officij Inquiſit. an poſſit abſolui à Pęnitentiario.*
4 *Delegatus cum cauſa cognitione abſoluere poteſt excommunicatum à ſe ex Papæ mandato.*
5 *Abſoluere ad cautelam an poſſit iudex delegatus.*
6 *Delegatus Papę non poteſt excommunicatum à ſe poſt annum elapſum abſoluere.*

PRo parte negatiua faciunt adducta per Felyn. in c. paſtoralis. §. præterea. nu. 9. de offic. deleg. glo. in c. ex frequentibus. de inſti. & tenent ſumm. Aſtenſ. par. 2. lib. 7. tit. 14. q. 5. Hugol. de cenſur. tab. 1. c. 4. nu. 3. Richar. in 4. diſt. 18. art. 9. q. 5. Caie. in verb. abſolutio ab excom. Sum. Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 86. ita refert

D. Mar.

D. Mar. Antonin. lib. 1. var. resolu. vli. cas. 37.

1 Pro † affirmatiua verò, quę verior est, & magis recepta, vt testatur D. Mar. Antoni. d. cas. 37. facit primò, quia dicta sentētia excōicationis est generalis, prout colligi videtur ex verbis ipsius monitorij Papalis, de quo supra sect. 1. q. 18. nu. 7. ibi generalem excommunicationis sentētiam proferas &c à generali autem

2 excommunicationis sentētia lata ab homine absoluere potest, qui à censura à iure lata, & nemini reseruata absoluit, arg. cap. nuper, de sentē. excomm. Doct. & præcipuè Imol. in c. graue. de prębend. Nauar. in man. c. 27. nu 45. Couarr. in c. alma mater. par. 1. §. 12. num. 4. de sent. excō com. in 6. Tolet. in sum. lib. 1. c. 17. nu. 4. & expresè probant Sair. de cē sur. lib 2. c. 20. nu. 2. & c. 19. num. 5. Graff. conf. 1. nu. 25. de pęn. & alias excommunicatus à Pontifice absolutione eget Pontificia; nam qui ligauit, ipse soluere debet ca. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. Vnde infertur cum Lel. Zecch. in tract. de

3 casib. reseru. cas. 2. quòd † excommunicatus eo, quia non denunciauit delinquentem iuxta edictum M. R. Inquisitoris, potest absolui ab Episcopo, & eius Pęnitentiario, ac etiam à quocunq; qui potest à maiori excōmunicatione nulli reseruata absolue re, quod intellige in foro conscientiæ, & pręmissa denunciatione, & ratio est, quia præfatum edictum per viam generalis constitutionis editū est, & M. R. Inquisitor sibi absolutionem non reseruando, inferiori facultatem absoluendi concedere videtur, iuxta allegata per Sair. d. libr. 2 ca. 19. nu. 5. Aduertas tamen, quòd hoc anno 1608. ex ordine sacrę Cōgreg. Sanctæ Vniuersalis Inquisitionis Romæ istius excommunicationis absolutio ab Inquisitore tantum loci, aut ab ipso Sancti officij supremo Tribunali dari potest. Secundò facit, quia quando Summus Pontifex mandat aliquem excommunica-

4 ri cum causæ cognitione † absolutio potest dari à delegato, vti mixto executore. tex. sing. in c. quærenti. de offic. deleg. Naua. d. c. 27. nu. 44. Sair. d. c. 20. nu. 13. Henriq. in sum. libr. 13. c. 28. num. 6. Pet. Ferrar. in prax. Papiens. in form. respons. rei conuē. in glo. tanquàm nu. 8. vbi inquit, ꝙ ab excommunicatione absoluere potest tam ipse excommunicator, quā eius superior, vel eius delegatus, & faciūt, quæ traditi Frāc. Marc. decis. 822. nu. 3. par. 2. Ex pluribus autem clausulis in ipsis monitorialibus Papalib. colligitur ordinatiū esse mixtum executorem, vt firmat in pūcto D. Mar. Anton in. d. cas. 37. ante fin. & colligitur ex Oldrad. cons. 145. in

5 princ. vbi tenet, ꝙ † absolutio ad cautelam dari possit à delegato, nisi hoc ei expresè prohibeatur, de quo articulo distingue iuxta tradita per Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 12. nu. 8. de sent. excomm. lib. 6. & Sair. de censur. lib. 2. c. 17. nu. 15.

Limitandū tamen est primò, quādo à die fulminatę excommunicatio

6 nis lapsus est annus; quia † tunc non posset absoluere; quia neq; à delegato in hoc casu absolutio dari potest. d. cap. quærenti. & ibi not. communiter doctor. Nauarr. in manual. d. c. 27.

c. 27. nu. 40. Greg. Sair. d. li. 2. c. 20. nu. 9. & seq. & Tolet. d. libr. 1. c. 17. nu. fi. Peregr. de cit. reali lib. 1. ca. 1. nu 98. quos refert, & sequitur Mar. Antonin. d. cas. 37. & nouissimè tradit Card. Tuschus tom. 1. pract. conclus. iur. lit. A. concl. 48. nu. 3.

7 Secundò limita, quando talis † excommunicatus per monitorium in genere fuisset postea nominatim excommunicatus; quia tunc absolutio non posset impendi, nisi à Papa, vt ex Toleto d. c. 17. nu. fi. & Sair. in d. lib. 2. de censur. c. 20. nu. 2. concludit D. Mar. Antonin. d. cas. 37. quam tamen limitationem de iure probabilem non censeo, nec ex adductis per Tolet. & Sair. loc. cit. deduci mihi videtur, & contrarium colligi potest ex Sair. d. c. 20. nu. 10.

## QVAESTIO XIIII.

### An absolui quis possit à suo parocho ab excommunicatione incursa, quia non reuelauit, vel restituit in termino monitorij Episcopalis.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochus an possit subditos suos a quacunque iuris excommunicatione maiori nulli reseruata absoluere, declaratur nu. 9. & seq.*

2 *Absoluere qui potest à peccato mort. an ab excõmunicatione absoluere possit.*

3 *Sacra congreg. Card. admonitio ad Ordinarios circa reseruationem excommunicationum nulli reseru.*

4 *Regulares non minorem, quàm parochi auctoritatem quoad sacramen. absolutionem habent.*

5 *Episcopum, vel eius Vicarium solum absoluere posse de iure à maiori excommun nulli reseruata coram Bonifac. 8 fuit conclusum.*

6 *Excommunicatio, & absolutio pari iure censentur.*

7 *Absolutio omnis siue in foro iudiciali, siue pœnitentiali est iurisdictionis.*

8 *Tex. in c. nuper. de sent. excomm quomodo intelligendus.*

9 *Episcopi quamplures quid hodie seruẽt in excommunicationibus iuris nulli reseruatis, ex ordine sacr. congreg.*

10 *Parochus, vel alius confessarius quando absoluere possit ab excommunicatione ex monitorio generaliter lata.*

11 *Parochus, qui potest absoluere ab excõmunicatione, an possit hoc facere extra suam parochiam, & diœcesim.*

12 *Absoluere quis possit ab excommunicatione minori, & quando simplex sacerdos, & conciliantur cõtrariæ opin.*

13 *Regulares priuilegiati quoad absolutionem sacramen maiorem facultatem Episcopis habere censentur.*

14 *Priuilegia omnia Fratrum minorũ de obiecto confirmata, & innouata fuerunt à Clem. VIII. anno 1597.*

15 *Regulares possunt etiam hodie absoluere à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, except. &c.*

16 *Casus, in quib. regulares absoluere omnino prohibentur per Decretum Sacræ Congreg. Card.*

17 *Episcopi an possint absoluere per ca. 6. Concil. Trid. sess. 24. à casib. occultis sedi Apost. reseru. post promulg. Concilium, & quid declarauit Sacr. Congregation.*

18 *Episcopus si occultè labitur in crimen Papæ reseruatum, an absolui possit à confessario à se electo.*

Ratio,

RAtio dubitãdi est, quia cum hu-
iusmodi excõicatio sit generali-
ter lata ex parte satisfacta, nulli sit re
seruata, & consequenter ab ea absol-
uere possit, qui ab excõicatione à iu-
re lata nemini reseruata absoluit, vt
in præcedẽti quæst. probauimus, ab
ea quoq; Parochum absoluere posse
vr̃; nam ẽm cõem opin. de qua testa-
tur Couarr. in c. alma mater. de sent.
excõm. in 6. q̃uis eam non sequatur,
prout refert Tolet. in summ. lib. 1. c.
17. nu. 4. qui hanc quoq; sequi vr̃, sa
1 cerdos † Parochialis extra mortis ar-
ticulum põt subditos suos à quacũq;
iuris excõicatione maiori nulli reser
uata absoluere, siue hęc à synodo, aut
cõstitutione alicuius inferioris, siue
Episcopi, aut Summi Pontificis sta-
tuto lata fuerit: sic colligi vr̃ ex textu
in c. nuper. vbi hoc tenet Innoc. nu.
6. & Host. de sent. excommu. & tra-
dit D. Tho. in addit. 3 par. q. 24. art.
1. S. Bonauen. 4. dist. 18. q. 6. art. 84.
Tho. ab Argen. 4. distin. 29. q. vnic.
Gabr. dist. 18. q. 3. art. 3. dub. 6. Ma-
ior. dist. 18. q. 2. dub. 3. Sot. dist. 22.
q. 2. art. 3. concl. 3. Ledesm. 2. dist. 4.
q. 26. ar. 1 Sum. confess. lib. 3. tit. 33.
q. 85. Ang. verb. absol. 1. num. 2. vbi
Syluest. nu. 4. Armil. nu. 36. Nau. in
man. c. 27. num. 39. Henriq. in sum.
lib. 13. c. 28. num. 5. Saul. Episc. Pa-
pien. in interrog. promouend. tit. de
excom. circa med. vers. quis potest.
& nouissimè Suarez tom. 5. disp. 7.
sect. 3. num. 23. & seqq.

Huius autem opinionis ratio est,
quia excõicatio a iure infligitur ob
2 peccatum mortale; vnde † qui a pec-
cato mor. absoluere potest, etiam ab
excõicatione absoluet, & hãc opinio-
nem tenet Lel. Zecch. in repub. eccl.
tit. de parocho c. 28. nu. 21. vbi latè
de offic. & potesta. parochi; cui etiã
fauet Sacra Card. congreg. dum an-
no 1602. admonendo Episcopos, vt
per paucos casus sibi reseruarent, vt
patet ex litteris ipsis Episcopis mis-
sis, quas vide in nostro Thesau. con-
fess. par. 2. in generalib. obser. cas. re-
ser. & refert Steph. Quarãta in sum.
bull. verb. casus reseru. sic scribit cir-
ca medium præcipuè verò hæc mo-
3 nenda censet † Sacra congreg. vt vi-
deãt ipsi ordinarij, ne illos casus pro
miscuè reseruent, quibus annexa est
excõicatio maior a iure imposita, cu-
ius absolutio nemini est reseruata,
nisi fortè propter frequentiam, scan-
dalum, aut aliam necessariã causam
aliqui huiusmodi casus nominatim
reseruandi viderentur, &c.

Dictani verò opinionẽ, quę hanc
facultatem parocho cõcedit, nec ve-
ram esse, nec aliquo iure, vel proba-
bili ratione fulciri tradit Durand. in
4. dist. 18. q. 4. nu. 7. & seq. & hanc
partem negatiuam tenent glo. in c. si
Episcopus. in verb. reseruãtur de pę-
nit. & remis. lib. 6. clem. 1. de priu. in
prin. vbi id de religiosis habetur, cũ
4 tñ † religiosi minorem quoad hoc,
quã parochi authoritatẽ habere non
cẽseantur, facit extrau. 1. §. obseruẽt.
cod. tit. de priuileg. Pan. in ca. 2. nu.
3. & in c. super. nu. 6. & in ca. mulie-
res. de sent. excomm. Feder. de Senis
cons. 14. num. 4. Palud. in 4. dist. 18.
quamuis dubius. Duran. loc. cit. vbi
5 expressè docet † solum Episcopum,
siue eius Vicarium, nõ autem alium
inferiorem absoluere posse subditos
suos ab excõicatione maiori lata a iu-

re

re nulli reseruata, additq; q doctissimi viri corã Bonifacio Papa VIII. de hac re conferentes ita cõsẽserũt omnes, & Dom. Papa cum eis: idem tradunt Ricard. in 4. dist. 18. ar. 9. q. 1. in fin. Sum. Astensis par. 2. lib. 7. tit. 13. ar. 1. q. 1. Pisanella verb. Absolutio. Tab eod. verb. 2. §. 2. Caiet. verb. Absol. ab excom. Couar. in ca. alma. par. 1. §. 12. nu. 5. de sent. excõ. lib. 6. & citat Felyn. in ca. pastoralis §. preterea. col. 3. & Imol. in c. ab excõmunicato. col. 5. de rescr. & Fely. in c. 2. & c. nuper. de sent. excom.

6 Horum quidẽ ratio est, quia † pari iure censentur excommunicatio, & absolutio, arg. c. verbum. de pęni. dist. 1. vbi habetur, quòd par ius soluendi, & ligandi est; sed excõicatio est contentiosæ iurisdictionis, vt pulchrè probant Boschus Codecha Papien. in repe. c. de quoduuldeo. de iu. nu. 68. & seq. & D. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 43. nu. 17. ergo & absolutio: ita etiã firmat Card. Tusch. tom. 1. pract. concl. iur. conclu. 44. lit. A. nu. 4. vbi inquit † omnis absolutio,

7 siue in foro iudiciali, siue in foro pęnitentiali est iurisdictionis, & si fiat absolutio iudicialis a iudice incõpetenti non valet, & idẽ de pęnitentiali, si nõ fiat ab habẽte iurisdictionẽ.

8 Respondent autem ad textũ † in d. c. nuper. de sent. excom. illũ intelligẽdum fore in absolutione ab excõicatione minori quoad sacerdotẽ parochialẽ, & quoad Episcopũ in absolutione ab excõicatione maiori ob distinctionem iurisdictionis. Greg. Sair. trac. de cẽsur. lib. 2. c. 19. nu. 13.

Tertia autem opinio distinguit, nempe primam opinionẽ procedere in foro pęnitentiali, & sic vt loquitur tex. in d. c. nuper ibi, possint per confessionẽ a simplici sacerdote &c. in foro autem exteriori tenendã esse secundam: sic tradũt Bosch. Codecha in d. repe. c. de quoduuldeo. de iu. nu. 69. Io. Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 5. nu. 28. & citat Nau. in man. c. 27. num. 39. quæ distinctio, vt colligitur ex Greg. de Valen. tom. 4. disp. 7. q. 17. punct. 8. quem sequitur Genesius Minuc. in appẽd. 5. ad cõpend. Sum. Toleti, & ex Hugolin. tract. de cẽsu. eccl. tab. 1. c. 10. §. 5. nume. 3. in fi. & Sair. de censur. d. c. 19. nu. 15. sic intelligẽda est, vt prior opinio vera sit

9 † si de iure delegato loquamur, idest si facultas absoluẽdi ei delegetur; nã & ab homine delegari potest illi facultas absoluendi, prout sæpe Episcopi huiusmodi potestatẽ parochis tribuunt, & Papa etiam omnib. ad sacramentum pęnitentiæ ministrandum admissis eandem facultatẽ concedit, respectu ad eos habito, qui in aliquam Societatẽ Sanctissimi Corporis Christi, aut B. Virg. adscripti sunt, & etiam ipsomet iure eadẽ facultas parochis permissa est.

Secunda verò opinio procedat, si directè, & ex iure, & potestate ordinaria, & propria ipsius parochi loquamur, vel etiam de consuetudine, cum par potestas sit ligãdi, atq; sol-

10 uẽdi; vt diximus. Ex qua quidem † consuetudine, quæ vim legis habet receptum est, vt parochi ab huiusmodi excõicatione non absoluãt, & hęc consuetudo cõfirmata est per extrauag. 1. §. obseruent. vers. modò eosdẽ excõicatos. de priuil. vbi excõicationis absolutionem Episcopo reseruatam

Pet. Ant. Lazario Papien.

Ff

tam esse traditur; vnde permissio antiqua in d. c. nuper. quoad maiorem excommunicationem cõtraria communi, & approbata cõsuetudine censetur abrogata. Quare Coua. loc. cit. Sair. d. nu. 13. & seq. affirmant hanc opinionem cõmuni praxi, & vsu receptam esse; imo pleriq; Episcopi in suis casibus solẽt omnes excõicationes maiores sibi reseruare.

11 Hodie tamen † per decretũ Sac. congreg. editum de mandato Clem. VIII. anno 1601. & per litteras supradictas anni 1602. multi Archiepiscopi, & Episcopi, vt Ianuensis, Neapolitanus, Taurinensis, Alexandrinus, Brixiensis, Comensis, Montisregalis, Regiens. Sarzanensis, Taruisinus, Vincentinus, & alij quàm plurimi in tabellis suorum casuum reseruatorũ sibi perpaucas maiores excõicationes nulli reseruatas expresse reseruando, a cęteris absoluendi facultatem omnibus suis cõfessarijs concesserunt, Papię tamen, & in alijs quibusdam ciuitatibus adhuc omnes maiores excõicationes reseruantur, ad quod aduertãt cõfessarij.

12 Vnde ex prædictis colligitur, ꝙ † parochus, & quilibet alius confessarius, qui a mortalibus legitimè absoluit, si ex generali Episcopi concessu poterit absoluere ab excõicationibus nulli reseruatis, poterit etiam ab excommunicatione per monitorium generatim lata absoluere, vt ex Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 12. nu. 4. & Sair. d. ca. 19. nu. 5. & Eel. Zecch. de. cas. reser. cas. 2. in præcedenti quæst.

13 probauimus. Quod † parochus respectu sui subditi extra suam parochiã, ac etiam extra suam diocęsim facere potest, ſm Feder. de Senis consi. 16. Syluest. verb. confessor. 1. nume. 12. Gutier. lib. 1. can. qq. c. 5. nu. 33. post Nau. in c. placuit. de pęni. dist. 1. nu. 84. cõtrarium tñ censuisse vt Sacra Cõgreg. qñ declarauit Archipresbyterum, vel alium parochũ in sua tñ parochia cõfessiones suorũ subditorum audire posse, vt refert Petr. Védrami. in addit. ad Syluest. verb. cõfessio. Intellige tñ prædicta, modò prius parti fuerit satisfactum, aliàs talis excõicatio est Episcopo reseruata, donec reus satisfecerit, nisi per impotentiam excusetur, vt not. Iacob. Seuert. in sum. excom. par. 2. titu. de excom. Episc. reseru. ar. 3.

14 Ab excõicatione † autem minori, quã quis incurrit ob veniale peccatũ, ſm Nau. man. c. 27. nu. 8. & 25. Armil. verb. absol. nu. 38. Viuald. in fi. tract. de excom. Tolet. in sum. lib. 1. c. 17. num. 4. Io. Capeauil. tract. de cas. reser. par. 1. c. 10. diffi. c. 7. potest quiuis sacerdos absoluere, quamuis Host. in sum. tit. de sent. excom. §. quis potest. Syluestr. verb. absolutio. 1. §. 3. vbi Angel. §. 1. Petr. Sot. lect. 4. de excomm. Caiet. verb. absolutio. requirant in absoluente iurisdictionem, vel saltem, vt sit confessarius, quorum quidem opinio procedere potest, qñ talis excõicatio prouenit ex peccato mortali, vt colligitur ex Toler. loc. cit. & Saul. Episcop. Papien. in interrog. promouend. tit. de excom. vers. quis potest absoluere. vbi tradit, quomodo incurratur in tali excom. vide Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 6. vbi latè disputat hunc art. & pro secunda opin. concludit.

Sed quoniã supra diximus, Reli-

gioſos nõ minorem. Parochis habere
facultatẽ,quoad ſacramentalẽ abſo-
15 lutionem;ſciendũ eſt,in hoc† aliqñ
maiorẽ ẽt ipſis Epiſcopis habere po-
teſtatem; Nã ſtãte dicto decreto Sa-
cræ congreg. & eius declaratione,ꝙ
regulares per eorũ priuilegia vſu re-
cepta ante dictum decretũ, nec alijs
extrauag.reuocata, vt obtinent Fra-
tres minores de obſeruantia, & qui
eiſdẽ priuilegijs per modũ cõicatio-
16 nis gaudẽt(eiuſdem enim † religio-
nis obſeruatum priuilegia omnia a
Clem. VIII.anno 1597.fuerũt cõfir-
mata,& innouata,niſi in quib. Cõc.
Trid.decretis aduerſantur) poſſint a
caſib. reſeruatis abſoluere, exceptis
tñ in dicto decreto expreſſis;& ſtãte
ꝙ per eorũ priuilegia poterãt ab om-
nibus caſib. ſedi Apoſtolicæ reſerua-
tis abſoluere,vt ꝓbat Sorb. Capuci.
in addit.cõpend.priuil.multis in lo-
cis, & præſertim in verb. abſolutio
quoad Fratres, & ſeculares concl. 5.
fol. 57.& Io. Bapt.Cõfect.in collec.
priu.in ſummar.priuil.tit. 17.c.6.id
ẽt nunc facere poterũt, niſi in caſib.
dicti decreti,quib.demptis,tenerẽ,ꝙ
17 dicti † regulares abſolutionẽ impen-
dere ẽt poſſint a caſib.ſedi Apoſtoli-
cæ poſt dictum decretum reſeruatis,
faciunt adducta per Confect.loc.cit.
& deduci mihi videtur ex verbis de-
clarationis ipſius decreti ibi.

Et vt clarius appareat,in quib. ca-
ſibus vigore eiuſdẽ decreti S. D. N.
Clem. Papę VIII.ſimiliter viuę vo-
cis oraculo ſuper ea habito, ipſũ de-
cretũ ita moderatẽ, ac declarat, ſ. ſub
eiuſdẽ ꝓhibitione illos tm̃ in poſte-
18 rum cõprehendi † caſus, q in Bulla
Cęnę Dñi legi conſueta continẽtur,
ac præterea violationis immunitatis
eccleſiæ in terminis conſtitutionis
Felic.recor. Greg. XIIII. incip. cũ
aliàs nonnulli. Violationis clauſuræ
monialiũ ad malũ finẽ. Prouocãtiũ,
& pugnãtiũ in duello iuxta decretũ
Sac. Conc. Trid.& cõſt. Felic.recor.
Greg. Papę XIII.incip. ad tollẽdũ.
Inijciẽtium violẽtas manus in cleri-
cos iuxta canonẽ,ſiquis ſuadente.17.
q.4.ac iuris diſpoſitionẽ : Simoniæ
realis ſciẽter ꝯctæ, atq; ẽt cõfidẽtiæ
beneficialis. Itẽ oẽs caſus,quos ordi-
narij locorum ſibi reſeruarũt, vel in
poſterũ reſeruabũt,in quib. omnib,
iã enumeratis caſibus duntaxat &c.

Quod quidẽ Epis nõ eſt permiſ-
ſum,nam declarauit Sacra congreg.
19 Card.nõ poſſe † Epũ virtute c.6.
ſeſſ.24.de refor. Cõc. Trid.abſolue-
re a caſib. occultis Sedi Apoſtolicæ
reſeruatis,quos Papa poſt dicti Con-
cilij ꝓmulgationum ſibi reſeruauit.
Quare dicta Sacra cõgregatio rñdit
Epo Cremon.nõ poſſe abſoluere in-
grediẽtes clauſurã monialiũ,nec mu-
lieres ingrediẽtes monaſteria religio-
ſorũ,licet caſus eſſet occultus. vt refe-
runt Lel. Zecch.tract. de ſacram.tit.
de pęn.c.19.circa prin.& Io. Capea-
uil.tract.de caſ.reſer.c.14.q.fi. & vi-
de Graff.conſ.4.de homic.num.20.
quãuis ꝯtriũ teneãt, ac probent Ro-
driq.in ſum.par.1.c.81.n.4. & Sua-
rez diſp.30.ſect.2.nu.12.to.4.nẽpe,
ꝙ Epi poſſint abſolutè ab omnibus
caſib.occultis Sedi Apoſtolicæ reſer-
uatis ẽt poſt promulgationem Cõc.
Trid.abſoluere. Verũ quidẽ eſt,ꝙ ſi
20 Eps occultè labitur in crimen Papę
reſeruatũ, eũ poſſe a confeſſario a ſe
electo abſolui,ex declaratione Sacrę

congreg. vt refert Suarez loc. cit. quod quidē iuxta prædicta intelligendum esse puto, videlicet iuxta dispositionem dicti decreti.

## QVAESTIO XV.

**Siquis vi propalationū monitorij, vel alia de causa à iudice Ecclesiastico, vel iure proprio, vel vti executore Apostolico fuerit excōmunicatus, & nominatim denunciatus, an absolui possit à cōfessario in foro pœnitentiali virtute Iubilei, quo datur facultas absoluendi à peccatis, & censuris sedi Apostolicæ reseruatis.**

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, & denunciatus absolui potest à confessario vi Iubilei.*

2 *Absolutio virtute Iubilei data in foro interiori tantum prodest.*

3 *Absolutio in foro pœnitētiali solū quoad Deum, & pœnam æternā operatur.*

4 *Absolutio ab excommunicatione in solo interiori foro quare introducta.*

5 *Absolutus in foro interiori etiā peracta pœnitentia accusari, & puniri potest in foro exteriori.*

6 *Absolui quis non potest virtute Iubilei non præmissa satisfactione, si offensa est manifesta.*

7 *Cōscietiæ forū, & pœnitētiæ vt differāt.*

8 *Facultas absoluendi in foro pœnitētiæ, aut in foro conscientiæ quomodo intelligatur.*

9 *Episcopus an possit vi Concil. Trident. sess. 24. c. 6. de reform. absoluere à casibus occultis Papalibus extra confessionem.*

10 *Confessio sacramentalis an requiratur, si in bulla exprimatur, facultatē pro solo conscientiæ foro concedi.*

11 *Confessarij sunt iudices in foro interno, siue pœnitentiali.*

NEgatiuè in hac qōne rñdet auctor compendij Priuilegiorū mendicantiū verbo Absolutio quoad seculares 2. nota. 19. sed sine textu, aut rōne aliqua efficaci hoc asserere ausus est, vt ēt refert Sair. de cens. lib. 2. ca. 10. nu. 29. Quare verior, & magis recepta doctorum opinio est,
1 vt ēt † nominatim excōicatus, & denunciatus à quocunq; absolui possit ab hmōi confessario approbato in foro interiori, quoad suos effectus impletis, & seruatis prius illis, quæ Iubileum præscribit, ita vt postea nec Ecclesiæ suffragijs, nec participatione sacramentorū, aut indulgentiarū priuetur, ita Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 1. dub. 9. Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. cōclus. 2. Nau. in manual. c. 27. nu. 278 Conar. in c. alma mater. de sen. excō. in 6. par. 1. §. 11. nu. 12. & 16. Hēriq. lib. 13. de excōic. c. 27. §. 5. post Hug. tab. 1. ca. 10. §. 4. nu. 4. & seq. Sair. d. c. 20. nu. 29. vbi hanc opinionem ratione confirmat, & de equitate commendat.

2 Sed circa hmōi † absolutionē ab excōicatione notandum est primò, eam in foro interiori, siue pœnitētię prodesse solū. ei de his. cū gl. in verb. replicari, de accus. vbi Io. Andr. Nauarr. conf. 5. de priuil. nu. 8. & cons. 75. de regul. nu. 30. vbi dicit, quod absolutus ad effectū quęrēdi Iubileū statim quoad vtrūq; forū reincidit post lucrū hoc spirituale. D. Io. Baptista Costa tract. de retroct. cas. 55. in c. 8. nu. 9. (si res est manifesta, alioquin in oib. pōt se gerere vt absolutū, ita decla-

declarauit Greg. XIII. teste Ioã. Capeauil. de cas. reser. c. 1. q. 3. par. 2.) & Pius V. teste Rodriq. in sum. p. 1. c. 83. nu. 9. Imò ẽt si res sit manifesta, reincidit tm̃ quoad forũ exterius, secũdũ magis recept. & veriorẽ sñiam Doct. cita. Emanuel Sa. de absol. nu. 19. & ideo in foro exteriori solũ talis excõicatus denunciatus, sicut non absolutus habendus erit, & vitandus quousq. à suo excõicatore, vel ab alio habente hmõi auctoritatẽ absolutus fit. argu. c. solet. de sent. excõic. lib. 6. Nauarr. Couar. & alij loc. cit. Graff. par. 1. decis. lib. 4. c. 15. nu. 18. Card. Tuschus tom. 1. pract. conclu. lit. A. conclus. 45. num. 2. vbi inquit, quod

3 † absolutio in foro pœnitentiali solũ quoad Deũ, & pœnam eternam, nõ quoad temporalẽ operatur, ideoque absolutus in eo foro põt in foro fori puniri de eodẽ delicto; nec impedit processũ, & hũc esse vsum Sacræ Pœnitentiariæ tradit Gomes. in reg. Cãcellariæ de non iudic. iuxta form. q. 14. nu. 3. Paris. cons. 67. nu. 21. lib. 4. Philiarc. de offic. sacerd. par. 3. lib. 4. post. c. 16. in addit. & latè Sair. d. ca. 20. nu. 31. Rodriq. tñ in sum. par. 1. c. 83. nu. 9. tenet, ꝙ absolutio ab excõicatione, & reliquis censuris virtute Iubilei iuuat ẽt in foro exteriori, si parti satisfiat, modò absolutio probari possit, & dat formã eam probandi, cuius opinio, cũ sit ꝯ cõem, non mihi vr̃ admittenda, quia hoc perturbaret ordinẽ iudicialem, & alia absurda sequerentur, vt infra dicemus.

4 Hæc aũt † absolutio in foro interiori introducta est, in fauorẽ excõicatorum ob crimina occulta, ne homo seipsum in foro exteriori prodere cogeretur. Ne aũt homines posteà abuterent hmõi absolutione fori interioris ad facilius peccandum, & vt taretur grauissimũ præiudicium, qđ fieret his, in quorũ fauorẽ esset excõicatio lata, quia per illã debitores negligentiores fierent ad soluendũ videntes se absolutos, Nauar. cons. 75. de regul. ideo sapientissimè ẽt ab ecclesia institutum, & perpetuò obser-

5 uatum est, vt hæc † absolutio fori interioris nihil oĩnò prosit in foro exteriori, quin qñcũq; crimen detegetur in foro exteriori, ẽt pœnitentia peracta, in exteriori foro accusari, & puniri possit, ac si verè excõicatus esset, vt notant glo. in d. c. de his de accus. Couarr. lib. 1. var. c. 10. nu. 3. D. Menoch. de arbr. cas. 539. num. 31. Sair. loc. cita. nu. 32. Card. Tusch. d. conclus. 45.

6 Secundò est notandum, ꝙ ẽt † in foro interiori à confessario impendi non dẽt absolutio ex vi Iubilei, vbi offensa est manifesta non præuia satisfactione. Nauar. cons. 2. de senten. excõic. & vbi fuerit dubia sine cõpetenti cautione, vt in q. 12. huius sect. declarauimus, & docet Sair. de cens. lib. 2. c. 20. nu. 33. & seq. & c. 18. nu. 11. vbi tradit, quibus in casib. absolui possit excommunicatus non præmissa satisfactione.

Tertiò est valde notandum, ꝙ licẽt apud multos authores confundãtur hi termini, & vnus accipiatur ꝓ altero, nempe forũ conscientiæ, & forum pœnitentiale, siue internum; tñ scđm Tho. Sanchez de matr. p. 2. disp.

7 34. nu. 39. lib. 8. aliud importat † cõscientiæ forum, aliud pœnitẽtię. Hoc

8 enim est solũ forum sacramentale, il

lud

lud aũt tm̃, vt distinguitur contra forum exterius, quod quidem demonstrat ex Præpos. in cap. prętereа. el 2. nu. 5. de sponsal. dicente triplex esse forum, quoddã cõtentiosum, quoddam pœnitentiale, aliud verò quasi pęnitẽtiale, ꝙ est medium inter hęc; Quare dixit Rodoriq. in qq. regul.
8 tom. 1. q. 61. art. 10. † facultatem absoluendi in foro pęnitentiæ intelligi intra cõfessionem; secus de facultate absoluendi in foro conscientiæ, sic refert, & sequitur Sanchez loc. cit. vbi concludit, ꝙ cõfessarius quoties vel rõne bullæ, vel alterius priuilegij absoluit ab excõicatione in foro conscientiæ; vel commissam sibi dispensationem in eodem foro expedit, extra confessionem licitè facere; secus si in foro pœnitentiæ, tunc. n. iudex est in solo sacramento: at in foro cõscientiæ est iudex extra sacramentũ, & citat Nauar. cons. 11. de priuil. nu. 2. vbi inquit, hæc verba, absolue in solo conscientiæ foro, non importare, vt absolutio sit in solo pœnitentię foro, sed vt nullatenus prosit pro foro externo; & idemmet Nauarr. in manual. c. 27. nu. 41. cũ S. Antonin. 3. par. tit. 24. c. 77. in fi. principij tuetur iudicem nõdum sacerdotem posse absoluere ab excõicatione in foro conscientiæ, cum tamen sit incapax audiẽdi confessiones: ita Nicol. Grana in explic. pertin. ad confess. lum. 1. quæst. 9. post princ.

Quod ẽt confirmatur, quia Cõc.
9 Trid. sess. 24. de refor. c. 6. † concedit Episcopis, vt absoluere possint in solo conscientiæ foro à quibuscunque casib. occultis, & tñ praxis habet, vt extra cõfessioné absoluant, idq; eos posse affirmat Nauar. d. cons. 11. de priuileg. & tenet Sanchez tractat. de matr. d. disp. 34 nu. 29. in fi. vbi hãc opinionem probabiliorem dicit, q̃uis aliam probabilem esse tradat, s.
10 ꝙ † exigatur confessio sacramẽtalis, qñ in bulla, vel in litteris priuilegij, vel facultatis absoluendi, vel dispensandi dr̃, talem facultatem pro solo conscientiæ foro cõcedi: & hæc sñia mihi vr̃ nõ solum probabilis, sed ẽt tutior, prę sertim, qñ in hmõi facultatib. ponitur illa clausula, absoluas hac vice in forma ecclesiæ consuetã, iniuncta inde ei pro modo culpę pęnitentia salutari, quæ oĩa soli sacramẽtali confessioni aptari pñt, vnde tales facultates committuntur cõfessarijs. Greg. Sair. de censur. lib. 2. c.
11 21. nu. 12. qui iudices sũt in foro interno, & pœnitentiali, vt probat Camill. Campeg. Papiens. Theolog. in tract. de Summi Pontif. & general Conc. potest. in respon. art. 1. nu. 50. & sic uidentur tacitè requirere, vt confessio sacramẽtalis concurrat cũ absolutione, vt post Nauar. in man. c. 26. nu. 13. tradit Io. Capeauil. p. 2. de cas. reser. c. 10. q. 1. diffic. 4.

Triplex quoq; est forum, nempe forum Dei, forum Ecclesiæ, & forum hominis, sed de his omnibus vide latè in nostro Thesaur. confessarior. par. 1. c. de absolutione. quæst....

## QVAESTIO XVI.

Quando quis absolui possit ad cautelam, eo quòd non reuelauerit per monitorium.

### SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam quid sit.*

*Abso-*

2 *Absolutio ad cautelam ad quid conceditur.*

3 *Absolutio ad cautelam in quibus censuris petenda, vel concedenda.*

4 *Absolutio ad cautelam peti, & dari potest, vbi est probabile dubium iuris, & ab Episcopo, etiam si spectaret ad Papam.*

5 *Dubium probabile iuris æquiparatur dubitationi facti.*

6 *Dubitans de iure illius, ad cuius instantiam monit. fuit publicatum, & ob id non reuelās, potest absolui ad cautelam.*

7 *Absolutio ad cautelam semper concedi potest, quando offensa non est manifesta, data cautione de parendo.*

8 *Confessarius absoluere non debet, si ex absolutione agatur de periculo animæ.*

9 *Absolui potest ad cautelam, qui non reuelauit ex inaduertētia, & sine dolo.*

10 *Verbum præsumunt, vel præsumpserint, quid denotet.*

11 *Excommunicatus non est, quia actum iure diuino, vel naturali vetitum, & sub excommunicatione prohibitum ex obliuione, in aduertentia, vel ignorantia facit.*

12 *Inaduertentia, obliuio, ignorantia dolū, & temeritatem excludunt.*

13 *Absolutio ad cautelam quibus verbis facienda.*

14 *Absoluens ad cautelam tam in foro pænitentiali, quam extra, quid seruare debeat.*

15 *Absolutio non præsumitur, nisi probetur.*

16 *Absolutionem petens ab excommunicatione ad cautelam non fatetur se excommunicatum.*

1 Absolutio, quę ad cautelam prę stari solet † est ab ecclesiastica censura absolutio sub conditione tributa, vbi, an cēsura teneat, ob periculum, quod inesse pōt, dubitatur. Steph. Costa in repet. c. solet. de sent. excōi. lib. 6. nu. 44. post Io. Andr. ibi, Hug. tract. de censur. eccl. tab. 1. c. 22. §. 1. nu. 4. & fit † ad maiorem animę tranquillitatē; cum. n. extet dubium, an verè sit quis excōicatus, & proinde dubitetur, an à sacramentorum perceptione, & fidelium communione abstinere debeat, necne, facta tali absolutione, sine aliqua dubitatione peccati, vel irregularitatis, oīa tā diuina, q̄ humana, sicut prius tutè, & liberè exequi pōt, f'm cōem; vt testat' Grego. Sair. tract. de cens. lib. 2. c. 17. nu. 3. & 13. & tradit D. Menoch. de arb. iud. cas. 542. nu. 28. ex c. veniēs. 2. de testib. & attest. c. Apostolicę. de except. vbi egregie Abb. in fin. & ita de stylo Rotæ Rom. de quo fidē facit D. Io. Baptis. Costa tract. de retro tract. cas. 45. in 8. c. nu. 12. ex Cęsar. de Grass. decis. 1. t. de sent. excōicat.

Hęc aūt absolutio, q̄ D. Menoch. d. cas. 542. nu. 27. absolutionem f'm quid appellat, peti † & dari pōt, nō solū in cēsura excōicationis, verum et suspēsionis, & interdicti, excepto interdicto loci generali, vt tradunt Anchar. in c. solet. nu. 5. vbi Steph. Costa in repet. nu. 49. & cōiter ibi scribentes de sent. excōic. lib. 6. & nō tm̄ in cēsuris ab homine, sed à iure latis, vbi probabile dubiū sit iuris, aut facti, & quotiescunque ex aliqua causa ipsius snīæ nullitas allegetur, vt latè exēplificando docet Sair. d. c. 17. nu. 7. & Petr. Ferrar. in prax. Papiēs. in

for.

fer.respons.rei conuent.in gl. tãquã
nu.7.vbi Theod. Meda in addit. lit.
T.post Frãch.in c.2.de sen. excom.
lib.6.nu.9. Nau. in c.cũ cõtingat.in
7.remed.de rescri.col.1. pulchrè D.
Menoch.de arb.d.cas.542.nu.29.&
4 seqq.vbi inquit, quòd † dubiũ probabile
iuris ęquiparatur dubitationi
facti.glo.recept.c.vnic.de post. prælat.
lib.6.sicuti de errore, & ignorantia
iuris dubij, & obscuri scribunt
Dec.in l.iuris ignorantia. in 1.lect.
nu.3.& in 2.lect.nu.9. C.qui admitti.
Nau.cons.42.de sent.excom.

Vnde dubitãti,an inciderit in excõmunicationem,
absolutio ista ad
cautelam dari potest ab Epo,etiam si
certus esset,ꝙ absolutio spectaret ad
Summum Pontificem, in tali enim
casu dubio absolui potest ab Epo.
Sair.de censur.lib.3.c.28.nu.29.

6 Et ex his colligimus,quòd † si quis
nõ reuelasset primò probabiliter dubitando,
an possessor rei,ad cuius instantiam
per monitoriũ procedebatur,
haberet verum titulum, nec ne,
posset tẽpore Iubilei absolui ad cautelam
a quolibet confessario approbato,
si monitorium erat Papale, vel
si erat Epale extra tempus iubilei ab
eo, qui ab excõicatione lata a iure,
nulli reseruata absoluere potest, vt
in pręced.q.14.demonstrauimus,et
parte nõ satisfacta, quia propriè nõ
tenebatur ad propalationem,& stante
tali dubietate,offensio pariter dubia
est,& non manifesta,arg.c.venerabili.
de sent.excom. & tradit in pũcto
Rodriq. in sum.par.1.ca.79.nu.
11.in fi.& faciunt tradita per Card.
Tuschum tom.1.pract.concl.iu. lit.
A.concl.47.nu.4.& concl.49.nu.5.

7 vbi inquit,quòd † absolutio ad cautelam
semper danda est, quando offensa
non est manifesta,data cautione
de parendo iuxta c.ex parte. el 2.
de verb.signific.etiam si in rescripto
mandaretur absolui facta satisfactione,
quia sufficeret cautio de parẽdo:
sic Calder.cons.25.alias 2. de rescr.

Benè verũ est,ꝙ non debet in du-
8 bio iudex,siue † confessarius absoluere,
qñ ex tali absolutione agitur de
probabili animæ periculo,vt exẽplificat
Card. Tusch.loc.cit.concl. 42.
num.1.quia in dubio inclinandũ est
ad esse peccatum, vt nõ aperiatur via
peccato,& vt abstineatur.c.iuuenis.
de sponsal.plenè Abb.in c.1.de scrutin.
quod procedit præsertim in foro
pęnitentiali,vel si agatur de scandalo;
aliàs secus secũdũ Tiber.Decian.
cons.8.nu.50.vers.quia facilè.lib.1.
Card. Tusch.d.concl.42.nu.3.

9 Secundò, vbi † quis non reuelasset
in termino a monitorio præfixo
inaduertenter,sine dolo, & malitia;
quia nõ vr̃ talem incurrisse excõicationem,
in monitorijs.n.& excõicationib.
regulariter exprimitur illud
verbum præsumunt,vel præsumpse-
10 rint,quòd † ex propria eius significatione
tm̃ comprehendit eos, qui
dolosè,& ex certa malitia actũ prohibitum,
& fraudulenter faciunt, &
præsupponit dolũ, & malitiã. clem.
religiosi.vbi gloss.& doct.de decim.
Card.in clem.1.q.39.de priu. Nau.
cons.4.de hæret.nu.5. & cons. 4. de
regu.nu.62. Graff.consi.9.nu.16.de
regul. Nec dicitur præsumere, qui
probabiliter credit se bene facere.

11 Vnde regulariter, qui † ex obliuione,
incogitantia,inaduertẽtia,aut
sim-

simplicitate, vel bona fide, & ignorantia in actum prohibitum, sub excõmunicationis pęna ipso facto incurrendæ, incideret, non esset excõicatus. D. Thom. 1. 2. q. 6. artic. 8. vbi Caet. & Doct. cõmuniter in ca. apostolicæ. de cler. excom. minist. quod procedit, etiam si quis sciẽter faceret actum prohibitum iure diuino, vel naturali, ignorans bona fide ius cõe canonicum prohibere illũ sub pęna excõicationis ipso facto incurrendę, vt de magis recepta, æquiori, & mitiori opin. cõcludit Azor. par. 1. inst. mor. lib. 1. c. 15. q. 3. & facit D. Costa tract. de fact. scien. & ignor. cent. 2. dist. 13. nu. 22. & inspect. 96. nu.
12 2. & ratio est, quia † inaduertentia, incogitantia, obliuio, & huiusmodi excludunt dolum, & temeritatem, vt not. Nau. & Graff. loc. cit. tenetur tñ talis, quãto citius commodè poterit denunciare, siue reuelare. Nauar. in man. c. 25. nu. 46. Philiarc. de offic. sacerd. par. 1. lib. 3. c. 34. circa finem, & vide Henriq. & Sair. loc. cit.
13 Forma autẽ † absolutionis ad cautelam hoc pacto exprimi potest. Dominus noster Iesus Christus dignetur te absoluere, & ego auctoritate eiusdẽ absoluo te a vinculo excõicationis, si ꝙ incurristi, in nomine patris, & filij &c. sic docent Nauar. in man. c. 26. nu. 10. quem refert, & sequitur Io. Capeauil. tract. de casibus reseru. par. 1. c. 9. post princ.

Et circa hãc absolutionem venit
14 quoq; notandũ, ꝙ si † sacerdos absolutus sit aliquẽ ab excõicatione, ex superioris commissione, siue per litteras, vt solet Pęnitentiaria, siue verbo, vt solent Prælati, qui absoluẽ dos mittunt ad confessarios, siue sit per iubileũ, vel bullã; & commissio fiat absoluendi tñ in foro pęnitentiali, & interiori, nõ debet vti forma c. solet. de sent. excom. li. 6. vbi habetur, vt prius aduersarius citetur, & audiatur, quid opponere possit, quomĩnus absoluẽdus nõ sit talis excõicatus; quia huic foro minimè hæc cõgruũt, sed sufficit, vt absoluẽdus simpliciter promittat se satisfacturũ debito, aut offensę, si probabitur excõicatus; & absoluere debet absq; test. notario, vel alia fori exterioris solennitate. Vbi verò ex superioris cõmissione in vtroq; foro ad cautelam absoluat; tunc pretermissa citatione, & aduersarij exceptione, pręmissa quidem iuris cautione corã notario, & testibus, vel saltem coram testib. absoluere debet, & tã litteræ cõmissionis, quã fides absolutionis factæ in actis publicis sunt referendę, vt sic absolutus, vbi opus fuerit, absolutio-
15 nẽ probare queat; cũ † ea non præsumatur, nisi probetur. c. sicut nobis. de sent. excom. & gl. in c. proposuit, in verb. de absolutione. de cler. excom. minist. Nau. in man. c. 27. nu. 278. & consi. 26. de sent. excom. Henriq. lib. 13. in sum. de excom. ca. 29. §. 5. & Sair. trac. de cẽsur. li. 2. c. 17. n. fi. vbi insignitè hãc praxim annotauit.
16 Et nota, ꝙ petẽs † huiusmodi absolutionẽ ad cautelã non dr, nec fatetur se excõicatũ. gl. sing. in c. venerabili. in verb. postulauit. de elec. Frãc. Mar. decis. 658. num. 1. par. 2. Nau. cõs. 5. de empt. & vẽd. nu. 3. Borgn. decis. 33. nu. 41. par. 2. Graff. cõs. 12. nu. 5. de sent. excom. Sair. de censur. lib. 2. c. 16. nu. 16. Imo ex eo, ꝙ quis fuit

fuit absolutus ab excõicatione, non probatur fuisse excommunicatum, quia fuit forsan absolutus ad cautelam. Dec. in c. in præsentia. num. 63. de probat.

## QVAESTIO XVII.

## Si per monitorium excommunicentur omnes, qui alicuius bona detinent, nisi in termino monitorij restituant, vel reuelent, & pendente conditione subditi detentores mutent forum, an incurrant excõmunicationẽ, adimpleto conditionis termino.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio generalis nisi proferentis subditum ligat.*

2 *Excommunicati sub conditione, si ea pendente forum mutauerint, quando excommunicationem incurrant.*

3 *Citati, si postea fiunt alterius iurisdictionis, quasi præuenti ius reuocandi forum non habent.*

5 *Mediolanensis, qui furtum fecit Mediolani, an absens ligetur excommunicatione generali ob id lata a suo Archiepiscopo.*

6 *Cessante causa obligationis in monitorio expressæ cessat etiam monitorij effectus.*

7 *Foro mutato si quis aliquid facit a priori Episcopo prohibitum sub excõicatione, cur non incurrat excõicationẽ.*

8 *Excommunicatio in omnes furtũ committentes lata non ligat excommunicantis subditum, qui extra suam diœcesim furtum fecerit.*

9 *Excommunicationis sententia non extenditur vltra terminos iurisdictionis eam proferentis.*

10 *Excommunicatio generalis contra eos, qui fecerint aliquod delictum cõprehendit illud committentes, etiamsi alterius sint diœcesis.*

PRo negatiua facere videtur cap. Romana. respon. 2. de sen. excõ. lib. 6. & c. a nobis, 1. de sent. excom.
1 vbi habetur, †generalem excommunicationem nisi proferentis subditũ ligare, quoniam extra suam diœcesim Prælatus nullam habet iurisdictionem. glo. in d. c. a nobis. excõmunicatio autem sub conditione, vel in diem non afficit eum, in quẽ fertur, nisi dies, & conditio adueniat, nec prius lata, vel inflicta censetur; nec retrotrahitur ad diem pronunciationis iuxta tex. vbi communiter doct. in ca. præterea. 2. de appell. Anchar. consil. 158. incip. ex narratis, nu. 20. Naua. conf. 6. de pœnit. & remiss. nu. 2. D. Io. Baptista Costa tract. de retrotractionib. cas. 15. in c. 8. num. 4. sed dum excommunicatio effectum, suum sortiri debebat, excommunicandi effecti sunt alterius fori, ergo ipsos afficere non potest. ita tenet prax. Archiep. Neap. c. 1. not. 17.

Cœterum affirmatiuam opinionem, quæ vera est, nempe † excõicatos sub conditione, si ea pendente forum mutauerint, nihilominus excõicationem incurrere, adueniente conditione, tenet gl. in d. c. præterea. cõiter recepta in verb. impedire, & ibi Innoc. nu. 1. Panor. nu. 10. Marian. Socin. in c. sacro. nu. 152. de sent. excõic. qui testatur de cõi. Feder. de Senis

nis conſ.97.incip. q̃m ibi. nu.4.per text.in ca.propoſuiſti. de for.comp. vbi gloſ. Piſanel.verb. excõicatio 1. verſ.5.Hugol.tract. de cenſur.tab.1. c.20.§.6.nu.4. Lancel. in inſti.iuris can.libr.3.tit.5.§.ſitñ Gregor.Sair. tract.de cenſ.lib.1.c.11.nu.19.Suarez tom.5.diſp.5.ſect.5.n.5.& ſeqq.

Et rõ eſt,quia cũ hi ante fori mutationem aliquid fecerint,per ꝙ orta
3 eſt obligatio † & à iudice ſint quaſi præuenti per monitorij citationem, per q̃ perpetuatur iuriſdictio tam ordinarij, quã delegati;fori mutatione nec ipſius iudicis iuriſdictionem tollendi, nec forũ reuocandi ius habẽt, ſed eidem quoad hanc cãm ſemper ſubiecti exiſtunt:ſic probatur in d.c. propoſuiſti. & ibi gl.de for.comp.c. gratum.c.licet.de offic.delega.l.ſiqs poſtea.ff.de iudic.l.cum quædam.ff. de iuriſd.omn.iudic. Lancel.in inſt.
4 iuris can..d.§.ſi tñ; vbi.n. † cęptum eſt iudicium, ibi quoq; finiri dẽr. l. vbi cęptum.ff.de iuriſ.om.iud. Imò ſecũdum Viridarium Summiſt.pat. 2.c.300.nu.86. & ſequẽt.ex Armil. verb.excõicatio. nu.30.& 350.procedit etiã in culpabili monitorium ignorante,inquit.n. Mediolanẽſem
5 † qui furtum fecit Mediolani,& deinde Papiam profectus, ibi per aliquot dies moretur,ligari generali excõicationis ſnĩa ab Archiepiſcopo Mediolani,illo interim ob tale furtũ lata,nec per ignorãtiam,quæ ſupina in hoc vr̃, excuſari, quia cũ rem illicitam, & dãnatam fecerit, ſtatim eſt in culpa,& tenetur ipſe hoc quęrere, cum excõicatio hac de cauſa ſit publicè fulminata. gl.in d.c.à nobis.verb. non niſi ſubditi, c.fin. Tñ ꝯtrium verius eſt, & tenendũ,tũ quia ignorantia inuincibilis ab excõicatione excuſat,vt in p̃ced.q.nu.11. diximus & p̃ dicta ignorãtia eſt inuincibilis, quia nõ fuit annexa furto; tũ quia nõ põt q̃s excõicari pro peccato pręterito,ꝯ autẽ futurũ requirit̃ monitio, vt late ſupra ſect.1.q.13. at iſte non eſt monitus, ſed eſt in probabili ignorãtia, ergo neq. eſt excõic.vide Sair.de cẽſ. lib.1.c.6.nu.41.cum ſeqq. vbi plenè enumerat caſus, ĩ q̃b.extra diçceſim exiſtentes excõicat. Epi incurrant, optimè Suarez.tom.5. diſpu.5.ſect. 5.per tot,& Rodriq.in ſum.par.1.c. 77.nu.fin.vbi interminis tenet, ꝙ ſi ſacerdos abſens à ſua diçceſi fuerit à ſuo prælato excõicatus, & ignorans hãc excõicationem celebrauerit,non incurrit irregularitatẽ, nec pęnas poſitas contra excõmunicatos, & citat Rebuff. in concord.tit. de excomm.

Prędicta verò limitãda sũt primò,
6 vbi † obligationis cã ceſſaret, videlicet, aut q̃a ęs alienũ, cuius cã lata eſt excõicatio,fuerit reſtitutũ, vel à creditore interim ſibi condonatũ,aut remiſſum,alia ſimili de cauſa; tunc.n. eo ꝙ excõicationis cauſa ceſſat, ceſſabit ẽt effectus.c.cũ ceſsãte de appell. ita vt excõicatio in eos vires nõ operetur,vt expreſsè docet ex ſupra allegat.doct.loc.cit. Sair.d.c.11.nu.19. ꝙ intellige,modò in termino monitorij ſublata fuerit cauſa dictæ excõicationis,aliàs elapſo termino,& lata excõicatione ſine dubio ab excõmunicatione indigẽt abſolutione, vt ſupra dictum eſt in q.11.huius 3.ſect.

7 Secundò limitantur,q̃n † mutato foro aliquid committerent, ꝙ à priori Epo ſub excõicationis pęna prohi-

bitum fuisset;quia cum nullo modo sub prioris Episcopi iurisdictione sint;ideo excõicationem ab eo latam non incurrerent,prout per dictos doctor.tradit Greg. Sair. d.lib.1.c.11. nu.19.in fi. & ita nouissimè conclu dit Illustris. Card. Tuschus in prac. concl.iur.tom.3.conclus.450. lit.E. vbi de communi testatur,& ita intelligi debet prax. Archiepal. Neapol. cap.1.not.17.

Tertiò limitantur non procedere
8 ēt quoad subditos, q extra diœcesim excõicantis furtum commiserunt, prout declarauit Bonif. VIII. in c.2. §.statuto Episcopi. de const. libr.6. & rectè admonet glo. marginalis.2. in d.c.à nobis.1.de sent.excõic.quia extra diœcesim suam nulla ei compe tit iurisdictio, & consequenter illa
9 † snia non extēditur vltra terminos suæ iurisdictionis.l.vlt.ff. de iurisdi. om n.iud.c.nouit.de offic.lega.& ita in hac snia conueniũt oēs dd c. quos latè referunt Couar. in c.alma. 1.p. §.10.nu.3.Graff.p.1. lib.4.decis.ca. nu.37.Vgolin.tab.1.ca.9.§.3.& ita declarat nouissimè Suarez tomo 5. disp.5.sect.4.nu.4.comprehendit er go subditos suos delinquentes in sua diœcesi,in loco quidē non exempto; ratione tñ delicti sortitur quis forũ; & efficitur de iurisdictione illius, q tulit sniām.c.placuit.6.q.2.c.ex ter rũ de priuil. cap.vlt.de for.comp. &
10 no.gl.in d.c.à nobis.1. Vnde † excõi catio generalis, q̃ ponitur ab Epo 𝔍 facientes tale delictũ non solũ com prehendit suos subditos, sed ēt eos, qui non sũt subditi, si sint in sua diœ cesi agentes gloss.in d.capit.à nobis. verb.non nisi subditi, & concludit

Rodriq. in summ.part.prima. c.76. numero 7.

## QVAESTIO XVIII.

Parochus quidam monitorium in forma publicauit,& malefactores excõmunicauit, de quo crimine ipse erat culpabilis, hocq; non obstante nõ cessauit à diuinis, quæritur quas pœnas incurrerit.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus sacramenta ministrā do, vel diuina celebrando irregularitatis, & priuationis officii, & benef. pœnam incurrit.*
2 *Irregularis à quo absolui possit.*
3 *Irregularis fit quisquis in excommunicatione etiam occulta celebrat, declaratur nu.6. & 14.*
4 *Excommunicatus etiam occultus à quibus abstinere tenetur.*
5 *Casum reseruatum habens, cui annexa fit excõmmunicatio,an possit communicare ante absolutionem, ad vitandum scand.*
6 *Restituere, vel reuelare qui tenetur, & potest, elapso monitorii termino est excommunicatus, & celebrādo fit irregularis,nisi vt in nu.seq.*
7 *Excommunicatus occultus ob vitandū scandalum, & grauem suam infamiam licitè potest celebrare, & cum aliis missam audire, & declaratur num 14.*
8 *Sacerdos excommunicatus, & per indicia infamatus nequit celebrare absque irregularitate.*
9 *Monialis, quæ occultè incidit in excommunicationem bullæ Cœnæ, an possit*

HAnc quæstionem proponit Franc. Marc. part. 2. decis. 801. & respondet, quod, cum talis parochus sciret se culpabilem de contentis in monitorio, non restituendo, vel reuelando in termino, inciderit in ex-
1 communicationem, † in qua quidẽ sacramenta postmodum ministrando, & diuina celebrando, irregularitatem, & priuationis officij, & beneficij pœnam incurrisse, dicẽdum est, per not. in cap. 1. capit. clerici. & 3. latores. de cleric. excom. celebr. Pet. Ferrar. in prax. Papiens. in for. rei conuen. in glos. tanquam, nu. 10. D. Menoch. de arb. cas. 416. nu. 45. & tradit Fran. Marc. loc. cit. vbi ad-
2 dit, quòd ab ipsa † irregularitate non potest absolui, quàm a Summo Pontifice. c. 1. de re iud. lib. 6. ca. 1. de sen. excom. lib. 6. & tenet Pet. Ferra. loc. cit. quamuis hodie per Sacr. Concil. Trid. sess. 24. c. 6. de refor. in huiusmodi irregularitate occulta possit ẽt Episcopus dispensare, teste Nauar. man. c. 27. nu. 194.

Quòd autem præfatus parochus incurrerit irregularitatẽ, dicta peragendo in excommunicatione, tuetur Syluest. in verb. excommunicatio 3. q. 5. vbi ait, quòd quantumcun
3 que sit occultus † excommunicatus, tenetur alios vitare etiã in publico, nec potest accedere ad sacramẽta, & si accedat, & celebret, erit irregularis: & ratio eius est, quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, nec infamia ipsum excusat, cũ hoc proueniat ex culpa sua; Couar. etiã in c. alma mater. 1. par. §. 2. nu. 11. in fi. de sent. excom. lib. 6. eiusdẽ est sententiæ quoad participationem sacramentorum, & quoad missæ sacrificium; nam quoad ista, ait quan-
4 tumcunque † excommunicatus sit occultus tenetur abstinere a communione eorum, esto, quòd inde sequatur infamia, & scandalũ; quia excõmunicatus, inquit, ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum. Imo Episcopus concedere nequit licentiam excommunicato excommunicatione Papali, vt audiat missam, & assistat diuinis officijs; Rodriq. in sum. par. 1. c. 82. nu. 5. quo in casu dubitat an Summ. Pontifex posset dispensare. In alijs verò tẽporalibus dicit Couar. quòd propter scandalum, & infamiam vitandam poterit occultè excommunicatus cum alijs fidelibus communicare. Sot. quoque in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. non longè a fine vers. quartus

casus

5 casus ait † habentem casum reseruatum, cui annexa est excõmunicatio, nec propter officiũ, nec propter scandalum ad sacram communionẽ ante absolutionem accedere posse: ita Medin. lib. 1. instruct. confess. c. 11. de excom. §. 5. quod latè declarabitur in 2. par. nostri Thesau. cõfessar. in general. obseru. Imo dicit Simon. Maiol. de Irregu. lib. 4. cap. 34. quod excommunicatum se audiens ex solo rumore vulgi debet abstinere.

Porrò in hoc casu sic respondendum esse mihi videtur, nempe, quòd

6 si talis parochus † restituere poterat, vel reuelando cõcordare cũ damnificato in termino monitorij, nec curauit, verum esse, quod asseruit Franc. Marc. d. decis. 801. p. 2. sed vbi talis parochus ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam non restituit, vel reuelauit, habens tamen intẽtionem, quamprimum posset ipsum restituẽdi; tunc dico, non incurrisse excommunicationem, Philiarc. de offic. sacerd. par. 1. lib. 3. c. 5. cõcl. 1. & colligitur ex Sair. lib. 1. de censur. c. 9. nume. 35. Hugolin. tab. 1. de censur. c. 17. §. 4. nu. 5. Graff. cons. 1. de test. ib. cogen. nu. 20. & optimè faciunt adducta supra q. 14. sect. 2. & consequenter celebrando, & sacramenta ministrando non incidisse in irregularitatem dicendum erit.

7 Imo dato, quòd quis † occultè esset verè excommunicatus, nec posset sine huiusmodi probabili periculo scandali, vel infamiæ abstinere a diuinis, posset sine culpa, & irregularitatis nota, præuia contritione, & peccatorum confessione, quamuis non absolueretur a confessario, quia obstat excommunicationis censura forte superiori absenti reseruata, aliquãdo celebrare, & missæ, diuinisq; officijs interesse, eaq. audirẽ: ita expresse ex veriori opinione affirmat Grego. Sair. de censur. lib. 2. c. 3. num. 27. & seq. ex Mart Ledesm. 2. dist. 4. q. 25. art. 1. in fi. Franc. Victor. in sum. de excom. nu. 13. Alphons. a Castr. lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. concl. 2. Nau. in man. c. 21. num. 48. & c. 27. nu. 239. Cordub. q. 142. Lud. Lopez par. 2. instruc. consc. c. 93. in fin. vbi ait esse multorum sententiam, & ipsemet Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. ad 2. ait id esse licitum ob grauissimum scandalum. Ioseph. Angles in flor. theol. de cas. reser. in fine.

8 Quod intellige, nisi † talis sacerdos esset antea ita infamatus per indicia, vt maius sequeretur scandalũ ex celebratione, quam si crimẽ proderetur, aliàs, si occultus sit, vt diximus, habita contritione, aut confessione ante dispensationẽ, siue absolutionẽ posset ter, aut quater celebrare, secundum Henriq. li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. in annot. vbi etiam docet

9 † monialem, quæ incidit occultè in censuram bullæ Cœnæ licitè communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, à quib. si abstineret, periclitaretur eius fama, & monasterij, & id ante eum docuit Nauar. c. 27. nu. 239. Hãc quoque sententiã tenet Suarez de Sacr. disput. 66. sect. 4. tom. 4. post Angel. verb. Eucharistia. 2. nu. 6. Corrad. in resp. cas. consc. par. 2. q. 148. & q. 163. Philiarc. de offic. sacerd. libr. 2. cap. 10. vbi respond. arg. Medin. & aliorum.

Quod

Quod quidem assertum extenditur quoque in eo †qui occultè incurrit suspensionem, vel ob homicidium effectus est irregularis; quia stante tali impedimento, sine infamiæ periculo absque peccato, vel noua irregularitate celebrare, & diuinis interesse potest.: ita probant Gutierr. lib. 1. can. qq. c. 13. nu. 21. & Azor. tom. 1. insti. mor. lib. 10. c. 31. q. 6. Sair. de censur. lib. 2. c. 3. nu. 27. & seq. Et ratio est, quia quotiescunque †concurrunt duo pręcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est; cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia à communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandelizandi, aut se non infamandi, qd est maius, hoc potius, quàm illud seruandũ est; quia sicut iugum Christi suaue est, ita & †mandata Ecclesiæ piè interpretãda sunt, vt non nimis grauia sint; nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura, & detrimento quempiam obligare velle. Azor. d. cap. 31. q. 6. Ioan. Capeauil. tract. de cas. reserua. par. 1. c. 9. diffic. vlt.

Imò ipsemet Syluest. verb. excõmunicatio. 3. q. 5. §. quidam tamen quem cum communi sententia sequitur Greg. Sair. d. lib. 2. c. 3. num. 28. docet; quòd †siquis videt occultè excommunicatum in ecclesia, debet, si potest exire sine nota illius excommunicati; si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipsemet tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem seruare.

Hęc tamen sententia, quam veriorem, & magis receptam esse tenemus, procedit, modo †absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendę absolutionis, & restitutionis faciendæ, & in tali euentu tenetur vnusquisque diligẽter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit probabilem aliam excusationem, sine mendacio causando; quando. n. id fieri potest, tunc causa, & necessitas celebrandi, communicandi, aut diuinis officijs interessendi cessat, vt rectè docent pręfati doct. locis supra citat.

Sed dubitatur primo in hac quęstione, an talis Parochus, dato, quòd posset restituere, vel reuelare, sit excõicatus, eo q † nemo potest seipsum excommunicare l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 7. Tolet. in sum. lib. 1. c. 10. nu. 2. Viridar. Summist. parte 2. capit. 300. numero 85. Respondetur affirmatiuè, quia denunciando superioris excommunicationem, potest quis se excommunicare, vt colligitur ex Summist. in verb. excommunicatio, & in puncto tradit eruditissi. Fra. Bernardin. de Busto ordin. minor. de Obseru. in Rosar. parte secunda, sermo. 37. par. tertia. §. excommunicari quoque, vers. quod quidem &c.

Secundò, dato, quòd talis Parochus incurrisset excommunicationẽ dicta de causa †an efficeretur irregularis, si solum collectam, siue orationem in choro, vt hebdomadarius cantaret? Respond. affirmatiuè, ita in puncto tenet doctissi. Nauar. consil. 7.

fil.7.num. nono, de sentent.excommunicat.secus autem esset,si diuinis interessens psallat in choro, modo non agat aliquod particulare ordini deputatum, vt optimè declarant Nauarr. consilio 26. de temp. ordin. & Suarez de censur. disput.12. sectio. secunda, numero 11.& 12. Non
17 † fieret autem irregularis,si collectā cantaret,vel diuina celebraret,minori tantum excommunicatione innodatus. Ioan. Baptista Corrad. in respons.cas.conscien.parte secunda, quæstio.148. Francesc. Marc.decis. 801.numero quinto, parte secunda. Simon Maiol. de Irregul. libro tertio,capit.21.Sair.de censur.libro septimo,cap.9.num.15.

F I N I S.